Steph. Antonii Morcelli inscriptiones commentariis ...

Stefano Antonio Morcelli

B.P. 42
299

Digitized by Google

STEPH·ANTONII MORCELLI

INSCRIPTIONES

COMMENTARIIS SVBIECTIS

ROMAE EX OFFICINA GIVNCHIANA MAIORE PERMISSV PRAESIDVM

A D
CAIETANVM MARINIVM
PRAEP. TABVLARIOR. PONTIFICAL.

PRIMO DEFVNCTI OFFICIO, LONGIQVE LABORIS EMENSI SPATIA, ANTE ALIOS TE, DOCTE MARINI, RESPICIMVS, PARVO MERITVM MAIORA LIBELLO DONARE HOC AVSI: VETERI QVANDO AEQVVS AMICO NOSTRAS ESSE ALIQVID NVGAS ET CARMINA CENSES. HVNC TRIBVS ADDE LIBRIS, QVOS SCRIPSIMVS: VLTIMVS ILLOS SVBSEQVITVR. NEMPE HVIC TITVLOS MANDAMVS, AMICI QVOS SIBI, VEL PRIMI PROCERVM PETIERE, NEGARI QVEIS NIHIL OFFICIVM IVBET AVT PVDOR. ADDITA LVSVS ET NOSTRI NVMERVM PARS AVGENT, SPONTE FLVENTES QVOSCVMQVE A CALAMO PERSCRIPSIMVS. HIS VARIVM QVOD EST GENVS, INQVE VNVM NON OMNES FECIMVS VSVM, SECRETI CERTO TRIBVI DISCRIMINE PLVRES IN PARTES POSCVNT, PRIMO VELVT ANTE LIBELLO QVAE DEDIMVS SAECLI RECOLENDA EXEMPLA VETVSTI. ET PLACVIT QVAEDAM HAVD PVERIS INGRATA PEDESTRI IVNGERE SERMONE, ANTIQVAS COGNOSCERE LEGES ET VIM SI QVIS AMET VERBORVM, REBVS AVITAS VT VOCES APTARE NOVIS ET NOMINA DISCAT. ERGO ERIT EXTERNI HAEC STVDII CVRAEQVE PRIORIS VLTIMA META: SACROS HINC TANDEM EXQVIRERE FONTES MOLIRIQVE ALIQVID PRO RELLIGIONE PARENTVM, PROQVE ARIS SACRISQVE AETAS DEFLEXA, TVAEQVE

LAMDVDVM SVADENT CVRAE, MONVMENTA BEATI
QVI REVOCAS AEVI ET CLAROS VIRTVTIBVS ANNOS,
QVVM PIETAS ET SANCTARVM REVERENTIA LEGVM,
QVVM MORES HOMINVM RECTIQVE PROBIQVE VIGEBANT.
MAGNVM OPVS, ET MAGNO LAVDI DECORIQVE FVTVRVM
AVCTORI, QVEM NON DVMI SALEBRAEQVE MORANTEM
DETINVERE, VNVS VETERVM VESTIGIA RERVM
QVIN LEGERES, STVDIO RIMATVS CVNCTA SAGACI.
NOS LEVIS HEV NIMIVM TENVIT SERMONE VOLVPTAS
ILLECTOS PRISCO LATIISQVE LEPORIBVS, OMNES
DVM LEGIMVS VENERES, ET SCITA INQVIRIMVS AEVI
DICTA BONI: AVXILIO QVAMQVAM SCRIPSISSE VIDEMVR
TIRONI QVAE SINT, SIVE ILLE INGENTIA TEMPLA
EXORNET TITVLIS, SEV SACRIS TEMPORA FASTIS
DESCRIBAT, LAVDETVE PIOS A FVNERE MANES.
SED TAMEN EGREGIAM TIBI REM, MELIORA SEQVVTVS
CONSILIA, ET PRIVVM TRACTAS GENVS. VRGE ANIMO ALTVM
VRGE OPVS, INCEPTIS LAETVS; TE PVBLICA QVANTVM
MVNERA, SCRIPTORVMQVE SINIT CHORVS: OFFICIOSVM
QVIPPE NIMIS TE OMNES NORVNT FACILEMQVE; ALIENA
SAEPE TVIS FELIX VT CRESCAT PAGINA CHARTIS.
QVVM REDDENT TIBI TE, DVRO NE CEDE LABORI;
NAMQVE VIGOR MENTI NVNC EST ATQVE ARTVBVS: VRBEM
NVNC RELEGE, EXESOS LAPIDES SCRVTARE, TABELLAE
NE LATEANT, VILIS SI QVAS FABER IMPROBVS HORTI
AVERSAS MVRO, PVTEI VEL MARGINE CLVSIT.
TALIA QVAESITVM TERRAS COMES IRE SVB IMAS
NON EGO, NEC CRYPTAS TECVM LVSTRARE RECVSEM,
CAECVM ITER ANFRACTV CREBRO. TACITISQVE LATEBRIS,
PER-

PERFVGIVM PATRIBVS POPVLOQVE AD SACRA, TYRANNVM
DVM FVGERENT: PICTO QVA PARIETE TEMPLA VIDERE EST,
ATQVE VIRVM TVMVLOS, PRO RELLIGIONE CRVENTAM
QVI QVONDAM MORTEM SVBIERE, IPSOQVE RVBENTES
SANGVINE ADHVC PHIALAS, TVMVLIS ET NOMINA SACRIS
INSCVLPTA HIC CAELO, MINIO ILLIC SCRIPTA VEL AVRO.
NON LEVIS HAEC TIBI CVRA, AT NEC LABOR IRRITVS; AVSIS
IN PROMPTV MERCES: VENIT HINC LVX PLVRIMA FASTIS
CAELICOLVM, CLARAQVE OLIM QVI MORTE PEREMPTI,
SPIRITVS HIS ET VITA REDIT; PRODVNTVR AVORVM
MORES, ET RITVS ET PRISCI EXEMPLA PVDORIS,
SANCTAQVE LAVDATIS CRESCVNT ANNALIA FACTIS.
AN PARVI PVTAT HAEC SI QVIS, NEC DIGNA LABORE
NVNC TANTO CENSET, BLATERONI SANVS INEPTO
AVSCVLTES CVRSV IN MEDIO, CVRAMVE REMITTAS
CONSILII DVBIVS? QVVM TALIA CAEPTA VALENTI
LAVDARIT MAGNI SAPIENTIA, AMETQVE GARAMPVS,
ALBANIQVE PROBENT PROCERES, PROBET OPTIMVS ACRI
IVDICIO PIVS, ET MERITO; NAM QVAE MAGE NOSTRAM
RES OPERAM STVDIVMQVE PETIT? NOS SI GENVS ATQVE
RELLIGIO TANGIT, VETERVM COMMENTA QVIRITVM
NEC PVDET ET FOEDAS ANIMO ABIECISSE DEORVM
TOT SPECIES, TENEBRIS EMERSOS LVCIS IN AVRAS.
QVI NVMERAT PROAVOS, ET REGVM SANGVINE CRETVM
SE PVTAT, ANTIQVOS VVLTVS FVMOSAQVE PATRVM
OSTENDIT SIMVLACRA DOMI; QVIN STEMMATA AMICIS
DAT MINIO DEPICTA, GENVS SI FORTE SVORVM
NOSSE IVVAT, TABVLAS SOLERS ET SCRINIA SERVAT.
NVM DECEAT TANTIS NOS A MAIORIBVS ORTOS

ILLA

ILLA MINVS CVRARE, ALTA NEC CONDITA TERRA, SI QVA VETVSTATEM TVLERINT, QVAESISSE, DOMORVM VT STENT PORTICIBVS, VEL SACRIS REDDITA TEMPLIS IMMEMORES MONEANT, QVA SIMVS ORIGINE NATI? NONNE VIDES, QVANTO FOSSOR MOLIMINE TERRAM ERVAT, VT PRISCI VVLTVS ATQVE ABDITA SIGNA RVRSVS IN APRICVM VENIANT, ORNENTVR ET AEDES ATQVE FORA, ANTIQVAE VIGEANT CVLTORIBVS ARTES? ATRIA QVIN PARIIS SVRGVNT INNIXA COLVMNIS, SPVRCVS VBI STABVLET CHIRO AC LATRATOR ANVBIS; ET TRVNCO DOMVS AMPLA IOVI NITET ATQVE DIANAE, MERCVRIOQVE FEMVR CLAVDO SEMESAQVE PHOEBO REDDIMVS ORA LYRAMQVE: COMAS, CAPVT ATQVE LACERTOS NON SVA SAEPE VENVS FERT MOECHA INCESTAQVE IVNO. CVR POTIOR STIMVLIS SEGNES NOS GLORIA NVLLIS IMPELLAT, SEROS VT IAM SERVEMVS IN ANNOS, QVAE SVPERANT, PARTAE MONVMENTA AVGVSTA SALVTIS, BIS SENIS AEQVAEVA SOPHIS, QVI SANGVINE LEGVM DOCTRINAM SANXERE SVO? CVR FORTIA FACTA PONTIFICVM OBLITI, QVORVM SAPIENTIA FOEDAS DISPVLIT E LATIO TENEBRAS, LVCEMQVE PER ORBEM DIFFVDIT, MORES HOMINVM MVTAVIT, HONESTAE OSTENDIT VITAE RATIONEM ET LVMINA VERI? O GENVS INVICTVM, O FORTES, O DVRA LABORVM PERPESSI! EXEMPLIS QVORVM OMNEM ET LEGIBVS ORBEM RELLIGIO COMPLEXA VIGET: DE MVNERE VESTRO EST, QVOD VIRTVS COLITVR, QVOD SACRA ACCEPIMVS, VNI ET FACIMVS NVNC RITE DEO. MAIORIBVS ISTIS POSTERITAS QVID NON DEBET! DIGNA OMNIA PORRO,

NVNC

NVNC ITERVM, MANIBVS QVAE CONTRECTATA PIORVM, VT STENT, VT VIVANT · VRBI SED REDDERE TEMPLA QVAE PATRVM STRVXERE MANVS, CVI NVNC LICET ! HOSTIS IAM FVROR ET LATE DIFFVSA INCENDIA MOLES HEV QVANTAS HAVSERE ! ADDE ET PERMVLTA VETVSTAS QVAE PESSVM VNA DEDIT, LAPIDES AVRVMQVE RESOLVENS ATQVE AERA · AMOTAE VERVM DE SEDE COLVMNAE SIGNAQVE ET A LOCVLIS SIMVLACRA ABIVNCTA, NOTAEQVE ET TITVLI, AGGESTA SERVANTVR PLVRIMA TERRA, AVT VACVIS VETERI DOMINO NEC COGNITA TECTIS, ATQVE VRBIS MEDIIS COENO STANT OBLITA VICIS · NAMQVE NOTIS MALE COMPVNCTOS OFFENDIMVS VLTRO SARCOPHAGOS CIPPOSQVE, RVBRAE VEL FRAGMINA TESTAE, QVAE FIGVLVS SIGNIS HEROVM PLVRIMA LEVIT SANCTORVM: HIC TVMVLVM LAPIS, AST ARAM ILLE TEGEBAT AVT FONTEM. MAGNO PASSIM CVMVLANTVR ACERVO SAECLORVM EXSVVIAE ET STIRPIS DECORA VLTIMA NOSTRAE · QVAE TAMEN OCCIDVIS VBI ROMAM VENIT AB ORIS ADVENA CONSPICIENS VENERATVR, ET OSCVLA FIGIT; EFFICTASQVE DOMVM FORMAS ET VERBA PAPYRO IN TENVI DESCRIPTA REFERT. ITER ITQVE REDITQVE CIVIS IDEM, STVPIDVSQVE OCVLIS NIL CERNIT APERTIS · ATQVE ALII, MVLTO QVI PECCANT TVRPIVS, ACRES SCILICET, IRRIDENT, MVSIVO FORTE REPERTO, HORRIDVLVM QVIS OPVS SI LAVDET, VEL PRETIVM SI PASTORIS RAPTAEQVE LVPIS OVIS ADDAT IMAGO, ET NOTA ANTIQVVM TESTETVR LITTERA TEMPVS. NON EGO GRAIORVM CLARAS INFENSIOR ARTES CONTEMNAM, AVT PVLCRIS INDIGNER PVLCRA LOCARI

MARM-

MARMORA · PORTICIBVS : LAVDO DIGESTA DEORVM SIGNA VIRVMQVE , MANVS VETERVM , QVEAT VNDE IVVENTVS ET FORMAS NOSSE , ET PRISCAS EDISCERE LEGES : VNDE ARTES REVOCARE DATVM , QVEIS GRAECIA QVONDAM FLORVIT , ATQVE ITALAE CREVERVNT PRIMITVS VRBES . SIC IVVAT , ET MECVM TV SENTIS , DOCTE MARINI : SED NOVA DVM CVLTV PRISCO MVSEA RENIDENT , ET MIRA ARTIFICVM STVDIIS EXEMPLA PARANTVR ; VOTA FACIS TANTO MECVM SVB PRINCIPE , PARTES QVAE SINE HONORE IACENT VRBIS NVNC DIDITA IN OMNES , TOT TITVLOS , TOT MAGNORVM SPOLIA AMPLA VIRORVM , RELLIQVIASQVE PATRVM ET NOSTRI INSIGNIA CASTVS , VNA HABEAT SERVETQVE DOMVS , CVI PRODIGA SACRAS TERRA RECLVDAT OPES , INSCRIPTAQVE SAXA REFVNDAT , NE LAMBERTINAE VENERANDA ARMARIA CRYPTAE , NE VACET ANTIQVIS PARIES VTRINQVE TABELLIS ; HISTORIAE VNDE QVEAT TOT LVMINA SCRIPTOR AVITAE DVCERE , ET INFESTIS PVGNAM COMMITTERE SIGNIS , PAR GRAIAE GENTI , ARCTOO METVENDVS ET HOSTI · NAE CVPIT HAEC VOLVITQVE PIVS , CVI MAXIMA CVRA RELLIGIO EST , CVI SANCTARVM CVSTODIA LEGVM ET VIRTVS CORDI : FACILES IAM IVSSA RECESSVS PANDET HVMVS , CRESCENTQVE NOVO PIA MVNERE SEPTA · SED TVVS HIC LABOR AC STVDIVM PERITVRA PARENTVM IAM DECORA ET SACRI PRIMA AEVI PIGNORA TRISTI VINDICAT INTERITV : DOCTIS QVI TRADITA CHARTIS SENSA VIRVM ET LONGA SERVAS DIGNISSIMA VITA CARMINA , QVAE SERI RELEGANT SINE FINE NEPOTES , QVAEQVE LEGAT GALLVS BATAVVSQVE ATQVE ACCOLA RHENI

ET

ET STVPEAT GAVDENS AVCTV GERMANIA TANTO ;
ILLA TVOS QVAMQVAM MORES MIRATA FIDEMQVE ,
DECERPIT STVDIIS HORAS , RVMPITQVE LABOREM ,
ATQVE VRBANA TIBI CVRANDA NEGOTIA DEFERT ,
NEMPE TVAS NON PARCVS OPES SVPERADDIS , ET OMNE
COMIS OPVS MIRO ELOQVIO , LECTISQVE SOPHORVM
ADSPERGIS DICTIS , SCRIPTORVM MENDA REFINGENS
IVDICIO INGENIOQVE SAGAX : NEC PROXIMA VERIS
NON TANGIS , SI VERA LATENT . PERGE , OPTIME RERVM ,
AMBITIONE RELEGATA , FELICIBVS AVSIS
ADDE VRBI ITALIAEQVE DECVS : TE VINDICE SANCTA
RELLIGIO ET PATRVM STENT SCITA ; VOLENTIBVS VNVS
IAM POPVLIS DET IVRA PARENS , VNOQVE REGANTVR
CONSILIO , VOTI QVAE PARS EST MAXIMA NOSTRI ,

AVCTORITATES CENSORVM

EVulgaverat jampridem elegantibus typis ſumma cum ſui nominis laude, vir priſcarum rerum ſtudio, & cognitione eminens Stephanus Antonius Morcellus peregregium opus *De Stilo Inſcriptionum Latinarum*: quo traditis imprimis plane labore artis lapidariae praeceptis, vitia in hanc ſpartam per inſcitiam ſubingreſſa acute detexerat, quibuſque modis corrigi poſſent, ex veterum praeſcripto demonſtraverat. En alterum is ipſe nunc volumen exhibet, maximoque beneficio eos, qui in hoc ſe artificio exercent, juvare pergit: complures etenim in eo cujuſvis generis epigraphas perſonis, rebus, temporibuſque noſtris accommodatas, quas ipſe confecit, in claſſes propriis inſignitas titulis miro ordine digeſtas proponit, ut tanto exemplo edocti videant Literatorum Lapidum cultores, praeſertim tirones, quantum ex traditorum in priore illo volumine praeceptorum uſu, & apta antiquorum imitatione, utilitatis & commodi haurire poſſint: quo deinceps non ex arbitrio, & impetu quodam, ſed communibus, certiſque regulis conformatas novas condant inſcriptiones. Praeterea perpulcrum, ac maxime, ut puto, jucundum cuique erit inter haec Faſtis illis frui, quos ipſe critice ſevera, diſpoſitione concinna, & aureo prorſus ſermone publici juris facit. Ego certe incredibili animi voluptate ipſos perlegi, tantaeque, meo judicio, ſunt dignitatis ac pretii, ut non dubitem eos digniſſimos adſerere, qui aeternitati ſacrentur, ad Eruditorum uſum, & ad ornamentum quoque ſive publicarum, ſive privatarum aedium in aes, aut marmor inciſi, quique rebus quoque memorabilibus, quae in dies geruntur, breviter, dilucide, & propriis formulis, uno verbo Morcelliano ſtilo continuentur. Adeedit ad haec, me, cum opus hoc mandante Reverendiſſimo P. Fr. Thoma Matia Mamachio Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici ad religionis, morumque trutinam diligenter evolviſſem, nihil in eo quod pias aures vel catholica ſanctiſſima dogmata laederet, offendiſſe. itaque in eam ſtatim ivi ſententiam, ut ad commune emolumentum in publicam lucem quam citiſſime prodeat. Ex aedibus S. Calliſti non. Mart. anno MDCCLXXXIII.

P. A. Galletti Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis Epiſcopus Cyrenenſis

OBſequutus mandatis Reverendiſſimi Sac. Palatii Apoſt. Magiſtri, accurate diligenterque, atque etiam ſumma cum animi mei voluptate eruditiſſimum hoc celeberrimi auctoris Stephani Antonii Morcelli opus perlegi: quumque nihil in eo, quod aut Chriſtianae religioni aut bonis moribus adverſetur, offenderim, publici jam juris quod ſit, digniſſimum cenſeo: ut poſtquam primo ejuſdem Cl. Viri opere *De Stilo Inſcriptionum Latinarum* Latinas contexendi inſcriptiones methodus tradita eſt, ex hoc altero, pulcherrimis earum, quas idem condidit, exemplaribus propoſitis, appareat, ab iis qui ad ejuſdem normam ſcripſerint, de quocumque argumento nunc quoque, aureo illo veterum Scriptorum nitore, elegantiſſimas inſcriptiones condi poſſe.

Ex Muſeo Capitol. VI. Idus Martias.

Franciſcus Eugenius Guaſcus Sti. Baſilic. Lib. Canonicus.

Imprimatur, Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sac. Pal. Apoſt.

F. A. Marcucci ab Immac. Conc. Patr. Conſtant. Epiſc. Montis-Alti, ac Viceſg.

IMPRIMATVR

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Magiſt.

CVL-

CVLTORIBVS ANTIQVITATIS

PROOEMIVM

NImis jam multa de inſcriptionibus triennio ante prolata a me erant : ut alia demum ad ſtudia animum curamque traducere oporteret, niſi otioſus eſſe mallem. neque ego hoc non videbam, aut non mature paraveram, in quo otii quod datur, conſumerem, & induſtriam meam ac laborem expromerem. ſed quidam interea ex hac urbana eruditorum natione, quos magnifacio, quum non ignorarent, inſcriptiones a me partim aliorum rogatu, partim privata voluntate confectas eſſe permultas; humaniter illi quidem, at ſaepe tamen conquerebantur mecum, quod quibuſdam ex harum numero inſertis, locum in meo illo volumine nullum reliquis eſſe voluiſſem. contendebant nimirum, juventuti paullo cultiori & horum ſtudiorum cupidae id potiſſimum a me parcius eſſe datum, quo illa magis indigeret. nam in antiquis exemplis propoſita tironi eſſe, quae imitanda ſint ; contra in meis demonſtrari, quo ille pacto veteres imitari poſſit: quod opportunius multo atque utilius eſſe affirmabant. itaque ſi plura id genus a me in eos libros congeſta eſſent, futurum fuiſſe, ut ex eorum lectione uberiores quandoque fructus plerique ferrent.

Equidem quid reſpondere poſſem, plane tenebam : neque enim conſilii mei ratio parum valere debebat, qui antiquorum auctoritates, non meos luſus & cantilenas proponere ſtatuiſſem. atque illud etiam

commemorare ſas erat, poſtquam volumen in manus hominum venit, obtrectatores non defuiſſe, qui, non ut ipſi parcimoniae, ſed impudentiae verterint, quod inſcriptiones illas meas non ita multas venditare auſus eſſem: quamquam ea ego mente ſubjeciſſe teſtatus fueram, non ut exempla, ſed ut conatum tironi aliquem & adumbrationem exhiberem. verum eruditis viris & tam benigne de me ſentientibus officii non erat repugnare; in eamque ſententiam facile ſum adductus, ut quandoquidem editum opus retractare non liceret, inſcriptiones, quae a me prodiiſſent, novo in libello omnes edendas curarem: iis tantum praetermiſſis, quas nonnulli tamquam ſuas promulgaſſent. neque enim eripiendum his videbatur, quod ultro jam libenſque tranſmiſeram. enimvero ad opuſculum hujuſmodi inſtruendum nonnihil etiam & numerus incitavit jam ſatis ingens inſcriptionum earum, quae rurſum a me per hoſce annos, multis officioſe id petentibus, condendae fuerunt: quippe juſtum plane volumen ex omnibus confici poſſe intelligebam, idque & argumentorum varietate probabile, & rerum etiam factorumque commemoratione non injucundum.

Iam vero ipſam libelli hujus editionem a novitate reprehendi non poſſe, aliorum me auctoritas & exiſtimatio edocebat: qui ex hoc ipſo genere bene multa, nec ſine laude vulgarunt. illud potius verebar, ne hominis eſſe non nimis verecundi videretur, ſi exemplis ipſe meis, quod ceteri neglexerunt, commentarios ſubjeciſſem. eſt eſt enim in promptu, quod jaci poſſit, ea videlicet tanti me judice facienda eſſe, quanti antiqua fieri ſolent, in quae hactenus una commentarii ſcripti ſunt. ceterum quidquid homines judicaturi ſint, illa ego in iis illuſtrandis ſpectavi maxime, primum ut inſcriptiones, quas ſaepe extra ſedem ſuam paullo obſcuriores eſſe neceſſe ſit, indiciis datis perſpicuas planaſque redderem: deinde ut quae uſu in his nova vel minus apta videri poſſent, ea, quantum liceret, a nota omni vindicarem. qua quidem in re fieri etiam poſſe non dubitabam, ut nonnulla aliquando tironibus ignota nec plane inutilia proferrem:

ita-

itaque vel in hoc uno ſatis ineſſe cauſſae, cur invidiam incepti & garrulorum dicta contemnerem.

Habeant igitur, qui antiquitatis ſtudioſi ſunt, hoc etiam, qualecumque eſt, de meis ſcriniis munuſculum, at ultimum tamen hujuſmodi; ſatis enim ſuperque huic litterarum generi datum eſt: tum alia profecto ad ſtudia ut aliquando me conferam, non aetas ſolum deflexa, ſed vitae etiam ratio, & quam tueri debeo, ordinis dignitas admonet. jure enim repetere ſolemus, ut viri gravia, ſacerdoteſque ſacra impenſius colant, atque in his ſe exerceant. eſt vero jam prae manibus opus auctoritatis plenum & religionis, libri ſcilicet duodecim a viro ſanctiſſimo & diſertiſſimo, Gregorio Pontifice Agrigentinorum, mille & ducentis ante annis in ſacrum Eccleſiaſten graece conſcripti, neque ad hanc diem in hominum lucem editi: quos Latinae conſuetudini traditos & commentario illuſtratos intra triennium, ſi Deus annuat, vulgare cogito. donum hoc docti viri ex Bibliotheca Albana primum habebunt; ſubinde alia, ſi tempus, ſi vires ſuppetent: neque enim id genus κειμελια Albani Proceres, ſemper de litteris boniſque artibus optime meriti, in domeſticos illos theſauros congeſſerunt.

ELENCHOS INSCRIPTIONVM

PARTITIO I.

INSCRIPTIONES PRIMI ORDINIS

CAPVT I.
INSCRIPTIONES SACRAE

§. I. TITVLI DEI IMMORTALIS CAELITVMQVE SANCTORVM

§. II. MONVMENTA SACRORVM

CAPVT II.
INSCRIPTIONES HONORARIAE

§. I. INSCRIPTIONES HONORI CLARORVM VIRORVM DICATAE

§. II. INSCRIPTIONES HONORI ILLVSTRIVM FEMINARVM DICATAE

CAPVT III.
EPITAPHIA

§. I. EPITAPHIA VIRORVM

§. II. EPITAPHIA FEMINARVM

§. III. EPITAPHIA PVERORVM ET PVELLARVM

§. IIII. EPITAPHIA SEPVLCRORVM COMMVNIVM

CAPVT IIII.
INSCRIPTIONES HISTORICAE

§. I. FASTI

§. II. INSCRIPTIONES OPERVM PVBLICORVM

§. III. INDICES LOCORVM PVBLICORVM ET PRIVATORVM

§. IIII. INDICES EORVM, QVAE LEGATA, DONATA, VENDITA AVT EMPTA SVNT

CAPVT V.
ELLOGIA

§. I. ELLOGIA CAELITVM SANCTORVM

§. II. ELLOGIA CLARORVM VIRORVM

§. III. ELLOGIA ILLVSTRIVM FEMINARVM

CAPVT VI.
CONSTITVTIONES PVBLICAE

§. I.

§. I. LEGES ET EDICTA

§. II. DECRETA CIVITATVM

§. III. TABVLAE FOEDERVM ET HOSPITIORVM

§. IIII. RESCRIPTA ET DIPLOMATA PVBLICA

§. V. INSCRIPTIONES MENSVRARVM ET PONDERVM PVBLICORVM

§. VI. DECRETA ET ACTA COLLEGIORVM

PARTITIO SECVNDA

INSCRIPTIONES SECVNDI ORDINIS

CAPVT I.
INSCRIPTIONES TEMPORARIAE

§. I. INSCRIPTIONES PRECATIONVM VOTORVMQVE CAVSSA

§. II. INSCRIPTIONES AD FESTOS APPARATVS ATQVE POMPAS

§. III. INSCRIPTIONES FVNERVM PVBLICORVM

CAPVT II.
INSCRIPTIONES NVMMARIAE

§. I. INSCRIPTIONES NVMMORVM ADVERSAE

§. II. INSCRIPTIONES NVMMORVM AVERSAE

CAPVT III.
TITVLI RERVM PRIVARVM

§. I. INSCRIPTIONES ANVLORVM

§. II. INSCRIPTIONES POCVLORVM

§. III. INSCRIPTIONES TESSERARVM

§. IIII. INSCRIPTIONES LVCERNARVM VASORVMQVE FICTILIVM

§. V. INSCRIPTIONES ARMORVM ET INSTRVMENTI BELLICI

§. VI. INSCRIPTIONES LATERVM ET TEGVLARVM

CAPVT IIII.
INSCRIPTIONES POETICAE

§. I. EPITAPHIA

§. II. INSCRIPTIONES SACRAE

§. III. INSCRIPTIONES HISTORICAE

§. IIII. ELLOGIA

IOSEPHI MAROTTI RHETORIS DECVRIALIS LYCEI ROMANI

DE NOSTRA VTRIVSQVE OPERIS EDITIONE

HENDECASYLLABI GRATVLANDI CAVSSA

GRATES INNVMERAS TIBI VSTVSTAS
AGIT TOTA SIMVL, LATINITASQVE
MORCELLE OPTIME, QVOD, NOVVS REPERTOR,
ANTIQVAE ET NOVVS EXPLICATOR ARTIS,
SCRIPSISTI EGREGIE LIBRVM, PROBATVM
SIC PLAVSV VNANIMI OMNIVM, VETVSTAS
NEMPE QVEIS COLITVR, LATINITASQVE,
VT POSSIT NIHIL AMPLIVS PROBARI.
HVIVS NVNC OPE, SI IVVET, LICEBIT,
QVOD VNVM HAEC CVPIDE EXPETSBAT AETAS,
SIGNIS, AEDIBVS, ARCVBVS, SEPVLCRIS,
ET QVIDQVID MEMORI SACRETVR AEVO,
MORE INSCRIBERE PRISTINO QVIRITVM
VENVSTOS TITVLOS ET ELEGANTES,
DIGNE, ET ORDINE, PVRITER, LATINE,
AVGVSTI VT REFERANT BEATA SAECLA.
OH PRAESTANS OPVS! OH LIBRVM DISERTVM!
CONSVLTVM ON BENE LITTERIS LATINIS!
VIRVM NON SATIS HOC: NOVVS LABOREM
EXCIPIT IABOR, ADDITVRQVE PRIMO
LIBRO NVNC SIMILI LIBRE NITORE,
QVEM SCRIPSTI, FACILE VT PATERE CVNCTIS
POSSIT, LEGIBVS OPTIME INSTITVTIS
SI QVIS PAREAT, AVREO LEPORE
AERI INCIDERE MARMORIVE POSSE
AERE, ET MARMORE DIGNA, DIGNA VT AEVO
ILLA SVNT TVA CAESARIS BEATO.
NAM QVAE VLTRO TIBI FABREFACTA, QVAEQVE
ROGATV PROCERVM VNDECVMQVE, PASSIM
ORNANT AVSONIAM, IVVAT VIDERE
HVC CONGESTA SIMVL, PERENNE SAECLI
VT NOSTRI MANEANT DECVS, FVGENTQVE
FOEDAM BARBARIEM. HEV PVDOR! REFERTAS
PENE VRBES TABVLIS FVISSE, ET OMNES
VICOS HACTENVS HISCE LITTERATIS
PRORSVS AD STOMACHVM VSQVE LECTITANTVM,
NOSQVE AEGRE IN NVMERO INVENIRE TANTO
VNVM VERSICVLVM, ALTERVMVE, QVI NON
SIT ERLER, OLEATQVE BARBARORVM
TETRAM ILLAM LLLVVIEM, BONORVM ET ILLOS
HOSTES AEQVE HOMINVM, ARTIVM AC BONARVM.
AST HAEC IAM PVERVNT: BENIGNITATE
IAM NOVVS SVPERVM PARATVR ORDO
RERVM: TE PRAEVNTE, IAM LICEBIT
ER HOC TEMPORE, PRISTINA RECEPTA
SCRIBENDI RATIONE, PRISTINOQVE
SPLENDORE, HAEC REPARARE DAMNA, QVEIS NOS
ERCITAVIMVS ERVDITIORVM
IN NOS SCILICET OMNIVM CACHINNOS.
NEC SANE IMMERITO; LOQVENTIBVS NAM
INSVLSE TITVLIS, ET INFICETE,
MAIESTAS ABIT IMPERI, INTERITQVE,
NITET QVAE IN TABVLIS MAGE HIS, IN AMPLIS
QVAM FORIS NITEAT, MINANTIBVSQVE
VRBIVM AEDIBVS, AVREISQVE TECTIS.
HAEC ENIM SPECIEM VREIS: AT CEREBRVM
OSTENDVNT POPVLI ILLA, LIBERALEM
ET CVLTVM, DECVS VNDE, ET VNDE VERA
MAIESTAS RESPETENDA, DIGNITASQVE.
ERGO PLAVDO TIBI, TIBI ET DISERTI
FORTVS GRATVLOR INGENI DISERTOS,
QVEIS CLARVS MEMORI COLERIS ORBI,
ORBIS DELICIVM VSQVE DVM DECVSQVE
VETVSTAS FVERIT, LATINITASQVE.

PARTI-

PARTITIO PRIMA
INSCRIPTIONES PRIMI ORDINIS

QUam diſtributionem in libris de ſtilo ſequutus ſum, ea mihi nondum diſplicuit: itaque eandem hic quoque retinendam exiſtimo; quam hic ſane jure quodam meo uſurpare poſſum, quum opes jam meas, quantulæcumque eæ ſunt, non alienas exponam. porro inſcriptiones ſingulæ ſic edentur, quemadmodum a me ſcriptæ ſunt: ne ſi quid ab alia manu in quibuſdam alicubi legitur, id mihi vel laudi immerito vel vituperationi tribuatur. quia vero inſcriptionum, quæ huic libro mandantur, non omnes ex aliorum voluntate, ſed privato etiam ſtudio non paucæ & poëtica quadam fingendi licentia confectæ ſunt; idcirco diſcrimen a litterarum formis inducam hujuſmodi, ut quas rogatus condiderim, eas litteris majoribus exprimendas curem: ceterae, quae delectationis cauſſa ſcriptae ſunt, minoribus repraeſententur.

CAPVT I.
INSCRIPTIONES SACRAE
§. I.
TITVLI DEI IMMORTALIS CAELITVMQVE SANCTORVM

1. (1)

OMNIPOTENTI· DEO· PATRI
VOTO SVSCEPTO
OB· INGRVENTEM· PESTILITATEM
VICANI· VICI· PACIS
LIBENTES· MERITO
SACRAVERVNT

Vicani Vici Pacis formula vetus apud Gruterum, (2) cui ſimiles condi aliæ poſſint, quum nomina vicorum ejuſmodi occurrunt. ceterum ſcribi etiam pote-

(1) pro altari, titulus adſciti argumenti.

(2) p. 92. n. 2.

poterat *Vicani Pacenſes*, ut *Colonia Pacenſis* a Plinio appellatur, quæ in Luſitania *Pax Iulia* dicta eſt. (3)

Libentes Merito: hac formula veteres voti ſe compotes indicabant, cauſſam ſcilicet ſibi jam eſſe profeſſi, cur votum ſolverent.

Annum non ſubjeci, antiquo plane more: ſæpe enim in vetuſtis exemplis deſideratur; vel quod veteres, re jam vulgata, id parvi interdum referre ducerent, vel quod ſeorſum in pleriſque operibus magiſtratus incidendos curarent.

(3) H. N. l. 4. c. 21.

JI.

(1)



AEvi formula ſequioris videri illa poſſit *Anno* LX. *Conſecrationis Suæ*: quippe in exemplo Gruteriano, (2) in quo Valens & Valentinianus Augg. cientur, Victor Augentius Hierocoraica filio ſuo Aemiliano tradidiſſe dicitur *Anno Trigeſimo Conſecrationis Suæ*: quo item tempore femina, quæ ſacris Cereris initiata eſſet, *Sacrata Deae Cereri* appellata eſt. (3) ſed male quis omnia levis eſſe auctoritatis ſtatuat, quæ ipſe in recentioribus tantum ſe legiſſe meminerit: nam & alii ſæpe plura legerunt ac tenent, & qui haec olim uſurparunt, multa vetuſtiorum ſcripta verſarant, quae nos non vidimus: quos etiam, quum de rerum appellationibus agitur, in ſacris praeſertim ac religioſis, nova potius inducere vocabula, quam propriis uti, incredibile eſt.

Atque hic quidem errare eos, qui formulam hujuſmodi tamquam minus Latinam repudient, mihi manifeſtum videtur. ſcio apud veteres Latinos, qui Dii facti eſſent, eos *Conſecratos* appellari; bona item quorundam *Conſecrata* dici, quae Diis devota dicataque eſſent: imo & mali civis caput *Conſecratum* idem eſſe, ac deteſtabile & ſacrum. ſed tamen viros quoque, qui ſacrorum cauſſa Numini addicti initiatique fuiſſent, praeſtantiſſimi Latinorum *Conſecratos* nominavere; quamquam id Grammatici minus attenderunt. Tullii certe illa ſunt de Martialibus, qui Larini ſacra curabant, (4) *Miniſtri publici Martis, atque ei Deo veteribus inſtitutis religionibuſque Larinatium Conſecrati*. Ovidius etiam, quum Auguſtum indicare vellet, Pontificatus maximi cauſſa *Sacratum* ducem appellavit, in Faſtis ſcilicet, (5) quos ante Auguſti exceſſum ſcriptos eſſe conſtat. quare nemo jam dubitare poſſit, ritus quoque eos, quibus initiari quis ſacris ſoleret, *Conſecrationem* dictos eſſe. INF

(1) pro calice facerdotali.
(2) p. 303. n. 2.
(3) Grut. p. 309. n. 4.
(4) pro Cluent. c. 15.
(5) lib. 2. v. 60.

III· (1)

INFANTI· DEO
CONSERVATORI· GENERIS· HVMANI
FLAVIA· ET· HORATIA· SORORES· ALBINAE
ALTARE
SVA· PECVNIA· EXORNAVERVNT
LEGATIS· ⋈· ∞· IↃCCCXX·
VTI· QVOTANNIS· ANTE· NATALEM· EIVS
SVPPLICATIO· NOVENDIALIS
ESSET

Altaria, inquit Festus, *ab altitudine dicta sunt, quod antiqui Diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant*. itaque nostra eodem potius nomine, quam arae, appellanda. nam aras humiliores fuisse constat, (2) nec victimis adolendis aptas. tum aram interdum dixere fulcimentum Altaris: quod Prudentius spectasse videtur, quum cecinit, (3)

Altaris aram funditus pessundare.

Denarii notam pro Iulio nummo recte usurpari arbitror, quod Iulius quoque decem aeris contineat, & argenteus idem sit nummus, *Novendiale* autem est non modo quod nono die fit, sed etiam quod per novem dies, ut *Feriae Novendiales* apud Livium. (4)

(1) pro templi aedicula.
(2) V. Serv. ad ecl. 5. v. 66.
(3) Peristeph. 14. v. 49.
(4) lib. 1. c. 31.

III· (1)

MARIAE· VIRGINI
SANCTAE· GENETRICI· DEI
SACRVM
CVSTODI· PRAEDIORVM
TREBELLIANORVM

Genetrici: ita inscriptum in Liviae nummo (2) & in Auctoritate centumvirorum Vejentium, (3) quod ejusdem aetatis monumentum est: eandemque scribendi rationem plerique post ea tempora retinuerunt: *Genitrix* tamen Manutio ob originis similitudinem magis probatur, cui scribae librarii favent.

(1) pro Sacello rustico.
(2) Spanh. diss. 12. p. 451.
(3) Fabr. 170. n. 324.

Cuſtodi Praediorum: idem id, atque ſi ſcribas, *Quod cuſtodiat praedia*: ſic enim veteres dedicationis cauſſam efferre ſoliti: quibus in appoſitis plus fere ineſt dignitatis, quam in fuſiori oratione eſſe poſſit. atque hac ipſa, opinor, de cauſſa eundem ſaepe modum in honorariis quoque inſcriptionibus ſequuti ſunt: quem nemo non probet, niſi qui titulis hiſtorias praeferat, & verba magis, quam ſententias adamet. porro appoſitorum ea vis & ſignificatio ex collocatione maxime oritur, quam ſane amittant, ſi nomini ipſi initio jungantur.

v. (1)

MARIAE· REDVCI
ET· ANGELIS· CAELESTIBVS· TVTELARIBVS
ANTONIA· LAVR· F· CLAVDIANA
PRO· REDITV· PAVLLI· AMERINI· CONIVGIS
ET· IVSTI· FILI
VOTVM· ANIMO· LIBENS· SOLVIT

BEneficium veteres, quod divinitus ſibi collatum crederent, appoſitis fere illis deſignabant, quae Deorum nominibus addebant. hinc alii *Sospitatores*, alii *Conſervatores*, quidam *Reduces*, *Defenſores*, *Propugnatores* dicti & hujuſmodi: *Tutelares* etiam; qua quidem appellatione eos tantum vocatos Grammatici tradunt, in quorum tutela urbes & loca eſſent, quos Romani ante oppidorum oppugnationem certo carmine evocare ſolebant. ſed tamen hominum quoque *Tutelares* Deos ex veterum ſententia fuiſſe, & ita nominatos eſſe, non ambigo. ii Pertinacis in nummis *Dii Cuſtodes* audiunt; at apud Gruterum (2) Mercurius & Minerva *Dii Tutelares* diſerte appellantur, nulla loci mentione facta, ut ad monumenti auctorem referendi videantur. tum Genios Deos habitos eſſe, eoſdemque hominum tutelae praefectos, norunt antiquitatis cultores, quum locorum item ac populorum Genii eſſent.

Iam reliquas inſcriptiones percurrenti, (ſemel enim praemonendi a me ſunt, qui haec legent) ſi quid cuiquam occurret, quod in controverſiam jure vocari poſſe exiſtimet; non is, ſi nihil ibidem interpretandi cauſſa ſubjectum videat, neglectum illud plane, ac ſilentio praetermiſſum arbitretur. nimirum quia bis terve de eadem re quaeſtionem inſtitui non oporteat; idcirco quae ſemel alicubi, ſive priore ſive poſteriore loco, expoſita explicatave ſunt, de his, quum alibi uſurpantur, verbum nullum fit. nec tamen, quandocumque ille haeſerit, magno negotio, quid ſemel de ſingulis controverſiis dictum ſit, inveniat; ſiquidem indices rerum verborumque ad calcem deſcriptos ſcrutari pauliſper non pigeat.

MAR

(1) pro lychnucho penſili.

(2) p. 50. n. 7.

VI. (1)

SANCTAE· GENETRICI· DEI
MARIAE
OPIFERAE· EXORATAE
OB· ADVENTVM· FAVSTVM· FELICEM
PII· VI· PONT· MAX·
CVIVS· PRAESENTIA· ADLOQVIISQVE
ET· IMMORTALIBVS
VIRTVTVM· CLARISSIMARVM· EXEMPLIS
GERMANIA· VNIVERSA
RECREATA· EST
IOSEPHVS· GARAMPVS· ARCHIEP· BERYT·
EPISC· FALISCODVN·
LEGATVS· EIVS
ANNO· M· DCC· LXXXII·
VOTI· COMPOS· DEDICAVIT

O *Piferae Exoratae*: hiſce appoſitis Deos ſuos ornare veteres ſoliti, quae adhuc in marmoribus & nummis legimus. haec porro quum ad ſanctos Caelites nos transferimus, primi recte utimur, quibus illi abuſi ſunt: ut inepte omnino faciant, quicumque haec tamquam profana repudianda dictitant. eſt autem *Exoratus* qui preces audivit, & ſupplici propitius factus eſt: quare Tullius *Exorari & Placari* conjunxit: *Viri*, inquit, (2) *non eſſe neque exorari neque placari*. utrumque appoſitum complexus eſt Ovidius, Iſidem inducens haec de ſe Telethuſae jactantem: (3)

. . . . . *Dea ſum auxiliaris, opemque*
Exorata fero.

Faliſcodun. oppida plura hodie *Montes* audiunt, ſi in colle ſita ſint: non ita apud Latinos veteres, quum pleraque in jugis condita eſſent: ſed nominibus eorum το Δυτον a Graecis mutuati, addebant (4) ſcribebantque *Auguſtodunum*, *Axelodunum*, *Beſeldunum*, *Brannodunum* & hujuſmodi. quid ni igitur & *Faliſcodunum* appellare liceat, quod nulla veterum auctoritate *Mons Faliſcus* audit? nam Faliſcorum antiquam urbem *Falerios* fuiſſe, ad Tiberim ſitam, in comperto jam eſt: nec cum ea Faliſcodunenſes de antiquitate certare poſſe, ſatis conſtat.

Hic

(1) Vindobonae in aedicula Legati Pontif. ſub donario.
(2) pro Mur. c. 29.
(3) Metam. l. 9. v. 698.
(4) v. Menag. Amoen. I. C. cap. 3.

Hic vero ipſum clariſſimi viri ac de me optime meriti nomen, cui egregia virtus & ſingularis doctrina immortalitatem dedit, admonere me quodammodo videtur, ut non levem a me notam, quae ab obtrectatoribus inuri poſſit, mature avertam. erit enim fortaſſe, qui facilitatem reprehendat meam, & impudentiae me inſimulet, quod inſcriptiones quaſdam eruditiſſimorum virorum nomine condiderim, qui dictare optimas ipſi poſſent. hanc porro accuſationem cum ſumma ſaepe virorum dignitas, quorum ſtudiis obſequendum eſt, multum elevat extenuatque; tum vero ipſa rei exilitas plane refutat, docti magnique viri ingenium minime requirentis. ſic & pictorum ſcientiſſimi vel iis in tabulis, in quibus praeclarum ipſi opus abſolverint, levia quaedam & communia pueris interdum ſuis pingenda relinquunt.

VII. (1)

MARIAE ADIVTRICI
SACRVM
VOTO SVSCEPTO
VICANI CARSEOLANI
LIBENTES MERITO
CVIVS DEDIC SACERDOTIBVS QVI
SACRVM FECERVNT
IVLI VIII N SINGVLIS DATI SVNT

Adjutrix legionum utique appoſitum quarundam fuit, quod haud raro antiquae inſcriptiones offerunt; ſed ipſis etiam Diis aliquando adſcriptum eſt. Minervam Tullius (2) *Adjutricem* conſiliorum ſuorum dixit, & *Fortunae Adjutrici* votum ſolutum tabella teſtatur, quam vidit Smetius. (3) ſtulte vero & ex vana ſuperſtitione haec olim inducta: at ipſa tamen vocabula, iterum dicam, quum denique a commentitiis Deorum nominibus ſejuncta ſunt, nihil habent reliquum, quod merito culpare poſſis, aut horrere & deteſtari debeas.

Iulii Nummi dicuntur denarii noſtrates eo jure, quo Graecos Horatius appellavit *Philippos* (4) & Perſicos Auſonius *Darios*, ceterum & *Denarii* ſcribi poterat, ut ſuperius notam ℋ uſurpavimus. veteres enim non ſemper nummorum ſummam per ſeſtertios efferre ſolebant: Varro, ut alios mittam, ſic interdum loquutus eſt: (6) *Quinquagenis Denariis vendit... ova eorum* (pavonum) *Denariis veneant quinis, ipſi facile quinquagenis*. & apud Gruterum leges, (7) *Cujus Dedicatione Dedit Populo Viritim Denarios Sing.* & his ſimilia.

DEO

(1) pro aede ruſtica.
(2) pro D. S. c. 57.
(3) Grut. p. 73. n. 7.
(4) l. 2. epiſt. 1. v. 234.
(5) epiſt. 5. v. 23.
(6) R. R. l. 3. c. 6.
(7) p. 51. n. 3. v. & Maff. M. V. p. 262. n. 1. &c.

VIII. (1)

DEO· OPTIMO· MAXIMO· SACR·
IN· HONOREM· MARIAE· VIRGINIS· SIDERIBVS· RECEPTAE
ORDO· POPVLVSQVE· MOLLIANENSIS
TEMPLVM· A· MAIORIBVS· OB· DEPVLSAM
PESTILITATEM· EX· VOTO· CONSECRATVM
VT· FREQVENTIAE· MVNICIPVM
ET· STATIS· SVPPLICATIONIBVS· AVGVSTIVS· PATERET
PECVNIA· PVBLICA· ET· OMNIVM· SODALITATVM
NOVA· FORMA· REFICIENDVM· LAXANDVMQVE
CVRAVIT

DEDIC· VII· IDVS· IVN· AN· M· DCC· LXXIIII·
AB· VRBANO· PARACCIANO· CARD· ARCHIEP· PRINC· FIRM·
CVIVS· ETIAM· OPE· ET· INSTANTIA· PERFECTVM· EST

Sideribus Recepta in nummis dicitur Faustina M. Aurelii uxor, quod Romano more post mortem inter Deos relata esset· ob eam rem exsistat rursum, qui formulae illi in Christiana inscriptione locum non esse contendat. hunc ego tamen paullo infirmiorem duxerim nimisque religiosum, qui vocabula etiam, quae media sunt, repudiet, iisque carere velit, quibus & tuto & commode uti possit. nimirum alia hisce verbis subesse sententia nunc potest, quam quae olim inerat: ut quum dicimus *Sacrum Facere*, *Consecrare*, *Votum Suscipere* & similia: quippe haec veteres ex superstitione sua accipiebant, quam nos detestamur. contra quum eadem a nobis usurpantur, nihil jam nisi sanctum & religiosum significant. in ipsis enim vocabulis nihil est, quod non in utramque partem trahi possit: quorum denique sententia manifesta fit, quum totius orationis partes causamque cognovimus.

Pestilitas Lucretianum vocabulum, nec tamen ita poëtarum proprium, ut ad inscriptionem jam iterum (2) transferri non possit. quin ob sonum ipsum maxime quadrat: quemadmodum alia hujusmodi, ut *Vetustate*, *Liberalitate*, *Auctoritate*, *Benignitate*, quae veteres libenter in titulis usurparunt: quippe ab ipsis quandoque verbis nescioquam granditatem, si apte intermisceas, inscriptioni accedere intelligebant.

Instantia, studio nempe & adsiduitate: ut apud Maffejum, (3) *Instantia & Laboribus suis fecit*: & apud Gruterum, (4) *Instante Managnio Niciate Liberto*.

IOAN.

(1) Molliani in agro Firmano.
(2) usurp. inscr. I.
(3) M. V. p. 351. n. 5.
(4) p. 551. n. 13.

VIIII. (1)

IOAN. MARIA. RIMINALDVS. V. C.
XII. VIR. VRBANVS. SACRI. CONSILI. LIT. IVDIC. SVMMVS. CVRATOR. LYCEI. FERRAR.
IN. HONOREM. SANCTAE. GENETRICIS. DEI
ET. IN. MEMORIAM. HERCVLIS. ANTONI. PATRIS. PIENTISS.
Θ. AN. M. DCC. LXII.
DE. RE. PVBLICA. ET. CIVIBVS. VNIVERSIS. OPTIME. MERITI
AEDEM. CVM. MONVMENTO. GENTIS. SVAE. A. MAIORIBVS
CONDITAM. TABVLAQ. TISIACA. A. M. D. XVIII. NOBILITATAM
QVVM. VETVSTATE. DILABERETVR. SVA. IMPENSA
REFICIENDAM. ET. OMNI. CVLTV. EXORNANDAM. CVRAVIT
ANNO. M. DCC. LXXXII.

ILlud Θ lege Σαόντος sive defuncti. sic apud Gruterum, (2) *Aquiliae* Θ *An.* LXV. *Aquiliae Gallae* Θ *An.* LX. nec alia alibi exempla desunt.

Tabulaque Tisiaca: quam scilicet pinxit Benvenutus Tisius. opera nempe artificum illustrium eo modo a cognominibus eorum aliquando denominata reperias. *Pausiacam tabellam* habet Horatius, (3) *Phidiacum ebur* Iuvenalis, (4) *Deliaca vasa* non raro Cicero; rursus *Archiacos lectos* Horatius, ut legendum putat Bentlejus: (5) & alia quaedam alii: quamquam diversa etiam origine dixere *Armeniacum*, *Olympiacum*, *Dionysiacum* & hujusmodi.

(1) Ferrariae in templo.
(2) p. 858. n. 4.
(3) l. 2. Sat. 7. v. 95.
(4) Sat. 8. v. 103.
(5) l. 2. ep. 5. v. 1.

X. (1)

IMP. CAES. KAROLVS. VI. P. F. AVG.
AN. IMPER. VIII.
RE. CHRISTIANA. SERVATA
TVRCARVM. EXERCITIBVS. CAESIS
TAVRVNO. ET. ZAROBARA. CAPTIS
MOESIA. SVPERIORE
ET. DACIA. RIPENSI. SVBACTIS
SANCTAE. GENETRICI. DEI
LIBENS. MERITO
EX. MANVBIIS

IN fastigiis fori Trajani scripsit Gellius (2) simulacra fuisse sita circumundique inaurata equorum atque signorum militarium, subscriptumque EX. MANVBIEIS. quid

(1) pro statua aenea.
(2) N. A. l. 13. c. 24.

Digitized by Google

quid autem eſſent *Manubiae*, ſic apud eundem Favorinus expoſuit : *Praeda dicitur corpora ipſa rerum, quae capta ſunt; Manubiae vero appellatae ſunt pecunia a quaeſtore ex venditione praedae redacta.... itaque haec ipſcriptio, quam videtis,* EX MANVBIEIS *non res corporaque ipſa praedae demonſtrat, (nihil enim captum eſt horum a Trajano ex hoſtibus) ſed facta eſſe haec comparataque ex manubiis, id eſt ex pecunia praedaticia declarat.*

XI· (1)

MICHAELI
INVICTO· SANCTO
PRINCIPI· ANGELORVM· CAELESTIVM
DAEMONVM· POTENTI
SACR·
PHILIPPVS· ANTOLINVS· VANNVCCIVS
IN· IPSIS· RVDERIBVS· VETERIS· TEMPLI· CCC· POST· ANNOS
EX· REDIVIVIS· RESTITVIT· DEDICAVITQVE
CLEMENTE· XIIII· PONTIFICE· MAXIMO
AN· M· DCC· LXXII·

Potentem addito genitivo caſu ſaepe uſurparunt Latini, ut poteſtatem dominationemque indicarent: poëtae in primis & hiſtorici & inſcriptionum auctores. *Naiadum potens* Bacchus ab Horatio dictus, (2) *Nimborum Tempeſtatumque potens* Aeolus a Virgilio: (3) Vellejus *Brutum & Caſſium decem & ſeptem legionum potentes* appellat, (4) Tacitus *potentem mariti* (5) mulierem in virum dominantem: inſcriptiones vero Iovem referunt *Tempeſtatium Divinarum* (6), Neptunum *Aquarum*, (7) Mercurium *Lucrorum potentem*. (8)

Redivivum eſt, inquit Feſtus, *ex vetuſto renovatum*: *Rediviva* autem ipſi lapides & caementa vocantur, quae muris disjectis perruptiſque iterum aedificio ſtruendo adhibentur. *Rudus ſi novum erit*, inquit Vitruvius, *ad tres partes una calcis miſceatur; ſi redivivum fuerit, quinque*. (9) Tullius vero, *Rediviva ſibi habeat, quaſi quidquam Redivivi ex opere illo tolleretur, ac non totum opus ex Redivivis conſtitueretur*. (10)

(1) Serrae in Piceno.
(2) l. 3. Od. 25. v. 14.
(3) Aen. 1. v. 84.
(4) l. 2. c. 65.
(5) Ann. l. 14. c. 6.
(6) Spon. Miſc. p. 76.
(7) Murat. p. 56. n. 2.
(8) Don. Cl. 1. n. 158.
(9) l. 7. c. 1.
(10) 3. Vett. c. 56.

XII· (1)

OMNIPOTENTI· DEO
SACRVM
SODALES· PHILIPPIANI
IN· HONOREM
IOSEPHI· SANCTAE· DEI· GENETRICIS· VIRI
ET· IN· MEMORIAM
PHILIPPI· NERI· CONDITORIS
PATRONORVM. CAELESTIVM
AEDEM· A· SOLO· SVA· IMPENSA· FACTAM
ET· COLLATITIA· CVLTORVM· STIPE· EXORNATAM
LIBENTES· MERITO
DEDICAVERVNT
KAL· OCTOBR·
ANNO· M· DCC· LXXXI·

Sodales Philippiani: sic apud Maffejum leges, (2) *Qui Militaver. In Cohortibus Praetor. Philippianis* . . . . id eſt Philipporum Augg. a patrio enim caſu *Philippi* & *Philippinus* & *Philippianus* duci poteſt: ut *Aedes Metellina* apud Feſtum, (3) & *Marcellianum Theatrum* apud Svetonium. (4)

Actius quidam libertus in dedicatione ſtatuae Iuniam Torquatam Veſtalem demortuam, ut legimus apud Gruterum, (5) *Caeleſtem Patronam* appellavit. id ego exemplum nactus, quod ad eruditam aetatem pertinet, Caelites ſanctos a Chriſtianis *Patronos Caeleſtes* aptiſſime vocari poſſe exiſtimavi, quotieſcumque ſe in eorum clientela eſſe teſtari volunt, ſive illis ſe defenſoribus laetari atque uti profitentur.

Et Collatitia: id eſt a pluribus collata. *Collatitiam ſtipem* dixit Apulejus, (6) & *Collatitia inſtrumenta* Seneca. (7) ſimilia illa *Ex Pecunia Multatitia, Praedaticia*: quae apud probatos ſcriptores legimus: ex ipſis autem veterum marmoribus haec ſunt, *Ex Stipe Annua*, (8) *Ex Stipe Quam Populus Romanus Anno Novo Apſenti Contulit*, (9) *Municipia Provinciae Luſitaniae Stipe Conlata Quae Opus Pontis Perfecerunt*: (10) & quaedam id genus alia.

D· O· M·

(1) Oſtrae in Vmbria·
(2) M· V· p· 325· n· 1·
(3) in *Tarpejae*·
(4) in Veſpaſ· c· 19·
(5) p· 25· n· 10·
(6) Metam· l· 8·
(7) Senec· de conſol· ad Marc· c· 10·
(8) Donat· ſuppl· ad Murat· Cl· 1· n· 8·
(9) Grut· p· 6· n· 1·
(10) id. p· 162· n· 3·

Digitized by Google

XIII· (1)

D· O· M·
SACR·
HONORI
SANCTI· MARCI· EVANGELISTAE· MARTYRIS
PATRONI· CAELESTIS
ALEXANDER· HOR· F· ALBANVS· PROTODIAC· CARD·
ABBAS· NONANTVLAN·
TEMPLVM· VETVSTATE· DILAPSVM
EX· REDITIBVS· ADCRESCENTIBVS· SODALITATIS
IESV· CRVCIFIXI
QVAE· PERGVLAE· EST· AD· SANCTI· VITALIS
ET· EX· CONLATIONE· SVA· IN· AMPLIOREM· FORMAM
OPERE· ET· CVLTV· SPLENDIDIORE
RESTITVIT
AN· M· DCC· LXXVI·

ABbas: ſi a Latinis Punicum vocabulum *Sufes* uſurpatum eſt, quod ea appellatione magiſtratum ſuum Poeni deſignabant; cur nos Syram vocem repudiabimus antiquiſſimum ſacri magiſterii nomen, quo & Sidonius (2) uſus eſt?

Quid Latini in aedificiis *Cultum* appellarent, demonſtraſſe Plinius videtur, (3) quum opera a M. Agrippa in aedilitate facta commemoravit: illum enim tradit, adjecta Virgine aqua, ceteris corrivatis atque emendatis, lacus ſeptingentos feciſſe; praeterea ſalientes centum quinque, caſtella centum triginta, complura etiam *Cultu* magnifica. cultus ſubinde qualis fuiſſet, ſic explicat: *Operibus iis ſigna trecenta aerea aut marmorea impoſuit, columnas ex marmore quadringentas.* eodem pertinent quae de Iovis & Iunonis aedibus refert, in quas quum ſigna inferrentur, geruli ea permutaſſe dicebantur: (4) *In Iovis aede*, inquit, *extitiſſe picturam Cultuſque reliquos omnes femineis argumentis conſtat: . . . . & in Iunonis aede Cultus eſt qui Iovis eſſe debuit.* adde Plinio Svetonium, qui de Auguſto teſtatus, ampla illum & operoſa praetoria gravari, ſubjecit: (5) *Sua vero quamvis modica non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xyſtis & nemoribus* excoluit, *rebuſque vetuſtate ac raritate notabilibus, qualia ſunt Capreis immanium belluarum feararum-*

B 2

(1) Pergulae in Vmbria.
(2) Carm. 16. v. 114.
(3) H. N. l. 36. c. 15.
(4) ibid. l. eod. c. 5.
(5) in Aug. c. 72. n. 6.

rumque membra praegrandia, quae dicuntur gigantum ossa, & arma heroum. idem autem superius de eodem Augusto scripserat. (6) *Habitavit . . . . in aedibus modicis Hortensianis, & neque laxitate neque Cultu conspicuis.*

Cultus igitur ornamenta sunt, quae in templa aut domos villasque vel aedificia publica inferuntur venustatis dignitatisque augendae caussa; ut ea *pugis* ad humilem locum pertinere non possit, verbi gratia ad lanienam, quam tamen nuper *Cultu Splendidiore* restitutam legimus.

(6) ibid. n. 2.

(1)

VITALI. MARTYRI
PATRI. MARTYRVM. SANCTISSIMORVM
INVICTO. IGNIPOTENTI
QVOD. EIVS. VIRTVTE. ET. SVBSIDIO
PROVINCIA. VNIVERSA
QVAE. MAGNIS. HOSTIVM. COPIIS
OPPRIMEBATVR
TERRORE. BELLI
ET. INCENDIORVM. PERICVLIS
LIBERATA. SIT
CIVITATES. INSVBRIAE
VOTO. SVSCEPTO. DICAVERVNT

REcte ab ipso etiam Martyrum nomine inchoari inscriptiones, quibus aedium sacrarum dedicatio enunciatur, fusius a me alias (2) demonstratum esse memini: itaque ad eum locum rejicio, si qui forte mecum dissentiunt. duo autem hic de praesenti Martyris ope praedicantur, primum quod Invictus Virtute provinciam armis hostium oppressam terrore belli, alterum quod Ignipotens Subsidio eandem incendiorum periculis liberarit.

Ignipotens Virgilianum vocabulum utique poëticum: ejus tamen generis, ut inscriptionibus satis conveniat. hujusmodi illa sunt *Apollini Pacifero*, (3) *Cereri Frugiferae*, (4) *Cereri Legiferae*, (5) *Iunoni Opiferae* (6) *Dianae Luciferae*, (7) *Navisalviae Salviae*, (8) *Diis omnipotentibus* (9) & id genus alia, quae auctores inscriptionum a poëtis fere acceperunt, aut cum illis communia habuere. neque enim illorum fines ita discretos esse, aut sibi intercluſos putaverunt, ut eo adspirare nunquam possent.

DEO.

(1) pro Templi aedicula.
(2) de st. inscr. p. 291.
(3) Grut. p. 38. n. 7.
(4) ibid. p. 26. n. 8.
(5) Reines. cl. 1. n. 36.
(6) id. appen. n. 2.
(7) Mass. M. V. p. 69. n. 3.
(8) ibid. p. 252. n. 4.
(9) Spon. Misc. p. 20.

XV· (1)



Deo Magno Aeterno : idem initium veteris inſcriptionis apud Fabrettum, quam hic & Maffejus Chriſtianam habent · lege, ſi vacat, quae & a me adſcripta ſunt. (2)

Soſpitare, inquit Feſtus, *eſt bona ſpe afficere, aut bonam ſpem non fallere*. recte igitur ſanctos Caelites *Soſpitatores* appellemus, quum in iis ſpem valetudinis aut otii aut dignitatis collocamus.

(1) pro altari· (2) de ſt· inſcr· p· 31· n· 31·

XVI· (1)



Minervae Cuſtodi Vrbis inſcripſit Tullius in baſi ejus ſigni, quod in Capitolio dedicavit, ut a Plutarcho in ejuſdem vita traditur. ſimilemque huic titulum ex antiqua baſi defectum Fabrettus olim Bibliothecae ſuae (2) limini ſupero impoſuerat. Iupiter ipſe *Cuſtos* appellatus, (3) & Dii *Cuſtodes Conſervatoreſque Vrbis* a Tullio dicti. (4) quare non minus latine quam vere *Cuſtodes Vrbium* appellari ſanctos Caelites liquet, in quorum tutela civitates ſint.

SANC

(1) pro aede·
(2) Fabr· p· 464· n· 17·
(3) Svet· in Domit· c· 5·
(4) pro Sext· c· 24·

XVII· (1)

SANCTO· LAVRENTIO
MARTYRI· INVICTO
SOSPITATORI
S A C R·
ALEXANDER· HORATI· F· ALBANVS
PROTODIAC· CARDINALIS
ABBAS
ANNO· M· DCC· LXXV·
TEMPLVM· VETVSTATE· CORRVPTVM
SVA· IMPENSA· RESTITVENDVM· ORNANDVMQVE
ALTARE· MARMOREVM· SACRARIA· TVRRIM
AB· INCHOATO· EXSTRVENDA· CVRAVIT
ITEM· DITIONEM· VETEREM· AGRVMQVE· VECTIGALEM
CASTRI· LEONIS· ET· MIRABELLI
QVAE· NEGLIGENTIA· SVPERIORVM· TEMPORVM
AMISSA· FVERANT
DIVTVRNA· CVRA· ET· FORENSI· ACTIONE· VINDICATA
EX· AVCTORITATE· PONTIFICIS· MAXIMI
SIBI· ET· SVCCESSORIBVS· POSTERISQ· EORVM
RECEPIT

Ditionem veterem: poteſtatem intellige ſive dominium: neque enim veteres locum ipſum regionemve, ubi quis jus imperiumve exerceret, *Ditionem* appellaſſe mihi videntur. nam ſic ea voce uti ſolent: *Mare ſuae Ditionis fecit*, (2) *Commagenem Ditionis regiae*, (3) *eſſe in regno ac Ditione alicujus*, (4) *Sub aliorum Ditione atque imperio eſſe*. (5) quare qui hodie *Ditionem Pontificiam* dicere ſolent, quum provincias intelligi volunt, quae Pontifici Maximo parent, non eos conſuetudinem Latinam ſequi putem.

Recepit: id eſt reciperavit; ut apud Tullium: (6) *Quum aliquot poſt annos Maximus id oppidum recepiſſet, rogaretque eum Salinator, ut meminiſſet: opera ſua ſe Tarentum recepiſſe, quid ni, inquit meminerim? numquam enim recepiſſem, niſi tu perdidiſſes*. nec diverſa ſententia apud Livium: (7) *Ibi non ſociorum, ſicut in Algido, res, ſed ſuas Romanus populationibus agrorum amiſſas recepit*.

AVIT

(1) in aede Laurent· in Campo poſt altare·
(2) Curt· l· 6· c· 5·
(3) Svet· in Veſp· c· 8·
(4) Cic· Verr· 6· c· 27·
(5) Caeſ· B·G· l· 1· c· 31·
(6) de Orat· l· 2· c· 67·
(7) lib· 3· c· 63·

AVITVS· ET· ALEXANDER
FRATRES· REDONI
MILITES· COH· PR· 7· CORVINI
MISSI· HONESTA· MISSIONE
AB· EVGENIO· IMP·
PRIMI· OMNIVM· IN· PATRIA· SVA
GEORGIO· MARTYRI
INVICTO· SOSPITATORI
AEDEM· SVA· IMPENSA· FECERVNT
QVAM· CALIGATI
VOVERANT

C*Ohors praetoria* olim dicta, quae ducem exercitus ſtipabat: quo nomine nos quoque uti quis prohibet ad eos milites deſignandos, qui a duce non diſcedunt? centurionem vero & centuriam nota illa 7 veteres plerumque indicabant: eam etiam cur hodie uſurpare non liceat, ſiquidem res ſignificanda ſit minime diverſa? numeri quidem noſtri aeque centuriis conſtant, & iis qui praeſunt, ſi centuriones appelles, nihil obſcurum loquare· *Honeſtae* item *Miſſionis* appellatio locum habet, quae nunc etiam emeritis ſtipendiis datur: eſto non idem honeſtae miſſionis diploma milites nunc ferant.

Ab Eugenio Imp· Latini veteres claris ducibus, qui *Imperatores* appellati eſſent, non, ut deinde Auguſtis, ante nomen, ſed poſt ipſum adſcribebant IMP. in Tullii epiſtolis videre hoc poſſis, quarum initia ſunt hujuſmodi, *M. Tullius Cicero Imp. C. Marcello Coſ· Deſignato*, *M· Tullius Cicero P. Sulpicio Imp.* adde his Pompejanae inſcriptionis, quam Plinius ab interitu vindicavit, non diſſimile exordium, (2) *Cn. Pompejus Cn. F. Magnus Imp.* enimvero diſcrimen id a nobis etiam retinendum, ut quae vocabuli ſententia ſit, ex ipſa collocatione legenti appareat.

Caligati dicti gregarii milites, ut apud Svetonium: (3) *Tota via Caligatorum quoſque militum obvios exoſculans*. & apertius apud Gruterum in tituli honorarii ſubſcriptione: (4) *Honorati & Decuriones & Numerus Militum Caligatorum*. nomen horum a Caliga ductum, calceo ſcilicet militari, quae item pro militia uſurpatur: (5) itaque in veteri inſcriptione optimae notae legimus (6) *Omnibus Officiis In Caliga Functo*.

SANC

(1) pro aede·
(2) H·N· l·7· c·26·
(3) in Vitell· c·7· n·6·
(4) p·279· n·3·
(5) Plin· H·N· l·7· c·43·
(6) Grut· p·445· n·9·

XVIIII· (1)

SANCTO· IGNATIO· LOIOLAEO
CONDITORI· SOCIETATIS· IESV
ORDO· ET· POPVLVS· EMPVLITAN·
QVOD· MAIORES· AN· M· D· XXXXVIII·
POST· DIVTVRNA· DISSIDIA
EO· CONCILIATORE
PACEM· CVM· TIBVRTIBVS· CONFIRMARINT
PATRONO· OPTIMO· MONVMENTVM
IMAGINIQVE· EIVS· GYPSEAE· IN· IPSO
DEMORTVI· ORE· EFFICTAE· LOCVLVM
ET· ARAM· P· C· AN· M· DCC· LXXIII·

EMpulum agri Tiburtini vetus oppidum fuiſſe, non ambigitur: Livius enim auctor tradit: (2) *Empulum eo anno ex Tiburtibus haud memorando certamine captum*. & vero ab Empulitanis prognatos eſſe, qui nunc *Caſtromadamenſes* audiunt, civis eorum Cioffius contendit, cui poſt Kircherum aſſenſus eſt Vulpius. (3) *Monumentum*: quum de templis ſermo eſt, ipſa ἀναθήματα interdum ſive donaria & ſimulacra, quibus ornari ſolent, ea appellatione deſignata reperio. Caeſar de Gadibus, quo profectus fuerat, ſcribens, (4) *Pecunias*, inquit, *Monumentaque, quae ex Fano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet*.

(1) in templo Empulit.
(2) lib· 7· c· 18·
(3) V· L· t· x· part· 2· lib· 18· c· 17·
(4) B· C· l· 2· c· 21·

XX· (1)

SANCTO· IGNATIO
LOIOLAEO
PATRI· LEGIFERO
CONFESSORI
CONCLAVE· QVO· MAIORES
HOSPITEM· ACCEPERE
NEPOTES· SACRAVERVNT
PATRONO· CAELESTI

PAter hic Ignatius appellatur, quod Ordinis religioſi auctor fuerit: ſic apud veteres philoſophi & juriſperiti ſcholarum ſuarum principes *Patres* dicti ſunt

ut

ut apud Horatium *Pater Chryſippus* (2), *& Pater Trebatius* : (3) eodemque pertinet Virgilianum illud, *Imperiumque Pater Romanus habebit*. (4)

Idem autem & *Legifer* denominatus, quod vivendi rationem ſuis legeſque praeſcripſerit. eadem de cauſſa Minos olim *Legifer* (5) & *Legifera* Ceres (6) appellati.

At quid opus, inquies, fuit *Confeſſori* ? quum ſcilicet ne barbarum uſquam vocabulum inducatur, tantopere labores. equidem vocabulum, quo Latini ſcriptores uſi ſunt, & recte uſi, haud barbarum dixerim. Latinos porro ſcriptores appello Prudentium, Hieronymum, Sidonium, alios ejuſdem aetatis, quorum voces a Grammaticis afferri video, eoſque non invitus ſequor, quum rem eandem vetuſtiores propriis nominibus non extulerunt. nam horum certe dictiones, quum praeſto ſunt, ſi poſthabeam, amens ſim. exiſtimo autem recte ab illis *Confeſſores* nominatos, qui praeclaro teſtimonio in ipſo vitae diſcrimine Chriſtianos ſe profeſſi eſſent. ſaepe enim *Confiteri* idem eſt atque *ſe manifeſtare*, ut apud Virgilium, (6) *Alma parens confeſſa Deam*. & *Confeſſio* pro teſtimonio aliquando uſurpatur : Cato apud Gellium (8) in oratione pro Rhodienſibus : *Ea*, inquit, *Confeſſionem faciunt, non defenſionem*: Et Plinius de Laſere : (9) *Ad extera corporum indubitatas Confeſſiones habet*.

(1) Tibure in aedibus Coccanariorum.
(2) l. 1. ſat. 3. v. 126.
(3) l. 2. ſat. 1. v. 12.
(4) Aen. l. 9. v. 449.
(5) Ovid. l. 3. Amor. El. 10. v. 41.
(6) Virg. Aen. l. 4. v. 58.
(7) Aen. l. 2. v. 59.
(8) N. A. l. 7. c. 3.
(9) H. N. l. 22. c. 23.

XXI. (1)

FRANCISCO· XAVERIO
APOSTOLO
SOSPITATORI· ORIENTIS
QVOD· CAELO· RECEPTVS
CIVITATEM· QVAM· LVES· POPVLABATVR
PRAESENTI· OPE· RESPEXERIT
ET·APPELLENTE·AB·SANCIANO·NAVI·QVAE·SACRVM
CORPVS· EIVS· MENSE· POST· MORTEM· QVINTO
INTEGRVM· RECENSQVE· ADVEHEBAT
SECVRITATEM· CIVIBVS· SALVTEMQVE
REDDIDERIT
ORDO· ET· POPVLVS· MALACENSIS
CONSERVATORI· PATRIAE

MAlaca oppidum Luſitanorum trans Indiam & Gangem in peninſula cognomine, e regione Somatrae. (2) enimvero ejus oppidi incolae inſigne aliquod monumentum caeleſti illi Patrono debebant, qui civitatem a mortis diſcrimine liberaverat. (3)

(1) pro ſtatuae baſi.
(2) Turſell. Xaver. Vit. lib. 1. c. 17.
(3) Turſell. ibid. l. 5. c. 13.

XXII. (1)

IOSEPHVS· MARIANVS
PARTHENIVS
CAECILIAE· VIRGINI· SANCTAE
MARTYRI· INVICTAE
D· D·
PATRONAE· CAELESTI

QVi donum dedit, is eſt, cujus paucis ante annis in lucem prodiere (2) Actiones Orationeſque illae eloquentiſſimae, quas eruditi omnes admirati ſunt. vir enim optimus, quum litteras amet plurimum, pietatem colit impenſius: itaque religionis ejus monumenta multae in urbe, quaedam etiam extra urbem ſacrae aedes habent.

(1) in donario ex auro (2) Romae a Salomonio anno 1772.

XXIII. (1)

DEO· SACR·
IN· MEMORIAM
AGATHAE· VIRGINIS
MARTYRIS
GENS· CLAVDIA
VOTO· SVSCEPTO

GEns & unam tantum & plures aeque familias deſignat, ſiquidem hae unum omnes progenitorem habuerint: quippe eo vocabulo Latini ab uno prognatos comprehendebant, ſive in una ii ſive in multis jam familiis cenſerentur, quae ſcilicet apud Romanos cognominibus inter ſe diſtinguebantur, quum nomen Gentis proprium ſingulae idem ferrent. quare Ovidius quum Maximum amicum appellaret, qui e Gente Fabia erat, ad quam item ſpectabant *Labeones* & *Victores*, ſic eſt loquutus: (2)

O ſidus Fabiae, Maxime, Gentis ades.

quibus verbis decora *Maximorum* ad *Labeones* etiam & *Victores* derivabat, quum tres illae familiae una *Gens* eſſent.

Nota, inquies, haec, ut alia quoque complura; neque te opus erat, qui nobis tam-

(1) pro aedicula templi. (2) Pont. l. 3. ep. 3. v. 2.

tamquam ex interioribus & reconditis litteris iſta depromeres. grata vero haec mihi ab erudito viro interpellatio, quae optatam purgandi mei occaſionem attulerit. nimirum ſi vulgata quaedam in commentariis confectior; eorum facio gratia, qui tirones ſunt, quibus rerum etiam illarum, quas jam didicerunt, commemoratio inutilis numquam eſt. quid, quod interdum ne eruditi quidem omnia omnes in numerato habent? nonnulla certe in titulis hiſce meis reprehenſa a quibuſdam ſcio, quae alii etiam laude digna putaverunt. jam aliqua, opinor, mihi venia dabitur excuſationis, quod eorum quoque cauſſa quaedam aliquando oratione renovarim: qui, quum de his aliquid lectitare volent, facile praetermittere ea poterunt, quae ipſi maturius delibarint.

XXIIII· (1)



Sacrum Quieti Corporis: antiqui epitaphii exordium eſt, quod apud Donium leges. (2) ea porro formula, qua ne in epitaphiis nos utamur, religio vetat, ſacrae hujuſmodi inſcriptioni aptiſſima eſt.

Hagnae: ita ſcribendum, non *Agneti*, alias adnotavi: (3) & ita ſcriptum ab antiquis, Bentleius ſeptenis exemplis demonſtravit: (4) totidem ſcilicet inſcriptionibus, quas Gruterus, Reineſius, Malvaſia edidere.

(1) pro tumulo ad viam Nomentan·

(2) Cl· 17· n· 19.

(3) de ſt· inſcr· p· 421·

(4) ad Hor· Serm· 1· l· 1· v· 40·

XXV· (1)

PARENTI· SANCTAE
AVGVSTINI· MAGNI
MONICAE· PATRONAE· CAELESTI
SACR·
SODALES· EIVS· OPERA· ET· PECVNIA
IN· EXEMPLVM· PIETATIS· COLLATA
AEDEM· NEGLIGENTIA· SVPERIORVM· TEMPORVM
DEFORMATAM
EX· AVCTORITATE
ANTONII· RVSCONI· PRIMICERI
ABSIDE· CVM· SACRARIO· PRODVCTA
ET· RELIQVIIS· CANDIDAE· MARTYRIS· ALTARI· INLATIS
NOVO· CVLTV· EXORNANDAM· CVRAVERVNT
ANNO· M· DCC· LXXXII·

Abſidem aut *Apſidem* Latini uſurparunt, ut curvaturam fornicis ſive cameram ſignificarent: Plinius junior villam ſuam Laurentinam Gallo deſcribens, (2) *Adnectitur*, inquit, *angulo cubiculum in Apſida curvatum, quod ambitum Solis feneſtris omnibus ſequitur*. at de aede ſacra uſurpavit Paullinus Nolanus: (3) *Apſidem ſolo & parietibus marmoratam camera muſivo illuſa clarificat*: quales nempe in urbe plures adhuc antiquis in templis viſuntur, quae fere muſivis operibus nitent. *Concham* etiam appellabant, de qua fuſe agit Salmaſius. (4)

Et Reliquiis: hoc potiſſimum vocabulo cineres atque oſſa defunctorum Latini quoque veteres deſignabant. apud Gruterum leges, (5) *Cujus Reliquiae Ex Indulgentia Aug. N. Romam Latae Sunt*. Senecae vero haec ſunt verba: (6) *Neminem de ſupremo officio rogo, nulli Reliquias meas commendo*. fallitur porro qui cineres tantum corporum crematorum *Reliquias* appellari putat. nam diſerte Tacitus, ubi Germanicum Varo & militibus ejus ab Arminio caeſis ſuprema ſolventem deſcribit, (7) cadavera illa inſepulta, albentiaque in campo oſſa ter *Reliquias* vocat, eaque, *ut fugerant, ut reſtiterant, diſjecta vel aggerata*, & rogi nempe & tumuli honore etiamtum carentia.

XX·

(1) Romae in Aede Monicae.
(2) l. 2. ep. 17.
(3) epiſt. 32. n. 10.
(4) in Solin. p. 1212. C.
(5) p. 594. n. 7.
(6) epiſt. 92.
(7) Ann. l. 1. c. 61.

Digitized by Google

XXVI. (1)

EX· AVCTORITATE
PII· VI· PONT· MAX· OPTIMI· PRINCIPIS
ALOISIVS· LICCA· CVR· OPER· MVNICIP·
AEDICVLAM· CVM· ALTARI
A· MAIORIBVS· VETERE· IN· OPPIDO· DICATAM
DOMO· POST· DEMIGRATIONEM· EXSTRVCTA
EISDEM· LEGIBVS· RESTITVIT
ET· DEDICAVIT
ANNO· M· DCC· LXXVIII·

Icani vici Laurentii cum infalubri loco habitarent, beneficio Clementis XIIII. Pont. Max. in vicinum clivum transmigrarunt, noviſque jam ſedibus recepti, miti caelo fruuntur. id oppidum in finibus Vulſinienſium ſitum eſt, & duo millia paſſuum a veteri ſede diſtat. porro eodem modo Salapini olim in Apulia, uti narrat Vitruvius, (2) quum ob paluſtres aquas quotannis aegrotando laborarent, a M. Hoſtilio publice petentes impetrarunt, uti idoneum ſibi locum ad moenia tranſferenda conquireret eligeretque. *Tunc is*, inquit, *moratus non eſt, ſed ſtatim rationibus doctiſſime quaeſitis, ſecundum mare mercatus eſt poſſeſſionem loco ſalubri: ab ſenatuque populoque Romano petiit, ut liceret transferre oppidum, conſtruitque moenia & areas diviſit, nummoque feſtertio ſingulis municipibus mancipio dedit. his confectis lacum aperuit in mare, & portum e lacu municipio perfecit. itaque nunc Salapini quatuor millibus paſſ. progreſſi ab oppido vetere habitant in ſalubri loco.*

§. 11.

(1) Vico Laurentio in aedibus Liccarum.

(2) lib. 1. c. 4.

§. 11.

MONVMENTA SACRORVM

XXVIII. (1)

ADYTA SACROSANCTA
QVO NEMINI PRAETER SACERDOTES
ADIRE FAS EST
QVI SCIENS PEDEM INTVLERIT
HVIC SACRIFICIIS
INTERDICTVM ESTO
AB EOQVE OMNES DECEDVNTO
ET ADITVM EIVS
SERMONEMQVE DEFVGIVNTO

ADyta Graecis litteris ſcripſit Caeſar, & his verbis definivit: (2) *Pergami in occultis ac reconditis templi, quo praeter ſacerdotes, adire fas non eſt, quae Graeci Ἄδυτα appellant, tympana ſonuerunt.* ſed Virgilius Latinae conſuetudinis fecit, ſaepe eo vocabulo uſus, ut ſecretiora templorum loca ſignificaret, unde fere oracula dabantur. (3)

Tota vero inſcriptio Caeſarianis conſtat verbis: nam ubi de Druidum apud Gallos auctoritate atque muneribus agit, haec quoque Caeſar habet: (4) *Si quis aut privatus aut publicus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt. haec poena apud eos eſt graviſſima: quibus ita eſt interdictum, ii numero impiorum ac ſceleratorum habentur; ab iis omnes decedunt, aditum eorum ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant.*

Iam alias quam multa inſcriptionum membra, ne dum formulae, in Caeſaris commentariis occurrant, a me indicatum eſt: quibus & Tullii orationes & Nepotis Vitas & Livianam hiſtoriam potiſſimum adjungebam, exemplis etiam decerptis, quae rem oſtenderent. (5)

QVAE

(1) pro factis templi penetralibus.
(2) B. C. l. 3. c. 105.
(3) Aen. l. 2. v. 114. &c.
(4) B. G. l. 6. c. 5. n. 13.
(5) de St. inſcr. l. 3. part. 2. c. 1.

XXVIII. (1)

QVAE HEIC SITA SVM
CAECILIA.
VIRGO MARTYR
MEVM SI SEPVLCRVM
PEREGRINO EXORNATVM MARMORE
ET CENTVM A LYCHNVCHIS QVOTIDIE RENIDENS
ITERVM STVDIIS CELEBRATVR QVIRITIVM
ATQVE AEDES SI TOTA NITET
ARGENTO AVRO PVRPVRA
ET LECTOS STATIS SACRIFICIIS SACERDOTES
IMPOSITOSQVE SACRIS CVSTODES HABET
PAVLLO AEMILIO PAVLLI F SFONDRATO
P. R E S B. C A R D.
CVLTORI ADSIDVO MVNIFICO PIENTISSIMO
LIBENS ACCEPTVM REFERO
QVI VT OMNIA ESSENT PERENNIA
ME QVOQVE HEREDEM
EX TESTAMENTO INSTITVIT

Quae Heic Sita Sum: ſic nempe veteres antiquiſſimum ſepulturae genus enunciabant, quum defuncti corpus rogi expers condebatur. quo pertinent Tullii verba: (2) *Declarat*, inquit, *Ennius de Africano*, Hic eſt ille ſitus. *vere; nam ſiti dicuntur ii, qui conditi ſunt*: ut olim Cornelii omnes, qua de gente Scipiones nunc Sullae invident, qui primus e patriciis Corneliis igne voluit cremari. at Ennianum illud Africani epitaphium nondum emerſit, ſive ille Romae, ſive Literni ſepultus fuerit, qua de re Livius ambigebat. (3)

Quod autem ipſam ego Virginem ſanctiſſimam loquentem induxerim, contra veterum conſuetudinem, aut ſine ullo exemplo factum ne dixeris, novum id non eſſe, alio loco expoſui. (4)

Heredem: grave nunc multis ac vix ferendum videtur, amplas interdum hereditates in templorum cedere cultum, & Sacerdotibus alendis totas dicari. atqui leges olim in vana etiam illa & perverſa religione hoc dabant: quumque Dii Deaeque omnes legata percipere poſſent, quidam praeterea, ut ab Vlpiano accepimus, (5)

opti-

optimo jure heredes inſtituebantur, Iupiter ſcilicet Tarpejus, Apollo Didymaeus Mars in Gallia, Minerva Ilienſis, Hercules Gaditanus, Diana Epheſia, Mater Deûm Cybele, quae Smyrnae colebatur, & Caeleſtis Salinenſis Carthaginis.

(1) argumenti ab amico propoſiti. (2) de leg. l. 2. c. 22. (3) lib. 38. c. 36. (4) de ſt. inſ. p. 44. n. 60. (5) Regul. I. ſing. tit. 23.

XXVIII. (1)

ALOISIO. GONZAGAE. ET. STANISLAO. KOSTKAE
PATRONIS. CAELESTIBVS. SALVTARIBVS
CVLTORES. EORVM
CLYPEA. EX. AERE. INAVRATA
NOSTRA. IMPENSA. POSVIMVS
ET. HAC. LEGE. DEDICAVIMVS
VT. NE. CVI. AMOVERE. TOLLERE
ALIOVE. EA. LOCO
ADFIGERE. LICEAT
VTIQVE. DIE. NATALI VTRIVSQVE
FLORIBVS. ORNENTVR. AMBO
ET. CEREI. BILIBRES. DVO. AD. EA
ACCENSI. IN. DIEM. LVCEANT
VOS
CAELITES. SANCTI. NOVENSILES
QVI. HANC. VRBEM. HAS. SEDES. INCOLVISTIS
PRECAMVR. QVAESVMVSQVE
VT. ITA. NOBIS. VOLENTES. PROPITII
ADSITIS
RESQVE. NOSTRAS. BENE. IVVETIS
SI. OPIS. VESTRAE
NON. ALIENAE. LAVDIS. PROMERENDAE. CAVSSA
HOC. VOBIS. DEDIMVS
DONVM

DE Clypeis votivis & honorariis fuſius a me actum in opere de ſtilo inſcriptionum libro 1. ad inſcr. XVII.

Novenſiles appellatos a Latinis ex ipſa cultus novitate Deos peregrinos in urbem receptos tradidit Cincius Grammaticus, ut eſt apud Arnobium. (2) quare *Novenſilis* idem ac *Novus*. vocabulum origine Sabinum eſſe, Varro affirmare videtur: (3) ait enim, *Feronia, Minerva, Novenſiles a Sabineis: paullo aliter ab eiſdem dicimus Laram, Veſtam, Salutem, Fortem Fortunam, Fidem.*

ex.

(1) pro aedicula ſolo privato (2) lib. 3. p. 122. (3) l. 4. de L. L. c. 10.

XXX. (1)

EX· AVCTORITATE
PII· VI· PONT· MAX·
A· D· PR· IDVS· APRILES
ANNO· M· DCC· LXXVIIII·
SODALIBVS· BONAE· MORTI· APPETENDAE
QVORVM· SEDES· AD· S·IGNATII· AEDEM· PERDIV· FVIT
TEMPLVM·S·NICOLAI·MAGNI·DATVM·ADSIGNATVM·EST
IN·QVOD·STATIS·DIEBVS·IPSI·LIBERI·POSTERIQ·EORVM
AD· SACRA· AD· CONCIONEM· AD· SOLLEMNES
PRECATIONES· VETERI· IVRE· CONVENIANT
ITEM· CETERIS· CIVIBVS· INCOLISQVE· QVICVMQVE
TEMPLVM· RELIGIONIS· PIETATISQVE· CAVSSA
CVM· SODALIBVS· ISDEM· ADIERINT· CELEBRARINT
TRIBVTVM· VTI· EODEM· IVRE· DE· ADMISSIS· SVIS
PACEM· A· DEO· VENIAMQVE· AD· PONTIFICALIS
INDVLGENTIAE· MODVM· SINGVLI· IMPETRENT
VTIQVE· DEFVNCTORVM· ERRATA· ETIAM· ET· POENAS
EXPIARE· IIDEM· SVPPLICANDO· POSSINT

Sodalibus Bonae Morti Appetendae: hoc fere modo veteres officia, curationes munera efferre solebant, quae nomine proprio & certo carerent: quo e genere illae sunt appellationes, *Quinqueviri Publicis Sumptibus Minuendis*, (2) *Curator Muris Reficiendis*, (3) *Triumviri Sacris Conquirendis Donisque Persignandis*, (4) & aliae permultae. hujus autem nostrae formula est quam simillima in lapide veteri ad hortos Iustinianorum his verbis (5) *Sodalitas Pudicitiae Servandae*.

Civibus Incolisque: sic fere veteres universum unius oppidi populum enunciare soliti: itaque leges *Municipes & Incolae*, (6) *Coloni & Incolae Puteolani*, (7) *Municipibus Et Incolis Sing.* (8) & hujusmodi. saepe enim in antiquis inscriptionibus ea formula opus erat.

Errata Etiam, ea nempe intellige, de quibus loquutus est, qui scripsit, (9) *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a Peccatis solvantur*.

(1) Fabriani in templi porticu.
(2) Plin. l. 2. ep. 1.
(3) Cic. de O.G. Or. c. 19.
(4) Liv. l. 25. c. 7.
(5) Spon. Misc. p. 70.
(6) Maff. M.V. p. 352. n. 2.
(7) Grut. p. 404. n. 2.
(8) id. p. 406. n. 2.
(9) Mach. l. 2. c. 12. v. 46.

Digitized by Google

XXXI. (1)

EX. AVCTORITATE
D. N. PII. VI. PONT. MAX.
IVSSV. CONSENSVQVE
ANDREAE. CONTI. V. C.
TOTIVSQVE. DOMVS. EIVS
QVOD. OLIM. SACRVM. SEPTIMO. QVOQVE. DIE. FESTO
IN. AEDE. FIEBAT. QVAM. MAIORES. MICHAELI. ARCHANG.
DICATAM. IVRE. PATRONATVS. LEGITIMO. TVEBANTVR
EA. POSTQVAM. OB. SOLI. HVMESCENTIS. SQVALOREM
ET. LVMINA. MOLIBVS. VICINITATIS. OBSTRVCTA
ALIOS. IN. VSVS. CONVERSA. PROFANATAQVE. EST
ID. IAM. SACRVM. AB. ANNO. M. DCC. LXXXIII. HEIC
IN. CELLA. MARIAE. SANCTAE. AB. ORIG. IMMACVLATAE
ET. IOSEPHI. VIRI. EIVS. ATQVE. IOANNIS. BAPTISTAE
QVAM. A. MAIORIBVS. ITEM. CONDITAM. NEPOTES
TVENTVR. EISDEM. LEGIBVS. EISDEMQ. CONDITIONIBVS
FIET. QVAEQVE. PECVNIA. EX. SOLO. AEDIS. PARIETIBVSQ.
VENDITIS. REDIGETVR. EX. EA. SACERDOTIO. IN
PERPETVVM. GENTI. ADDICTO. VECTIGAL. ADCRESCET

Lumina Molibus.... ii *Obſtruere luminibus* dicebantur, qui aedificia altius tollendo vicinorum aedes obſcurabant. ſic enim de Clodio loquutus eſt Cicero: (2) *Primo ſe luminibus ejus eſſe obſtructurum minabatur*. ea hic formula commode uti non licebat, dictionis ordine repugnante: ipſa tamen verba, quia fas erat, retinui. nam *Lumina* ipſae feneſtrae appellatae; itaque Apulejus dixit *obſeſtrare lumina*, (3) & Palladius *lumina ſeptentrionis*. (4) *Obſtruere* autem *limen*, *aditus*, *portas* aeque Latinum eſt, atque *Obſtruere luminibus*: ergo & *Lumina Obſtructa* dicere poſſumus, ſi *lumina* pro feneſtris accipiantur.

In Cella: id eſt in aedicula templi. nam & veterum templa plures quandoque Cellas habuere, quae & *Aedes* interdum appellantur, ut in templo Iovis Capitolini & in templo Flaviorum. eas Vitruvius ſemel *Cellas minores* appellavit, (5) quod ipſum templi ſpatium inter parietes aut columnas medium ab aditu ad abſidem *Cella* diceretur.

INS-

(1) Anagniae in templo Angeliano.
(2) pro Domo ſua c. 44.
(3) lib. 2. Metam.
(4) l. 1. tit. 21.
(5) l. 4. c. 7.

XXXII· (1)

INDVLGENTIA· CLEMENTIS· XI· PONT· MAX·
ADMISSIS· DEFVNCTORTM· EXPIANDIS
PRIMA· HEIC· HOSTIA
PRO· SINGVLIS· PERLITABITVR

PErlit are idem atque Καλλιεργειν Graecis, ideſt ſacrificio rite facto placare numen, votumque impetrare. Livius: (2) *ea omnia ſacrificia laeta fuere, primiſque hoſtiis perlitatum eſt*. rectius igitur hac utare formula, quam quae Altaribus noſtris inſcribi ſolet, privilegium datum memorans, ſed quale illud ſit, non indicans. nam perperam quis verbum *Litare* profanis adnumeret, quae noſtra religio reſpuere debeat: quippe quod Tertullianus ipſe (3) & Prudentius (4) uſurparint.

(1) pro altari·
(2) lib· 36· c· 1·
(3) de patient· c· 10·
(4) Cathemer· 7· v· 5·

XXXIII· (1)

PIVS· VI· BRASCHIVS PONTIFEX· MAXIMVS
XII· KAL· OCT· ANNO· D· N· MDLXXVI· PONTIF· II·
DEVM· OPTIMVM· MAXIMVM
PALAM· POPVLO· ROMANO· PRECATVS
VTI· CAEPTA· PROSPERARET
SPATIVM· SACRARIO· NOVO
TEMPLI· VATICANI· EXCITANDO
SOLLEMNIBVS· CAERIMONIIS· DICAVIT
INIECTISQVE· IN· FVNDAMENTA· STIPIBVS
AERIS· ARGENTI· AVRI
LAPIDEM· SACRVM· AVSPICALEM
TANTORVM· OPERVM· STATVIT

DE caeremoniis iis, quibus aedium ſacrarum apud nos inchoari aedificia ſolent, nihil a Marangonio traditum invenio in eo libro, in quo rituum Chriſtianorum origines perſequutus eſt· at qui Tacitum legerit, quo loco Capitolii reſtituendi curam a Veſpaſiano in L· Veſtinum collatam refert, (2) is, opinor, jam facile intelliget, multa ex veteri conſuetudine retineri, quae rite expiata, religioſe nunc ſancteque uſurpantur· itaque & formulas huic aptas argumento pleraſque a Tacito mutuari licuit.

(1) pro lapide primo ad fundam. Sacrar· Vatic.
(2) Hiſt· lib· 4· c. 53·

XXXIII. (1)

HONORI
SANCTI NICOLAI MAGNI
AEDES A SOLO INCHOATA XVII KAL OCT AN M DCC LII
LAPIDEM AVSPICALEM STATVENTE FRANC TORQVATO
SIMEONIO ARCHIPRESB
ABSOLVTA ET RITE EXPIATA VII KAL IVL AN M DCC LXVIIII
EANDEM AVCTORE V E HIERONYMO SPINOLA CARD EPISC
HIERONYMVS VOLPIVS V C DOMO BARIO ARCHIEP
NEOCAESAR INLATIS ALTARI MAXIMO CINERIBVS
MARTYRR SANCTISS
IVSTINI ZOSIMI VALERII LVPERCI
CONSECRAVIT DEDICAVITQ
XVI K SEPT AN M DCC LXXVII
CVIVS DIEI SACRVM ANNIVERSARIVM IN FASTOS
AD DOMINICVM MENSIS OCTOBRIS TERTIVM RELATVM EST

Rite expiata: non homines ſolum nec crimina tantum, ſed loca etiam *expiabantur*. *Qui expiandum forum*, inquit Tullius, (2) *populi Romani ab illis nefarii ſceleris veſtigiis eſſe dico*. nec ſemper *Expiatio* ad crimen refertur; nam de incendio urbis, primo Gallico bello, ſic loquutus eſt Florus: (3) *Incendium illud quid egit aliud, niſi ut deſtinata hominum ac Deorum domicilio civitas, non deleta nec obruta, ſed expiata potius ſed luſtrata videatur?*

In Faſtos: id eſt in Kalendarium; *Faſtos* enim aut *Faſtus* appellavere Latini non eas ſolum tabulas, in quibus magiſtratus & res domi militiaeque geſtae per annorum ſeriem deſcribebantur, quas & *Annales* nominabant; ſed eas etiam, quae anni menſes & dies, ac quae ſingulis diebus reſponderent, ſacra, ferias, ludos, epulas, pompas referebant: cujuſmodi Faſtos Verrius Praeneſte publicavit, & Ovidius verſibus expoſuit. nomen a faſtis diebus, quos ſimul indicabant, datum videtur, quemadmodum a Kalendis Kalendaria item dicta ſunt. de his Cicero loquitur, quum ait, (4) *Ego D. Bruto liberato, quum laetiſſimus ille civitati dies illuxiſſet, decrevi, ut in Faſtis ad eum diem Bruti nomen adſcriberetur.*

SANC.

(1) in aede agri Praeneſt.
(2) pro Rabir. perd. reo c. 4.
(3) lib. 1. c. 13.
(4) ad Brut. epiſt. 15.

XXXV. (1)

SANCTO· NICOLAO· MAGNO· PONTIFICI· MYRENSIVM
PATRONO· CAELESTI· SOSPITATORI
HIS· FINIBVS· HISCE· REGIONIBVS· VETVSTISSIMI· MAIORVM
AEDEM· MERITO· DICAVERVNT
CVRIONIQVE· PRIMITVS· SACRORVM· CAVSSA· ADTRIBVTAM
RAMBOTTVS· PONTIF· AN· M· CC· LXXXVIII·
FONTE· BAPTISMATIS· RITE· INSTRVXIT
EANDEM·AB·ALBERGHETTO·CHIAVELLIO· AN·M·CCC·XVII·
OPERIBVS· AMPLIATIS· RESTITVTAM
QVVM· VETVSTATE· DILABERETVR
COLLEGIVM· CANONICORVM· ET· RESPVBLICA
CVLTORESQVE· OMNES· STIPE· COLLATA
AN· M· DCC· LXXVII·
IM AMPLIOREM· FORMAM· AB· INCHOATO· REFICIENDAM
EXORNANDAMQVE· CVRARVNT
VTI· MAIESTAS· ET· HONOR· AEDI· SANCTISSIMAE
REDDERETVR
QVAM· AB· HONORIO· III· P· M· DIPLOMATE· INSIGNITAM
A· CALLISTO· III· AN· M· CCCC· LVI·
PRAEDIIS· ET· PRAEFECTVRA· SANCTI· CASSIANI
CONTRIBVTA· LOCVPLETATAM
A· PIO· II· AN· M· CCCC· LVIIII· QVVM· VNO· AB· ANTISTITE
CVRARETVR· COLLEGIO· CANONICORVM· AVCTAM
MARTINVS· V· EVGENIVS· IIII· XYSTVS· IIII· PAVLLVS· V·
GREGORIVS· XV· PP· MM· PVBLICIS· PRIVILEGIORVM
LITTERIS· HONESTARVNT

Curionem rectius, quam *Parochum* dici, qui sacris Curiae praesit, Grammatici omnes fateri debent: quum olim *Parochorum* munus civile, *Curionum* semper sacrum fuisse constet. ait enim Varro: (2) *Curiones dicti a curiis, qui fiunt, ut in heis sacra faciant*. idem *Parochum* diserte a Sacerdote distinguit; nam in Sesquiulysse haec

haec ab eo ſcripta, tradit Nonius (3) *Hic enim omnia erat, Sacerdos, Prætor, Parochus, denique idem ſenatus, idem populi caput.*

Privilegium Tullius fere in malam partem aceipit, tamquam legem in privatum hominem latam contra praeſcripta majorum. itaque adverſus Clodium, (4) *De peſte*, inquit, *civis conſervatoris reipublicae licuit tibi ferre non legem, ſed nefarium Privilegium*: rurſus in eundem: (5) *cum indemnatum exturbares, Privilegiis tyrannicis irrogatis*. ceterum qui conſequuti ſunt Latini ſcriptores ſaepe Principis beneficium, ſive immunitas eſſet, ſive lex quaecumque in favorem alicujus commodumve lata, *Privilegium* appellaverunt. *Privilegia parentibus quaedam data* ſcripſit Seneca, (6) Apameam coloniam Plinius (7) *habuiſſe Privilegium & vetuſtiſſimum morem, arbitrio pro rempublicam adminiſtrare*. idem vocabulum eadem ſententia ſaepe in Pandectis occurret: quin & in veteri inſcriptione apud Fabrettum (8) leges de Antonino Aug. *Quod Privilegia Eorum Non Modo Cuſtodiverit, Sed Etiam Ampliaverit*.

(1) Fabriani in aede ſacra.
(2) de L. L. l. 4. p. 22.
(3) c. 1. n. 239.
(4) pro D. 5. c. 10.
(5) ibid. c. 42.
(6) l. 3. de Benef. c. 11.
(7) l. 10. ep. 56.
(8) p. 682. n. 67.

XXXVI. (1)

N V M I N E
D E I· O M N I P O T E N T I S
P L A C A T O
E T· P A C E· E X O R A T A
ORDO· ET· POPVLVS· VRBANIENSIS
IN· HONOREM
CHRISTOPHORI· MARTYRIS
PATRONI· CAELESTIS
SACRAVERVNT
QVANDOQVIDEM· ANNO· M· DCC· LXXXI·
MAXIMO· TERRAE· MOTV· CIVITAS· VNIVERSA
AB· SEDIBVS· SVIS· ET· SOLO· PATRIO· EXTORRIS
EX· ANTE· D· III· ID· IVN· AD· D· VIII· KAL· AVG·
INCOLVMIS· IN· CAMPO· TETENDIT· ET· HEIC
ALTARE· AD· SACRIFICANDVM· AEDICVLA
CIRCVM· OPERE· SVBITARIO· CONSTITVTA
DIES· XXXV· STETIT

EXtorris: ſic Livius de Xyniae incolis oppidum deſerentibus, *Hoc*, inquit, (2) *ſedibus ſuis Extorre agmen in praeſidium incidit, quod Athamanum, quo tutior fru-*

frumentatio eſſet, ducebatur. & de Auguſto, qui Nurſinos patria exegit, Svetonius: (3) *Grandi pecunia, & quam pendere nequirent, multatos Extorres egit oppido*: id eſt extra terram patriam: ut extorres ii etiam recte dicantur, qui a patriae moenibus parum abſint.

Tetendit: militare id quidem verbum eſt, ſed de aliis etiam, qui milites non eſſent, quandoque uſurpatum: ut apud Caeſarem: (4) *Vt qui ſub vallo tenderent Mercatores, recipiendi fui non haberent facultatem*.

Opere Subitario: de Nerone Tacitus: (5) *Subitaria aedificia exſtruxit, quae multitudinem acciperent*. idem theatri gradus in tempus ſtructos *Subitarios* dixit. (6)

(1) Urbaniae in Umbria, ad columnae baſim.
(2) l. 32. c. 13.
(3) in Aug. c. 12.
(4) l. 6. G. 9. c. 36.
(5) Ann. l. 15. c. 39.
(6) ibid. l. 14. c. 10.

XXXVII. (1)

CONCLAVE· HOC· SIVE· SACRARIVM
ALTARI· CONDITO· DEDICATVM· EST
QVOD· IGNATIVS· PATER· POST· COLLEGIVM
ROMANVM· CONSTITVTVM· HVC· IN· HORTOS
AD· SVORVM· RELAXATIONEM· COEMPTOS
IPSE· VALETVDINE· IAM· AFFECTA· POST
IDVS· IVLIAS· ANNI· M· D· LVI· TAMQVAM
VIRIVM· RECIPIENDARVM· CAVSSA· SECEDENS
RELIGIONEM· LOCO· ET· SANCTITATEM
PRAESENTIA· INTVLERIT
QVODQVE· HEIC· DIEM· SVPREMVM· ANIMO
VERSANS· VELVTI· CONTENTO· AD· METAM
CVRSV· DEI· OPTIMI· MAXIMI· PRAEMIORVMQVE
DIVINORVM· CONTEMPLATIONI· MAGNO· SE
AMORIS· ARDORE· TOTVM· ADDIXERIT
DONICVM· CRESCENTE· MORBO· DELATVS
DOMVM· QVATRIDVO· AD· SEDES· CAELESTIVM
PLACIDO· EXITV· EMIGRAVIT

(1) Nſcriptionem hanc Petri Aloiſii Galletti Pontificis Cyrenenſium viri ſummi rogatu condidi, qui ſacram aediculam ad thermas Antoninianas nuper inviſens, cuſtodis negligentia apertam cuique & ſqualore obſitam, non ſine animi moerore re-

reperit; veritusque est, ne paullatim cum sacrario ipso loci etiam memoria penitus interiret.

(1) pro aedicula ad therm. Antoninian.

XXXVIII. (1)

GVLLIELMVS· PALLOTTA· CARDINALIS
PRO· PRAEF· AERARI
CVRATOR· OPERVM· PVBLICOR·
PATRONVS· MVNICIPI
PATRONVS· LICCARVM
AEDES· CIVIVM· OPPIDVMQVE· OMNE
OPE· EIVS· ET· INSTANTIA· CONSTITVTVM
REVISENS
PRIMVS· SACRVM· AD· ALTARE
FECIT

MUnicipium a me appellari, qui Vicus sit, multi, opinor, mirentur. at Vicani illi patriam suam a conditore *Laurentiopolim* vocant: per eum enim stant, per quem alii cecidere. constat vero, non semper a Latinis ea solum oppida appellari *Municipia*, cujus incolae jure suo uterentur, & cives Romani essent. *Nunc* abusive, inquit Ulpianus (2) *Municipes dicimus suae cujusque civitatis cives*. quin & *Municipes Iovis* dixit Iuvenalis Lagenas ex insula Creta advectas, (3) & Cumanam testam *Municipem Sybyllae* Martialis, (4) tamquam si eo vocabulo inquilini jam omnes cujusque loci appellarentur.

(1) Vico Laurentio in aedibus Liccarum.
(2) L. 1. D. ad Munic. & de incol.
(3) Sat. 14. v. 271.
(4) l. 14. ep. 114.

XXXVIII. (1)

✠
LOCVS
VBI· CORPORA· MARCELLINI· ET· PETRI
MARTYRVM· SANCTISSIMORVM
PRIMITVS· SEPVLTA· SVNT
QVEM· IOSEPH· MARIANVS· PARTHENIVS
TITVLO· HONESTANDVM
CVRAVIT

HOnestare saepe est honorare aut insignem clarumque reddere: *mortem alicujus imagine honestare* dixit Tullius, (2) & apud Plinium phoenix describitur sic, Au-

(3) *Auri fulgore circa colla, cetera purpureus, caeruleam vofeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciem, caputque plumeo apice honeſtante.* Curtius de Poro ſcribens ait: (4) *Ipſum vehebat elephantus ſuper ceteras belluas eminens: armaque auro & argento diſtincta corpus rarae magnitudinis honeſtabant.*

(1) in arenariis Tiburtii Marc.
(2) pro Rab. perd. reo c. 9.
(3) H. N. l. 10. c. 2.
(4) lib. 8. c. 13.

XXXX. (1)

CLEMENS. XIII. P. M.
CVM. PATRIBVS. POPVLOQVE
PLACANDI. NVMINIS
CAVSSA

Patres quum dicebant Latini, conſilium publicum deſignabant: & *Patres* ab honore appellatos tradit Livius, quos Romulus Senatores creavit: (2) idemque vix aliter nominare ſolet. recte igitur haec de *Cardinalibus* accipias, qui Pontificis Maximi conſilium ſunt.

(1) pro tabula picta pompam ſacram referente. (2) lib. 1. c. 8.

XXXXI. (1)

PRO. SALVTE. CLEMENTIS. XIII. P. M.
OPTIMI. PRINCIPIS

Salus antiquis in titulis fere ſemper uſurpatur, qua morbo & morti opponitur: & multae adhuc exſtant tabellae cum ea formula *Pro Salute Imp. Caeſ.*, *Pro Salute Coloniae & Ordinis Decurionum & Populi Tudertis*, *Pro Salute & Incolumitate Domus Divinae* & hujuſmodi. est vero & haec apud Gruterum, (2) *Pro Salute Imperii Romani & Virtute Legionis* XIII. G. ſed inſcriptionem totam merito rejecit Maffejus. (3)

Hunc & ſuperiorem alioſque hujuſmodi titulos quicumque a tabulis, quibus ſubſcripti ſint, abjunctos legat, obſcuros videri, facile pronunciet. ſed minus recte ſententiam ante ferat, quam illud perpenderit, quo loco proſtare dicantur. quae enim in ipſis non enunciantur, ipſae referunt tabulae; ut qui eas contemplatus ſit, plura jam in titulis ad perſpicuitatem non requirat.

(1) pro tabula picta Vota populi R. referente.
(2) p. 2. n. 11.
(3) Art. Cr. L. p. 269.

XX XXII.

(1)

V. NON. OCTOBR.
ANNO. M. DCC. LXXVIIII.
QVOD. QVATVOR. MENSES. NON. PLVISSET
SVPPLICATIO. IN. VRBE. DIER. OCTO. INDICTA
OBSECRATIONESQVE. IN. TEMPLIS. CVRIARVM
OMNIBVS. FACTAE. PRECIBVSQVE. AB. VIRGINE
MATRE. PETITVM. VTI. PROPITIATA. CAELESTES
AQVAS. IMPLORANTIBVS. MITTERET. NOXIAMQ.
FRVGIBVS. INTEMPERIEM. PROHIBERET
SACERDOTES. ET. PRIMORES. CIVITATIS
ET. POPVLVS. PER. VRBEM. EVNTES. ET
PACEM. PRECANTES. CARMEN. CECINERE
PRAELATVMQ. SANCTAE. VIRGINIS. SIMVLACRVM
ACCENSO. THVRE. FACIBVS. CEREISQVE
ARDENTIBVS. SEQVVTI. SVNT

Supplicationem Latini dixere non modo publicam gratiarum actionem, de qua Tullius saepe meminit, quum scilicet ob res bene gestas populus templa adibat gratiarum agendarum causſa; sed etiam publicam obsecrationem periculi avertendi & numinis placandi causſa, quales Romae factas Livius non raro scripsit. *Eo*, inquit (2) *anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum causſa Supplicationes in biduum Senatus decrevit.* & de bello Philippico agens, (3) *Supplicationibus habitis jam & obsecratione circa omnia pulvinaria facta.* item alibi multa id genus habet: ut verbum nullum sit aptius ad eas obsecrationes designandas, quae in civitatis periculis templa celebrantes facere solemus.

Curias appellavi, quas vulgus expuncto I *Curas* vocat, nomine, ut reor, a *Curiis* ducto. nam veteres quoque non aedem solum, in qua sacra fiebant, sed populi etiam partem eam, quae unam in aedem sacrorum causſa conveniret, eo vocabulo nominabant. totus enim populus in Curias triginta divisus fuerat, nominibus quasque suis distinctas, quorum tamen pleraque ignoramus. (4) ea Festus a Sabinis virginibus sumpta tradit, quas Romani sub Romulo rapuerunt. relege, quod superius inscr. XXXV. subjeci idem Festus *Curiales* appellari tradit, qui sunt *ejusdem Curiae, ut tribules & municipes.*

Carmen Cecinere: sacros nimirum de mores psalmos, opis implorandae causſa. *Carmina* enim dixere veteres propria quadam appellatione, quae sacra peragentes canebant, ut *Saliare Carmen* & *Carmen Saeculare*. nec eo nomine semper poema & versus indicabant; quum & Praetoris formulae *Carmen* dicerentur. (5)

KAL.

(1) pro pila marmorea ad aedem sacram.
(2) lib. 10. c. 33.
(3) lib. 31. c. 9.
(4) v. Liv. l. 1. c. 13.
(5) v. Cic. pro Mur. c. 12.

XXXXIII. (1)

KAL· SEPTEMBR·
PIO· VI· PONTIFICE· MAXIMO
ANNO· M· DCC· LXXXVI·
QVOD· TERRA· DIES· AMPLIVS· QVINQVAGINTA
MOVISSET· LABESQVE· MVLTIS· LOCIS· FACTAE·ESSENT
EIVS· REI· ERGO· SENATVS· CENSVIT· IEIVNIVM
MARIAE· ADIVTRICI· ANTE· NATALEM· EIVS
INSTITVENDVM· QVOD· SERVARETVR· QVOTANNIS
VOTO· SVSCEPTO· IN· ANNVM· CENTESIMVM
SI· TELLVS· QVIESSET

Movere pro moveri Latini uſurpare aliquando ſoliti: in antiquo ſenatuſconſulto apud Gellium (2) legimus, *Quod C. Iulius L. F. Pontifex Nunciavit, In Sacrario In Regia Haſtas Martias Moviſſe.* & apud Livium, (3) *Terra dies duodequadraginta Movit.*

Iejunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſervandum renunciarunt Decemviri, poſtquam libros Sibyllinos adiſſent, ut eſt apud Livium: (4) inde eam ſumpſi formulam, qua hic uſus ſum.

(1) pro pila marmorea ad aedem ſacram.
(2) N. A. l. 4. c. 6.
(3) lib. 35. c. 40.
(4) lib. 36. c. 37.

XXXXIIII. (1)

EX· TESTAMENTO
L· MESSI· SODALIS· MARIANI
VIRI· PIENTISSIMI
HVIC· SACRARIO· CEDIT· AREA· QVAE· A· TERGO· EST
ET· DOMVS· MESSIANA· PROXIMA
CVM· HORTO· ET· POMARIO
EA· LEGE· VTI· COLLEGIVM· N· QVOTANNIS
V· K· IVNIAS
QVO· DIE· L· MESSIVS· E· VIVIS· EXCESSIT
FVNERIS· ANNIVERSARII· CAVSSA
IN· SCHOLAM· CONVENIAT· SACROQVE
FACIBVS· ACCENSIS· INTERSIT

Cedit Area: id eſt accedit, pertinet: ut apud Gruterum, (2) *Huic Titulo Cedunt Quoquoverſum Pedes Quadrati Bini, & Huic Monumento Tutelae Nomine Cedunt Agri Puri Iugera Decem & Taberna Quae Proxime Eum Locum eſt.* ſimile illud Caji juriſconſulti, (3) *Omne, quod inaedificatur, ſolo cedit.*

(1) huſti argumenti.
(2) p. 823. n. 8. p. 399. n. 1.
(3) D. l. 41. tit. 1. l. 7.

XXXXV. (1)

DE RELIQVIIS
MARTYRVM SANCTISSIMORVM
QVAE THESAVRVS CONDITA
HABET
EA VTI CLAVSA SIGNATAQVE SVNT
SANCTA INVIOLATA
PERPETVO MANENTO
DEQVE IIS PARTICVLAM NE CVI
DISSOCIARE DEMERE
FAS ESTO
VENERARI COLERE ORNARE
CVIQVE LICETO
QVORVM NOMINA
I. S. S.
PAVLLI APOSTOLI
T. FLAVI CLEMENTIS COS.
IGNATI PONT. ANTIOCH.
POLYCARPI PONT. SMYRN.
SEBASTIANI DEFENSORIS
CAECILIAE VIRGINIS
MARTINAE VIRGINIS
SVSANNAE VIRGINIS

THeſaurus: hoc nomine non ipſae ſolum res, quibus magnum ſit pretium, ſed locus etiam illis adſervandis ſignificatur. quin de ſepulcro in epitaphio illo ſuo Naevius apud Gellium (2) accepiſſe videtur:

Itaque poſtquam eſt Orcino traditus Theſauro:

tum de alveariibus uſurpavit Virgilius, (3)

Si quando ſedem anguſtam ſervataque mella
Theſauris relines:

ac demum plerique ad memoriam atque etiam ad libros deſignandos tranſtulerunt. qua-

quare non hic perperam pro Conditorio posuimus.

Quorum Nomina: vetus haec formula iis in titulis, in quibus multorum nomina infra describenda essent: (4) quam sic quoque efferebant, nisi casus repugnaret, *Ii Qui infra Scripti sunt*, (5) vel etiam, *Milites Infra Scripti Fecerunt*. (6)

(1) pro aedicula solo privato
(2) N. a. l. 1. c. 24.
(3) Georg. l. 4. v. 227.
(4) Grut. p. 169. n. 7. Fabr. p. 299. n. 257. & p. 540.
n. 514. &c.
(5) Fabr. p. 429. n. 4.
(6) Grut. p. 170. n. 1.

XXXVI. (1)

IN. HONOREM
DEI. OPTIMI. MAXIMI
ET. IN. MEMORIAM
CAELITVM. SANCTORVM
FLAVIVS. MARCI. F. ALBINOVANVS
ANTONIVS. LAVR. F. MERCVRIALIS
MAGISTRI. ANNI. M. DCC. LXXX.
KALENDARIVM
IN. ANNVM. PROXIMVM
CVM. OMNI. ORNAMENTO. SVO
SODALIBVS. ANTONIANIS
DEDERVNT

(1) pro atrio scholae sodal. Antonian.

A KAL. IAN. F. DEO. PVERO. QVOD. HOC. DIE. SALVTEM. GENERIS HVMANI. SANGVINE. SVO. DEDICAVIT
PRIMA. LVCE. TONITRVS. TORMENTORVM. AB. ARCE. FIVNT
SVPPLICIA. STATIVA. AD. MARIAE. TRANS. TIBER.
IN. SACRARIVM. DOMVS. PONTIFICALIS. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM. ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONTIFICE. MAX.
SOLLEMNIA. AD. TEMPL. FARNES.
VIRGINES. DOTANTVR. AD. MARIAE. VICO. MINERVAE
B IIII. NON. HOC. DIE. MAGISTRATVS. DESIGNATI. HONOREM. IN. CAPITOLIO AVSPICANTVR
C III.
D PR.
E NON. TELESPHORO. PONT. MAX. ET. MARTYRI
PRIMA. VESPERA. IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. PSALMOS. ADSTANTE. PONT. MAX.
F VIII. ID. F. DEO. PVERO. QVOD. HOC. DIE. A. TRIBVS. SAPIENTIBVS ADORATVS. EST
HOC. DIE. CVRIONES. FERIAS. CONCEPTIVAS. SOLLEMNES. POPVLO INDICVNT
SVPPLICIA. STATIVA. IN. VATIC.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
SOLLEMNIA. AD. ATHANASII. RITV. GRAECO. ITEM. AD. MARONIS RITV. SYRIACO
AQVA. RITE. PIATA. POPVLO. DIDITVR
IN. CAPIT. POMPA. DVCITVR
EODEM. DIE. AEDES. CORSINIANA. IN. LATER. DEDICATAST
G VII. F. NVPTIALES. DIES. INCIPIVNT
A VI.
B V. CELSO. ET. IVLIANO. MARTYRR. AD. PONT. AEL.
C IIII.
D III.
E PR.
F IDIB. $\overline{XXXX}$. MARTYRIBVS. VIA. LABICANA
G XVIIII. K. F. STATA. SOLLEMNITAS. NOMINI. IESV. RECOLENDO HILARIO. PONT. IN. LATER.
A XVIII. PAVLLO. ANACHORETAE. VICO. ALBANO
IOANNI. CHALYBITAE. IN. INS. TIB.
B XVII. MARCELLO. PONT. MAX. ET. MART. VIA. LATA
C XVI. ANTONIO. SENIORI. IN. EXQVILIIS
IVMENTA. LVSTRANTVR
D XV. PETRO. APOSTOLO. IN. VATIC. QVOD. HOC. DIE. PONTIFICATVM MAXIMVM. IN VRBE. AVSPICATVS. EST

SA-

Digitized by Google

SACRVM· SOLLEMNE· IN· TEMPLO· ET· CONCIO· ADSTANTE·PONTIFICE
MAX· CVM· PATRR· CARDD·
EODEM· DIE· PRISCAE· VIRG· MART· IN· AVENT·
E XIIII· REGI· CANVTO· MART· AD· MARIAE· TRANS· PONT· AEL· ITEM
FVLGENTIO· PONT· AD· AVGVSTINI
F XIII· FABIANO· ET· SEBASTIANO· MARTYRR· VIA· APPIA· AD· MILL· II·
ITEM· IN· PALATIO
VIRGINES· DOTANTVR· AD· AED· GALLOR·
G XII· F· HAGNE· VIRG· MART· VIA· NOMENTANA
SOLLEMNIA· AD· CIRC· AGON·
A XI· VINCENTIO ET· ANASTASIO· MARTYRR· AD· AQVAS· SALVIAS
SOLLEMNIA· AD· LACVM· VIRGINIS
B X· MARIAE· SPONSAE
SACRVM· SOLLEMNE· AD· TEMPL· LIB· IN· EXQVIL· ADSTANTE
ORATORE· REGIS· HISPAN·
C VIIII·
D VIII· PAVLLO· APOSTOLO· DESIGNATO·AD·TEMPL· EIVS· VIA· OSTIENSI
ITEM· INTRA· POMOER· VICO· REGVLAE
E VII· PAVLLAE· MATRONAE· AD· MARIAE· DEI· PARENTIS· DESIGNATAE
IN· REG· MONTANA
F VI· IOANNI· CHRYSOSTOMO· PONT· MAIORI· DOCT· IN· VATIC·
RELIQVIAS· EIVS· VENERARI· OSCVLANDO· LICET
G V· F· HAGNE· VIRG· MART· ITERVM· VIA· NOMENTANA
A IIII· PAPIAE· ET· MAVRO· MARTYRR· AD· AEDEM· NOVAM
HOC· DIE· CLEMENS· VIII· PONT· MAX· FERRARIAM· RECEPIT
SACRVM· SOLLEMNE· ET· ORATIO· AD· EVSTACHII· ADSTANTIBVS
MAGISTRATIBVS· IIDEM· DONARIVM· DICANT
B III· MARTINAE· VIRG· MART· SVB· CAPIT·
AD· SEPVLCRVM· IN· CRYPTA· SVPPLICATVR
ITEM· HYACHINTIDI· MARESCOTTIAE· AD· LAVR· ET· LVC·
C PR· PETRO· NOLASCO· AD· AEDES· SODAL· MERCEDON·
ITEM· LVDOVICAE· ALBERTONIAE· AD· FRANCISCI· VICO
RIPAE· MAIORIS

D KAL. FEBR. IGNATIO. PONT. MART. AD. AEDEM. CLEMENTIS. IN COELIMONTIO
IEIVNIVM. QVOD. HOC. DIE. TERRA. MOVIT
E IIII. NON. F. MARIAE. PVERPERAE. PERLITANTI. IN. REG. MONT.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARD. AD. POMPAM ET. SACRVM
CEREI. RITE. PIATI. A. PONTIFICE. MAXIMO. DIRIBENTVR
CEREOS. ITEM. DE. TEMPLO. CLIENTES. DONO. MITTVNT. PATRONIS
VIRGINES. DOTANTVR. AD. SILVESTRI. IN. QVIRIN.
F III. BLASIO. PONT. MART. VICO. IVLIO
ITEM. VIC. CESARIN.
G PR. F. ANDREAE. CORSINO. IN. LATER.
A NON. AGATHAE. VIRG. MART. TRANS. TIB.
ITEM. IN. REG. MONT.
B VIII. ID. DOROTHEAE. VIRG. MART. TRANS. TIB.
C VII. ROMVALDO. PATRI. AD. VIAM. LATAM. DIVERTICVLO
D VI. IOANNI. MATHENSI. AD. MARIAE. PROPE. FIGVLIN. EXTRA. POMOER.
E V. APOLLONIAE. VIRG. MART. TRANS. TIBER.
VIRGINES. DOTANTVR. AD. AVGVSTINI
F IIII. SCHOLASTICAE. VIRG. AD. MARIAE. IN. CAMP. MART.
G III. F. HVIC. DIEI. SEPTVAGESIMA. NOMEN. DATVM. QVOD HINC. AD PASCHAE. SOLLEMNIA. VLTIMA. DIES. NVMERO. SEPTVAGINTA SVNT
SVPPLICIA. STATIVA. AD. LAVRENTII. EXTRA. POMOER.
A PR.
B IDIB. CATHARINAE. RICCIAE. VIRG. AD. MARIAE. VIC. MINERV.
SOLLEMNIA. AD. APOLLINARIS. QVOD. HOC. DIE. EFFIGIES. SANCTAE VIRGINIS. IN. PARIETE. APPARVIT
C XVI. K. VALENTINO. PRESB. MART. AD. SEBASTIANI. VIC. VLMI
VIRGINES. DOTANTVR
D XV. FAVSTINO. ET. IOVITAE. MARTYRR. AD. AED. BRIXIAN. VIC. IVLIO VIRGINES. DOTANTVR
FERIAE. QVOD. HOC. DIE. D. N. PIVS. VI. DEO. AVCTORE. PONTIFEX MAXIMVS. RENVNCIATVS. EST
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM ADSTANTE. PONT. MAX.
E XIIII.
F XIII.
G XII. F. SEXAGESIMA
SVPPLICIA. STATIVA. AD. PAVLLI. VIA. OSTIENSI
A XI.
B X.
C VIIII.

D VIII· PETRO· APOSTOLO· QVOD· HOC· DIE· PONTIFICATVM
ANTIOCHIAE· PRIMITVS· VSVRPAVIT
FERIAE· QVOD· HOC· DIE· D· N· PIVS· VI· PONTIFEX· MAXIMVS
SACRORVM· SOLLEMNIBVS· INITIATVS· EST
IN· SACR· DOM· PONT· CONVENTVS· PATRR· CARDD· AD· SACRVM
ADSTANTE· PONT· MAX·
E VII· MARGARITAE· CORTONENSI· AD· MARIAE· IN· CAPITOLIO· ITEM
LAZARO MONACHO· AD· LVCAE· CONTRA· FORN· SEVER·
IEIVNIVM
F VI· F· MATHIAE· APOST· AD· TEMPL· LIBER·
RELIQVIAS· EIVS· SVB· ALTARI· MAXIMO· SITAS· POPVLVS· VANERATVM
ADIT
G V· F· QVINQVAGESIMA
SVPPLICIA· STATIVA· IN· VATIC·
SOLLEMNIA· IN· HORAS· XXXX· AD TEMPL· FARNES·
SACRVM· ADSTANTIBVS· PATRR· CARDD·
SODALIVM· COLLEGIA· IN· PVBLICVM· PRODEVNT· SVPPLICANDI
CAVSSA
A IIII·
B III· VLTIMVS· NVPTIALIVM· DIERVM
C PR· HOC· DIE· IEIVNIVM· QVADRAGENARIVM· OCCIPIT
SVPPLICIA· STATIVA· AD· MARIAE· SCHOLA· GRAECA
ITEM· AD· SABINAE· ET· AD· ALEXII· IN· AVENT·
IN· SACR· DOM· PONT· CONVENTVS· PATRR· CARDD· AD· SACRVM
ADSTANTE· PONT· MAX·
SACERDOTES· CINERE· SACRO· POPVLVM· VIRITIM· INSPERGVNT
CONCIONES· IN· TEMPLIS· HABERI· INCIPIVNT

D KAL. MART. SVPPLICIA. STATIVA. AD. GEORGI. IN. VELABR.
E VI. NON. SVPPL. ST. AD. IOANNIS. ET. PAVLLI. IN. COELIO
F V. SVPPL. ST. AD. TRIPHONIS. ET. AD. AVGVSTINI
G IIII. F. QVADRAGESIMA
SUPPL. ST. IN. LATER.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
REGI. CASIMIRO. AD. AED. POLONOR.
A III. SVPPL. ST. AD. PETRI. IN. EXQVIL.
B PR. SVPPL. ST. AD. ANASTASIAE
C NON. SVPPL. ST. AD. TEMPL. LIBER.
IEIVNIVM. VERNI. TEMPORIS
THOMAE. AQVINATI. DOCT. VICO. MINERV. SACRVM. SOLLEMNE
ADSTANTIBVS. PATRR. CARDD.
D VIII. ID. SVPPL. ST. AD. LAVRENTI. IN. REG. MONT.
IOANNI. PATRI. IN. INS. TIBER.
VALETVDINARIA. FLORE. NOVO. ET. FESTO. CVLTV. ORNANTVR
E VII. SVPPL. ST. AD. XII. APOST.
FRANCISCAE. ROMANAE. IN. DOMO. VIRGG. AD. TVRR. SPECCHIAN.
SACRVM. SOLLEMNE. AD. MARIAE. NOV. ADSTANTIBVS. PATRR. CARDD.
F VI. SVPPL. ST. IN. VATIC.
XXXX. MARTYRIBVS. TRANS. TIBER.
HOC. DIE. IN. HONOREM. IOSEPHI. MARIAE. SANCTAE. VIRI
SVPPLICATIONI. NOVENDIALI. INITIVM. EST
G V. F. SVPPL. ST. AD. MARIAE. IN. COEL. ITEM. IN. TEMPL. LIBER.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
A IIII. SVPPL. ST. AD. CLEMENTIS
GREGORIO. MAGNO. DOCT. AD. CLIVVM. SCAVRI
HOC. DIE. IGNATIO. PATRI. FRANCISCO. XAVERIO. PHILIPPO. NERIO
ISIDORO. THERESIAE. CAELESTES. HONORES. DECRETI
B III. SVPPL. ST. AD. BALBINAE. IN. AVENT.
C PR. SVPPL. ST. AD. CAECILIAE. TRANS. TIBER.
D IDIB. SVPPL. ST. AD. MARIAE. TRANS. TIBER.
E XVII. K. SVPPL. ST. AD. VITALIS. VALLE. QVIRINI
F XVI. SVPPL. ST. AD. PETRI. ET. MARCELLINI
G XV. F. SVPPL. ST. AD. LAVRENTI. EXTRA. POMOER.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
A XIIII. F. SVPPL. ST. AD. MARCI
IOSEPHO MARIAE. SANCTAE. VIRO. VICO CAP. AED. ITEM. AD. AED.
VICTOR. AD. AED. ROTVND. IN. TEMPL. IGNAT.
SOLLEMNIA. IN. SCHOLA. FABR. CAPITOL.

B XIII· SVPPL· ST· AD· PVDENTIANAE
HOC· DIE· AEDES· SESSORIANA· DEDICATAST
SACRARIVM· HELENAE· FEMINIS· PATET
C XII· SVPPL· ST· AD· XYSTI
ITEM· AD· NEREOS· ET· ACHILLEI
BENEDICTO· PATRI· TRANS· TIBER·
D XI· SVPPL· ST· AD· COSMAE· ET· DAMIANI· VIA· SACRA
HOC· DIE· VENERABILES· EFFIGIES· MARIAE· SANCTAE· PER· TEMPLA
RETEGVNTVR
E X· SVPPL· ST· AD· LAVRENTII· ET· LVCINAE
F VIIII· SVPPL· ST· AD· CAII
ITEM· AD· SVSANNAE· ET· AD· MARIAE· IN· THERM· DIOCL·
G VIII· F· SVPPL· ST· AD· AED· SESSOR·
MARIAE· DEI· PARENTI· DESIGNATAE· AD· $\overline{\text{IIII}}$· FONTES
SOLLEMNIA· AD· MARIAE· VIC· MINERV·
HVC· PONTIFEX· MAXIMVS· EQVO· VECTVS· EX· VATICANO· PROCEDIT
EOQVE· ADSTANTE· CONVENTVS· PATRR· CARDD· IN· AEDEM· AD
MINERV· SACRI· SOLLEMNIS· CAVSSA
VIRGINES· IN· POMPAM· PRODEVNT· DOTANTVR
A VII· SVPPL· ST· AD· $\overline{\text{IIII}}$· MARTYRR· IN· COELIO
B VI· SVPPL· ST· AD· LAVRENTI· ET· DAMASI
C V· SVPPL· ST· AD· PAVLLI· VIA· OSTIENSI
D IIII· SVPPL· ST· AD· SILVESTRI· ET· MARTINI· IN· REG· MONT·
ITEM· AD· SILVESTRI· IN· CAMP· MART·
E III· SVPPL· ST· AD· EVSEBII· ET· AD· VIVIANAE
F PR· SVPPL· ST· AD· NICOLAI· VICO· MONTANOR·
BALBINAE· VIRG· MART· IN· AVENT·

G KAL. APRIL. F. INITIVM. LVGVBRIS. HEBDOMADIS
SVPPL. ST. IN. VATIC. ET. AD. LAZARI
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
A IIII. NON. SVPPL. ST. AD. CHRYSOGONI
FRANCISCO. PAVLLANO. PATRI. IN. REG. MONT.
SOLLEMNIA. AD. AED. ANDREAE. VICO. NEMORENSI
B III. SVPPL. ST. AD. MARIAE. VIA. LATA. ET. AD. QVIRICI. FOR. NERV.
C PR. SVPPL. ST. AD. MARCELLI
D NON. SVPPL. ST. AD. APOLLINARIS. ET. AD. MARIAE. MAGDALENAE. VIA. LATA
VINCENTIO. FERRERIO. VICO. MINERV. SOLLEMNIA. CONCEPTIVA
E VIII. ID. SVPPL. ST. AD. STEPHANI. IN. COELIO
MARIAE. PERDOLENTI. AD. MARCELLI
F VII. SVPPL. ST. AD. IOANNIS. PORTA. LAT. FERIAE. FORENSES
G VI. F. INITIVM. SANCTAE. HEBDOMADIS. SVPPL. ST. IN. LATER.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. POMPAM
ET. SACRVM. PONTIFEX. MAXIMVS. FRONDES. PALMEAS. RITE
PIATAS. VIRITIM. DAT
AD. MARONIS. SACRVM. SOLLEMNE. ET. POMPA. RITV. SYRIACO
PRIMA. VESPERA. SVMMVS. MAGISTER. CRIMINIBVS. EXPIANDIS IN
LATER. SEDET. PRO. TRIBVNALI
A V. SVPPL. ST. AD. PRAXEDIS
B IIII SVPPL. ST. AD. PRISCAE. ET. AD. SABAE
SACROSANCTA. CAPITA. PETRI. ET. PAVLLI. APOSTT. IN. LATER. VISVNTVR
C III. SVPPL. ST. AD. TEMPL. LIBER. IBIDEM. PRIMA. VESPERA. SVMMVS
MAGISTER. CRIMINIBVS. EXPIANDIS. SEDET. PRO. TRIBVNALI
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. LVGVBRES
PSALMORVM. CANTVS. ADSTANTE. PONT. MAX.
LEONI. MAGNO. DOCT. IN. VATIC. SOLLEMNIA. CONCEPTIVA
D PR. SVPPL. ST. IN. LATER.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ADSTANTE. PONT. MAX. IDEM. IN. POMPA. SACRAMENTVM. AVGVSTVM
AD. AEDEM. PAVLLINAM. DEFERT. POPVLVM. DE. MAENIANO
PRECATIONE. LVSTRAT. CAPTIS. E. PLEBE. MENDICIS. XII. PEDES
LAVAT. ET. CENAM. MINISTRAT
PRIMA. VESPERA. IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD
LVGVBRES. PSALMORVM. CANTVS. ADSTANTE. PONT. MAX.
SVMMVS. MAGISTER. CRIMINIBVS. EXPIANDIS. BIDVO. CONTINENTI
IN. VATIC. SEDET. PRO. TRIBVNALI
E IDIB. SVPPL. ST. AD. AED. SESSOR.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. MYSTERIA
ADST. PONT. MAX. CRVX. ADORATVR. POMPA. HESTERNA. REDVCITVR
A. MERIDIE. SACROSANCTA. SIMVLACRA. D. N. IESV. CRVCIFIXI

VI.

VISVNTVR· AD· ATHANASI·EXEQVIAE·CELEBRANTVR· RITV· GRAECO
AD· MARONIS· RITV· SYRIACO
PRIMA· VESPERA· IN· SACR· DOM· PONT· CONVENTVS· PATRR· CARDD·
AD· LVGVBRES· PSALMORVM· CANTVS
F XVIII· K· SVPPL· ST· IN· LATER· IVDAEI· IBIDEM· ET· TVRCAE· QVI
PROBATI· SIENT· SACRO· BAPTISMATE· CHRISTIANI. FIVNT
IN· SACR· DOM· PONT· CONVENTVS· PATRR· CARDD· AD· SACRVM
ADSTANTE·PONT·MAX· CARMEN·GLORIA·VBI·SACERDOS·PRAECINVIT
TONITRVS· TORMENTORVM· AB· ARCE· FIVNT· AERA· TEMPLORVM
AC· TVRRIVM· SONANT
G XVII· F· PASCHA· PONTIFEX· MAXIMVS· SACRVM· SOLLEMNE· IN· VATIC·
FACIT· ADSTANTIBVS· PATRR· CARDD· IDEM· DE· MAENIANO· POPVLVM
PRECATIONE· LVSTRAT· SVPPL· ST· AD· TEMPL· LIBER·
AD· IOANNIS· VICO· PINEA· NEXI· OB· AES· ALIENVM· DISSOLVVNTVR
A XVI· F· SVPPL· ST· IN· VATIC· ET· AD· ONVPHRI
IN· SACR· DOM· PONT· CONVENTVS· PATRR· CARDD· AD· SACRVM
ET· CONCIONEM· ADSTANTE· PONT· MAX·
SVB· NOCTEM· HONORI· PII· VI· IN· MEMORIAM· SVSCEPTI· AB· EO
PONTIFICATVS· MAXIMI·VRBS· TOTA· COLLVCET· PEGMATA· IN· ARCE
BIDVO· CONTINENTI· INCENDVNTVR
B XV· F· SVPPL· ST· AD· PAVLLI· VIA· OSTIENSI
IN· SACR· DOM· PONT· CONVENTVS· PATRR· CARDD· AD· SACRVM
ET· CONCIONEM· ADSTANTE· PONT· MAX·
C XIIII· SVPPL· ST· AD· LAVRENTI· EXTRA· POMOER·
D XIII· SVPPL· ST· AD· XII· APOST·
E XII· SVPPL· ST· AD· AED· ROTVND· ITEM· IN· MARIAE· VIC· MINERV·
F XI· SVPPL· ST· IN· LATER·
IN· SACR· DOM· PONT· CONVENTVS· PATRR· CARDD· AD· SACRVM
ADSTANTE· PONT· MAX· NATALIS· VRBIS
G X· F· ALBAE·DEPONVNTVR· SVPPL· ST· AD· PANCRATII· EXTRA· POMOER·
SOTERI· ET· CAIO· PONTT· MAXX· MARTYRR· AD· THERM· DIOCL·
A VIIII· GEORGIO· MARTYRI· AD· VELABR· DIES· NVPTIALES· REDEVNT
B VIII·
C VII· MARCO· EVANG· MART· HOC· DIE· POMPA· SOLLEMNIS· IN· VATIC·
DVCITVR· ET· SVPPLICATIO· EST· VTI· SEGETES· BENE· EVENIANT
D VI· MARIAE· MONTANAE· VICO· SVBVRRA· QVOD· HOC· DIE· IMAGO
SANCTAE· VIRGINIS· MANIFESTATA· EST
E V·
F IIII· VITALI· MART· VALL· QVIR· PORTARVM· ARGVMENTA· SPECTANTVR
G III· F· PETRO· MARTYRI· VICO· MINERV· RAMVLI· OLEAE· RITE· PIATI
POPVLO· DIRIBENTVR
A PR· CATHARINE· SENENSI· VICO· MINERV·
SOLLEMNIA· VICO· IVLIO· VIRGINES· DOTANTVR

B KAL. MAI. F. PHILIPPO. ET. IACOBO. APOST.
PRIMA. LVCE. TONITRVS. TORMENTORVM. AB. ARCE. FIVNT
SOLLEMNIA. AD. AED. XII. APOSTT.
C VI. NON. ATHANASIO. PONT. MAIORI. DOCT. AD. AED. GRAECOR.
BVCCELLAE. SILIGINEAE. RITE. PIATAE. POPVLO. DIRIBENTVR
D V. F. SOLLEMNIA. AD. AED. SESSOR. QVOD. CRVX. SACROSANCTA
HIEROSOLYMIS. INVENTA. EST
E IIII. MONICAE. VID. AD. AVGVSTINI
F III. PIO. V. PONT. MAX. IN. TEMPL. LIBER.
G PR. F. IOANNI. APOST. PORT. LAT.
HOC. DIE. AEDES. MARIAE. SCHOL. GRAEC. DEDICATAST
A NON. STANISLAO. PONT. MART. AD. AED. POLON.
B VIII. ID. MICHAELI. PRINCIPI. ANGELOR. FORO. PISCAR.
C VII. GREGORIO. NAZIANZENO. PONT. MAIORI. DOCT. IN. VATIC.
SOLLEMNIA. AD. MARIAE. IN. CAMPO. MARTIO
D VI. ANTONINO. PONTIF. MAIORI. AD. MARIAE. VICO. MINERV.
CALEPODIO. AD. MARIAE. TRANS. TIBER.
E V.
F IIII. NEREI. ACHILLEO. FLAVIAE. DOMITILLAE. MARTYRR.
AD. THERM. ANTONIN.
PANCRATIO. MART. EXTRA. POMOER. VIA. VITELLIA
G III. F. HOC. DIE. AEDES. ROTVNDA. DEDICATAST
IDEM. DIES. PRIMVS. E. SENIS. DOMINICVS. QVO. IN. HONOREM. ALOISI
GONZAGAE. AD. IGNATI. SVPPLICATVR
A PR. BONIFACIO. MART. IN. AVENT.
B IDIB. ISIDORO. AGRICOLAE. VICO. CAP. AED. ET. AD. THERM. DIOCL.
C XVII. VBALDO. PONT. AD. PACIS
D XVI. IOANNI. NEPOMVCENO. MART. AD. AED. GERMAN.
E XV. VENANTIO. MART. AD. AED. CAMERT.
F XIIII. PVDENTIANAE. VIRG. VICO. PATRICIO
IVONI. ADVOCATO. PLEBIS. AD. AED. BRITANN. GALL.
SACRVM. SOLLEMNE. AD. LYCEVM. SAPIENTIAE. ADSTANTIBVS. PATRR.
CARDD. ET. DECVRIA. DOCTORVM
G XIII. F. BERNARDINO. SENENSI. IN. REG. MONT. ITEM. AD. CATHARINES
VICO. IVLIO
A XII. SVPPLICATIONES. TRIVM. DIERVM. AD. CAELI. INTEMPERIEM
AVERRVNCANDAM
SVPPLICIA. STATIVA. AD. TEMPL. LIBER.
POMPA. EODEM. AB. AEDE. HADRIANI. DVCITVR
B XI. SVPPL. ST. IN. LATER.
POMPA. EODEM. AB. AEDE. MARIAE. NOVAE DVCITVR
C X. SVPPL. ST. IN. VATIC.
POMPA. EODEM. AB. AEDE LAVRENTI. ET. DAMASI. DVCITVR

PRE-

PRESBYTERI. QVAESTOREM. ANNALEM. CREANT
PRIMA. VESPERA. IN. SACRARIVM. DOMVS. PONTIFICALIS. CONVENTVS PATRR. CARDD. AD. FESTOS. PSALMORVM. CANTVS. ADSTANTE PONT. MAX.

D VIIII. F. D. N. IESV. CAELOS. ASCENDENTI
PRIMA. LVCE. TONITRVS. TORMENTORVM. AB. ARCE. FIVNT
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
IDEM. DE. MAENIANO. POPVLVM. PRECATIONE LVSTRAT
SVPPL. ST. IN. VATIC. IBIDEM. SACRVM. PERISTROMA. MARTYRVM DE. PODIO. PROTENDITVR
SOLLEMNIA. AD. MARIAE. OPIFERAE. PORT. ANGEL.

E VIII. MARIAE. MAGDALENAE. VIRG. AD. $\overline{IIII}$. FONTES

F VII. F. PHILIPPO. NERIO. PATRI. AD. AEDEM. NOVAM
SACRVM. SOLLEMNE. ADSTANTE. PONTIFICE. MAXIMO. CVM. PATRR. CARDD.

G VI. F.

A V.

B IIII.

C III. REGI. FERDINANDO. AD. AED. HISPAN.

D PR. PETRONILLAE. VIRG. IN. VATIC.



B KAL. IVN. IVVENCIO. MART.
F IIII. NON. PETRO. ET. MARCELLINO. MARTYRR. AD. DVAS. LAVROS
ITEM. AD. HORT. IVSTIN.
IEIVNIVM
PRIMA. VESPERA. IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD.
AD. FESTOS. PSALMORVM. CANTVS. ADSTANTE. PONT. MAX.
G III. F. PENTECOSTE. SVPPL. ST. IN. VATIC.
PRIMA. LVCE. TONITRVS. TORMENTORVM. AB. ARCE. FIVNT
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
A PR. F. SVPPL. ST. AD. PETRI. IN. EXQVIL.
SOLLEMNIA. AD. AED. NEAPOLIT.
VIRGINES. DOTANTVR
B NON. F. SVPPL. ST. AD. ANASTASIAE
SOLLEMNIA. AD. MARIAE. CONSTANTINOPOL.
C VIII. ID. IEIVNIVM. AESTIVI. TEMPORIS
CLAVDIO. PONT. AD. AED. BVRGVND.
D VII. SVPPL. ST. AD. LAVRENTI. EXTRA. POMOER.
E VI. SVPPL. ST. AD. XII. APOSTT.
F V. SVPPL. ST. IN. VATIC.
PRIMO. ET. FELICIANO. MARTYRR. AD. STEPHANI. IN. COELIO
PRIMA. VESPERA. IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD.
AD. FESTOS. PSALMORVM. CANTVS. ADSTANTE PONT. MAX.
G IIII. F. TRINITATI. AVGVSTAE
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
SOLLEMNIA. AD. AED. PEREGRINOR.
A III. BARNABAE. APOST. AD. PRAXEDIS. IN. EXQVIL.
B PR. ONVPHRIO. ANACHORETAE. IN. IANIC.
C IDIB. NATALIS. COLLEGI. N.
ANTONIO. IVNIORI. PATRONO. CAELESTI
SOLLEMNIA. AD. AED. LVSITAN. AD. MARIAE. IN. CAPIT. AD. XII
APOSTT.
PRIMA. VESPERA. IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD.
AD. FESTOS. PSALMORVM. CANTVS. ADSTANTE. PONT. MAX.
D XVIII. K. F. SACROSANCTO. CORPORI. D. N. IESV
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM. ET
SOLLEMNEM. POMPAM. PONTIFEX. MAXIMVS. HEXAPHORO. SVBLATVS
SACRAMENTVM. AVGVSTVM. CIRCVMFERT
BASILIO. PONT. DOCT. VIC. CAP. AED.
E XVII. VITO. ET. MODESTO. MARTYRR. IN. REG. MONT.
F XVI. QVIRICO. ET. IVLITTAE. MARTYRR. AD. FOR. NERVAE
G XV. F. MARIAE. OPIFERAE. AD. PORT. ANGELIC.

SOL-

SOLLEMNIA· QVOD· HOC· DIE· IMAGO· SANCTAE· VIRGINIS· E·PALESTINA ADLATA· IN· VRBEM· EST

A XIIII· MARCO· ET· MARCELLIANO· MARTYRR· AD· NICOLAI· VIC· MONTAN·

B XIII· GERVASIO· ET· PROTASIO· MARTYRR· AD· VITALIS

HOC· DIE· IN· HONOREM· PETRI· ET· PAVLLI· APOSTT· SVPPLICATIONI NOVENDIALI· INITIVM· EST

C XII·

D XI· ALOISIO· GONZAGAE· SOLLEMNIA· IN· TEMPL· IGNATI

E X· SACROSANCTO· CORDI· D· N· IESV· AD· THEODORI· SVB· PALAT·

F VIIII· IEIVNIVM

G VIII· F· NATALIS· IOANNIS· BAPTISTAE

SACRVM· SOLLEMNE· IN· LATER· ADSTANTE· PONT· MAX· CVM· PATRR· CARDD·

SOLLEMNIA· AD· AEDEM· FLORENTIN·

A VII· ELIGIO· PONT· AD· AED· FABR· FERR· ITEM· AD· AED· AVRIFIC· GALLICANO· MART· TRANS· TIBER·

B VI· IOANNI· ET· PAVLLO· MARTYRR· IN· COELIO

C V·

D IIII· IEIVNIVM

PRIMA· VESPERA· FESTI· PSALMORVM· CANTVS· IN·VATIC· ADSTANTE· PONT· MAX· CVM· PATRR· CARDD·

HOC· DIE· VECTIGALES· TRIBVTA· CONFERVNT· REX· NEAPOL· PONTIFICI· MAXIMO· EQVVM· PHALERATVM· PER· ORATOREM MITTIT· VRBS· TOTA· NOCTV· COLLVCET· PEGMATA· IN· ARCE ET· AD· AREAM· XII· APOSTT· BIDVO· CONTINENTI· INCENDVNTVR

E III· F· PETRO· ET· PAVLLO· APOSTT· PROPVGNATORIBVS· VRBIS

FERIAE· VBIQVE· PONTIFEX· MAXIMVS· SACRVM·SOLLEMNE· IN· VATIC· FACIT· ADSTANTIBVS· PATRR· CARDD.

SEPVLCRVM· APOSTOLORVM· CONCVRSV· POPVLI· CELEBRATVR

F PR· PAVLLO· APOST· VIA· OSTIENSI

SACRVM· SOLLEMNE· ADSTANTIBVS· PONTIFF· MINORR·

G KAL. IVL. F. SACRVM. SOLLEMNE. HONORI. PETRI. APOST. IN. AEDE PVDENTIANAE. VIRG. QVOD. IS. EO. LOCI. APVD. PVDENTEM SENATOREM. HOSPITATVS. EST

A VI. NON. SACRVM. SOLLEMNE. AD. MARIAE. VIA LATA QVOD PAVLLVS APOST. IBIDEM. IN. LIBERA. CVSTODIA. HABITVS. EST
SOLLEMNIA. AD. MARIAE. IN. CAMPO. VBI. EQVIRIA. FIEBANT. QVOD HOC. DIE. VIRGO. SANCTA. ELISABETHEN. COGNATAM. PVERPERII CAVSSA. INVISIT
MAGISTRATVS. DESIGNATI. HONOREM. IN. CAPITOLIO AVSPICANTVR

B V. SACRVM. SOLLEMNE. HONORI. PETRI. APOST. AD. AEDEM. EIVS IN. EXQVILIIS. QVOD. IBIDEM. VINCVLA. SERVANTVR. QVEIS OBSTRICTVS. FVIT

C IIII. SACRVM. SOLLEMNE. HONORI. PETRI. APOST. AD. AEDEM. EIVS SVB. CAPIT. QVOD. IBIDEM. CARCERE. INCLVSVS. EST

D III. SACRVM. SOLLEMNE. HONORI. PETRI. APOST. AD. AEDEM. EIVS IN. IANIC. QVOD. IBIDEM. MARTYRIVM. FECIT

E PR. SACRVM. SOLLEMNE. IN. LATER. ADSTANTIBVS. PATRR. CARDD. QVOD. IBIDEM. SACROSANCTA. CAPITA PETRI ET PAVLLI. APOSTT. CVSTODIVNTVR

F NON. LVCINAE. MATRONAE
SOLLEMNIA. AD. AEDEM. LAVR. ET. LVC.

G VIII. F.

A VII. FERIAE. FORENSES

B VI. RVFINAE. ET. SECVNDAE. VIRGG. MARTYRR. TRANS. TIBER.
ITEM. AD. SACRVM. FONTEM. IN. LATER.

C V. NORBERTO. PONT. VICO. ALBANO

D IIII. GVALBERTO. PATRI. AD. PRAXEDIS

E III.

F PR. BONAVENTVRAE. CARD. PONT. DOCT. IN. PALAT.
SACRVM. SOLLEMNE. AD. XII. APOSTT. ADSTANTIBVS. PATRR. CARDD.

G IDIB. F. CAMILLO. PATRI
SOLLEMNIA. AD. MARIAE. MAGDALENAE. FOR. CVPED.

A XVII. MARIAE. KARMELITIDI
SOLLEMNIA. AD. AED. EIVS. TRANS. PONT. AEL.

B XVI. ALEXIO. PEREGRINATORI. IN. AVENT.

C XV. SYMPHOROSAE. ET. FILIIS. EIVS. MARTYRR. FOR. PISCAR.

D XIIII. VINCENTIO. PATRI. IN. CAMPO. MARTIO

E XIII. MARGARITAE. VIRG. MART. TRANS. TIBER.
VIRGINES. DOTANTVR
SOLLEMNIA. HIERONYMO. AEMILIANO. PATRI. AD. AEDEM. NICOLAI ET. BLASII

F XII. PRAXEDI. VIRG. IN. EXQVIL.
VIRGINES. DOTANTVR

G XI. F. MARIAE. MAGDALENAE. AD. FORVM. CVPEDINAR.
ITEM. IN. QVIRIN. ET. VIA LATA
A X. APOLLINARI. PONT. MART.
SOLLEMNIA. AD. AEDEM. EIVS
ITEM. LIBORIO. PONT. AD. CELSI
B VIIII. IEIVNIVM
MARTYRIBVS. AMITERNINIS. AD. IGNATII
C VIII. F. IACOBO. MAIORI. APOST.
SOLLEMNIA. AD. AED. HISPAN.
A. MERIDIE. SCHOLA. STRATORVM. POMPAM. DVCIT. AD. ANNAE. IN VRB. ADIECT.
VIRGINES. DOTANTVR
D VII. F. ANNAE. VIRGINIS. SANCTAE. PARENTI
SOLLEMNIA. IN. QVIR. AD. IIII. FONTES
E VI. PANTALEONTI. MART. IN. REG. MONT.
SOLLEMNIA. AD. FOR. AGON.
AQVA. RITE. PIATA. POPVLO. DIDITVR
F V.
G IIII. F. MARTHAE. VIRG. AD. VALETVD. FAMIL. PONTIF.
SOLLEMNIA. AD. AEDEM. CONTRA. LYC. ROM.
ITEM. MARIAE. MAGDALENAE. AD. LAZARI. SOLLEMNIA. CONCEPTIVA
A III. ABDONI. ET. SENNENI. MARTYRR. AD. MARCI
B PR. IGNATIO. PATRI. AD. LYC. ROM.
SOLLEMNIA. IN. TEMPL. FARNES.

c KAL. AVG. PETRO. APOST. IN. EXQVIL.
VINCVLA. EIVS. POPVLVS. VENERANDO. OSCVLATVR
FERIAE. STRENARVM. MVNERA. MISSITANTVR
A. MERIDIE. SVPPLICATIO. INCIPIT. IN. DIEM. ALTERVM. PER. OMNIA
TEMPLA. FRATRVM. FRANCISCALIVM
d IIII. NON. VIRGINI. SANCTAE. REGINAE. ANGELORVM. CAELITVM
AD. THERM. DIOCL.
e III. STEPHANO. PROTOMARTYRI. AD. AED. LAVRENTII. EXTRA. POMOER.
QVOD. HOC. DIE. SACRI. CINERES. EIVS. INVENTI. SVNT
f PR. DOMINICO. PATRI
SOLLEMNIA. AD. MARIAE. VICO. MINERV.
g NON. F. MARIAE. SANCTAE. IN. TEMPL. LIBER. QVOD. HOC. DIE
AEDES. EIVS. EX. PRODIGIALI. NIVE. DEDICATAST
a VIII. ID. D. N. IESV. IN. THABORE. EFFVLGENTI
SOLLEMNIA. IN. LATER.
VIRGINES. DOTANTVR. AD MARIAE. VICO. MINERV.
HOC. DIE. IN. HONOREM. MARIAE. SANCTAE. SIDERIBVS. RECEPTAE
SVPPLICATIONI. NOVENDIALI. INITIVM. EST
b VII. CAIETANO. PATRI
SOLLEMNIA. AD. ANDREAE. VICO. VALLE
c VI. CYRIACO. ET. SOCIIS. MARTYRR. AD. MARIAE. VIA. LATA
d V. IEIVNIVM
e IIII. F. LAVRENTIO. MART. EXTRA. POMOER. VIA. TIBVRT.
SOLLEMNIA. AD. AED. DAMASI. ET. IN. VIMIN.
f III. SVSANNAE. VIRG. MART.
SOLLEMNIA. AD. THERM. DIOCL.
g PR. F. CLARAE. VIRG. AD. THERM. AGRIPP.
ITEM. AD. COSMAE. ET. DAMIANI. TRANS. TIBER.
a IDIB. HIPPOLYTO. MART. AD. FONTEM. LAVRENTII
b XVIIII. IEIVNIVM
EVSEBIO. PONT. IN. REG. MONT.
c XVIII. F. MARIAE. SANCTAE. SIDERIBVS. RECEPTAE
PRIMA. LVCE. TONITRVS. TORMENTORVM. AB. ARCE. FIVNT
SACRVM. SOLLEMNE. IN. TEMPL. LIBER. ADSTANTE. PONTIFICE
MAXIMO. CVM. PATRR. CARDD. IDEM. DE. MAENIANO. POPVLVM
PRECATIONE. LVSTRAT
VIRGINES. DOTANTVR. VICO. MINER.
d XVII. ROCHO. PEREGRINATORI. AD. MAVSOL. AVG.
e XVI.
f XV. HELENAE. AVG. AD. AED. SESSOR.
g XIIII. F. IOACHIMO. MARIAE. SANCTAE PATRI. AD. IGNATII
a XIII. BERNARDO. PATRI. AD. THERM. DIOCL.
b XII. IOANNAE. FRANCISCAE. VID. LEGIFERAE. VIA. LONGA

ITEM

ITEM· AD· AED· GALLOR·
BERNARDO· TOLOMEO· PATRI· AD· MARIAE· NOVAE
c XI·
d X· PHILIPPO· BENIZIO· AD· MARCELLI
e VIIII· IEIVNIVM
f VIII· F· BARPTOLEMAEO· APOST· IN· INS· TIB·
ITEM· AD· AED· BERGOM·
SACRVM· SOLLEMNE· HONORI· REGIS· LVDOVICI·ADSTANTIBVS·PATRR·
CARDD· AD· AED· GALLOR·
g VII· F· ALEXANDRO· MART· AD· AED· BERGOM·
a VI· IOSEPHO· PATRI· AD· PANTALEONTIS· FOR· AGON·
b V· AVGVSTINO· PONT· DOCT· AD· VSTRIN· AVG·
c IIII· IOANNI· BAPTISTAE· DECOLLATO· AD· PONT· RVPT·
SODALES· EIVS· EXSORTEM· VNVM· E· CAPITIS· DAMNATIS· VIVERE
IVBENT
VIRGINES· DOTANTVR
SABINAE· MART· IN· AVENT·
d III· ROSAE· LIMENSI· VIRG· AD· MARIAE· VICO· MINERV·
FELI CI· ET· ADAVCTO· MARTYRR· AD· LAVR· ET· LVC·
HOC· DIE· AD· SCHOL· GRAEC· IN· HONOREM· MARIAE· NASCENTIS
SVPPLICATIONI· NOVENDIALI· INITIVM· EST
e PR· RAIMVNDO· KAESONI· AD· HADRIANI
ITEM· AD· IOANNIS· IN· CAMPO· MARTIO
IVLIANO· AD· AED· BELGAR·
VIRGINES· DOTANTVR

f KAL·

F KAL. SEPTEMBR. AEGIDIO. PATRI. TRANS. TIBER.
G IIII. NON. F. REGI. STEPHANO. AD. APOLLINARIS
A III.
B PR. ROSAE. VITERB. VIRG. AD. MARIAE. IN. CAPIT.
C NON.
D VIII. ID.
E VII.
F VI. F. MARIAE. NASCENTI. AD. PORT. FLAMIN.
SACRVM. SOLLEMNE. ADSTANTE. PONTIFICE. MAXIMO. CVM. PATRR. CARDD.
VIRGINES. DOTANTVR
SOLLEMNIA. AD. SCHOL. GRAEC. ITEM. AD. COL. TRAIAN.
G V. F. STATA. SOLLEMNITAS. NOMINI. MARIAE. RECOLENDO
VIRGINES. DOTANTVR. AD. COL. TRAIAN.
SACRVM. SOLLEMNE. IN. TEMPL. LIBER. ADSTANTE. ORATORE. REGIS HISPAN.
A IIII. NICOLAO. TOLENTINATI. VIC. CAP. AED.
B III. PROTO. ET. HYACINTHO. MARTYRR. AD. AED. FLORENT.
C PR.
D IDIB.
E XVIII. K HOC. DIE. SACROSANCTA. CRVX. DE. PERSIS. RECEPTA
SACRVM. SOLLEMNE. AD. MARCELLI. ADSTANTIBVS. PATRR. CARDD.
SOLLEMNIA. AD. AED. LVCENS.
VIRGINES. DOTANTVR
F XVII.
G XVI. F. EVPHEMIAE. VIRG. MART. AD. COLVMN. TRAIAN.
ABVNDIO. ET. ABVNDANTIO. MARTYRR. IN. TEMPL. FARNES.
A XV. FRANCISCO. PATRI. QVOD. HOC. DIE. QVINQVE. STIGMATA CORPORI. EIVS. DIVINITVS. IMPRESSA. SVNT
SOLLEMNIA. AD. AED. SODALIVM
VIRGINES. DOTANTVR
B XIIII. THOMAE. VILLANOVANO. PONT. VIC. CAP. AED.
IOSEPHO. COPERTINENSI. AD. XII. APOSTT.
C XIII. IEIVNIVM. AVTVMNALIS. TEMPORIS
SVPPLICIA. STATIVA. AD. TEMPL. LIBER.
IANVARIO. PONT. MART. AD. AED. NEAPOL.
D XII. EVSTACHIO. ET. SOCIIS. MARTYRR. FORO. OLITOR.
IEIVNIVM
E XI. F. MATTHAEO. APOST. EVANG. VICO. MERVL.
SVPPL. ST. AD. XII. APOSTT.
F X. SVPPL. ST. IN. VATIC.
DIGNAE. ET. EMERITAE. VIRGG. MARTYRR. AD. MARCELLI
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. PARENTALIA

CLE.

CLEMENTIS· XIIII· ADSTANTE· PONT· MAX.
G VIIII· F·
A VIII· MARIAE· MERCEDONIAE· AD· HADRIANI
ITEM· AD· IOHANNIS· IN· CAMPO· MART·
VIRGINES· DOTANTVR
B VII·
C VI· CYPRIANO· ET· IVSTINAE· MARTYRR· AD· FONTEM· IOANNIS
D V· COSMAE· ET· DAMIANO· MARTYRR· VIA· SACRA
E IIII·
F III· F· MICHAELI· PRINCIPI· ANGELOR· QVOD· HOC· DIE· AEDES· EIVS
IN· VATIC· DEDICATAST
PRIMA· LVCE· TONITRVS· TORMENTORVM· AB· ARCE· FIVNT
SOLLEMNIA· FORO· PISCARIO
ITEM· AD· LYCEVM· SAPIENT·
SACRVM· SOLLEMNE· ADSTANTIBVS· XII· VIR· LIT· IVDIC· ET
DECVRIIS· ADVOCAT·
G PR· F· HIERONYMO· PRESB· DOCTORI· MAXIMO· IN· TEMPL· LIBER·
SOLLEMNIA· AD· AED· ILLYRIC·
ITEM· VICO· CARIT·
VIRGINES· DOTANTVR



A KAL·

A KAL. OCTOBR. DIES. IVDICIARII. INCIPIVNT
B VI. NON. ANGELIS. CVSTODIBVS
SOLLEMNIA. AD. AED. EOR. SVB. QVIRIN.
C V.
D IIII. FRANCISCO. PATRI. VICO. RIPA
SOLLEMNIA. AD. MARIAE. IN. CAPIT.
ITEM. AD. XII. APOSTT.
EODEM. DIE. PETRONIO. PONT. AD. AED. BONONIENS.
E III. GALLAE. MATRONAE. VICO. MONTANOR.
F PR. BRVNONI. PATRI. AD. MARIAE. IN. THERM. DIOCL.
G NON. F. MARIAE. EXORATAE. QVOD. OPE. EIVS. HOSTES. NOMINIS CHRISTIANI. DEVICTI. SINT
SOLLEMNIA. VICO. MINERV.
PRIMA. VESPERA. SVPPLICATIO. PER. VRBEM. SIMVLACRVM. SANCTAE DEI. PARENTIS. IN. POMPA. PORTATVR
VIRGINES. DOTANTVR
EODEM. DIE. MARCO. PONT. MAX. AD. AEDEM. VENETOR.
A VIII. ID. BIRGITTAE. VID. LEGIFERAE. AD. AREAM. FARNES.
B VII. DIONYSIO. ET. SOCIIS. MARTYRR. AD. IIII. FONTES
VIRGINES. DOTANTVR. AD. AED. GALLOR.
C VI. FRANCISCO. BORGIAE
SOLLEMNIA. AD. TEMPL. FARNES.
LVDOVICO. BELTRANDO. AD. MARIAE. VIC. MINERV.
D V.
E IIII.
F III.
G PR. F. CALLISTO. PONT. MAX. MART. TRANS. TIBER.
SVPPLICIA. STATIVA. AD. MARIAE. IN. PROXIMO. QVOD. IBIDEM. CONDITVS. SIT
A IDIB. THERESIAE. VIRG. LEGIFERAE. AD. MARIAE. SCALARIS TRANS. TIBER. AD. VICTORIAE. AD. IIII. FONTES
ITEM. VIA. LONGA
B XVII.
C XVI.
D XV. LVCAE. EVANG. SVB. CAPIT.
SCHOLA. PICTORVM. PATET. PINACOTHECAE. SPECTANTVR
E XIIII. PETRO. COLONIA. NORBENSI. AD. MARIAE. IN. CAPIT.
ITEM. IN. PALAT.
AD. BONAVENT. ET. TRANS. TIBER. AD AEDEM XXXX. MARTYRR.
F XIII. IOANNI. CANZIO. AD. AED. POLONOR.
G XII. F. VRSVLAE. ET. SOCIIS. VIRGG. MARTYRR. VICO. VICTORIAE
ITEM. AD. TVRR. SPECCHIAN.

VIR.

VIRGINES· DOTANTVR
A XI·
B X·
C VIIII· RAPHAELI· ARCHANG· IN· TEMPL· FARNES·
ITEM· AD· AED· LVCENS·
D VIII· CRISPINO· ET· CRISPINIANO· MARTYRR· TRANS· TIBER·
SOLLEMNIA· AD· LAVRENTII· IN· VIMIN· QVOD· IBIDEM· SACRI· CINERES
EORVM· QVIESCANT
E VII·
F VI· IEIVNIVM
G V· F· SIMONI· ET· IVDAE· APOSTT· IN· VATIC·
SOLLEMNIA· AD· AED· EOR· VICO· IORDANO
A IIII·
B III·
C PR· IEIVNIVM
PRIMA· VESPERA· IN· SACR· DOM· PONT· CONVENTVS· PATRR· CARDD·
AD· FESTOS· PSALMORVM· CANTVS· ADSTANTE· PONT· MAX·

D KAL. NOVEMBR. F. MARIAE. SANCTAE. ET. CAELITIBVS. VNIVERSIS
PRIMA. LVCE. TONITRVS. TORMENTORVM. AB. ARCE. FIVNT
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
SOLLEMNIA. AD. AED. ROTVND.
A. MERIDIE. SVPPLICATIO. IN. AMPHITHEATRO. PER. OMNIA. SACELLA
IN. DIES. OCTO. ADMISSIS. DEFVNCTORVM. EXPIANDIS
AEDES. GREGORII. MAGNI. AD. CLIVVM. SCAVRI. CELEBRATVR
PRIMA. VESPERA. IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD.
AD. FESTOS. PRIMVM. DEINDE. AD. FVNEBRES. PSALMORVM. CANTVS
ADSTANTE. PONT. MAX.
E IIII. NON. FERIAE. MANIVM. PIORVM
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. EXPIATIONEM. DEFVNCTORVM. ADSTANTE. PONT. MAX.
NVNDINAE. IN. TRIBVS. FORIS. AB. ARCV. AD. ARCVM
F III. SILVIAE. MATRI. GREGORII. MAGNI. AD. CLIV. SCAVRI
IN. SACR. DOM. PONT. PARENTALIA. PONTIFICVM. MAXIMORVM
G PR. F. KAROLO. BORROMEO. PONT. MAIORI. CARD. VIA. LATA
SACRVM. SOLLEMNE. ADSTANTE. PONT. MAX. CVM. PATRR. CARDD.
VIRGINES. DOTANTVR
A NON. IN. SACR. DOM. PONT. PARENTALIA. PATRVM. CARDINALIVM
B VIII. IDVS. LEONARDO. CONF. VIA. LONGA
ITEM. AD. AED. MARMORAR.
C VII.
D VI. IIII. MARTYRIBVS. IN. COELIO
E V. THEODORO. MART. SVB. PALAT.
HOC. DIE. TEMPLVM. MAXIMVM. IN. LATER. DEDICATVM. EST
F IIII. ANDREAE. AVELLINO. AD. ANDREAE. APOST. VICO. VALLE
G III. F. MARIAE. PATRONAE. CAELESTI. AD. VICTOR.
ITEM. AD. PONT. FABRIC.
MARTINO. PONT. IN. REG. MONT.
A PR. MARTINO. PONT. MAX. IN. REG. MONT.
B IDIB. STANISLAO. KOSTKAE. AD. ANDREAE. IN. QVIRIN.
C XVIII. K.
D XVII. HOC. DIE. AEDES. MARIAE. TRANS. TIBER. DEDICATAST
E XVI.
F XV. GREGORIO. PONT. ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΩ. AD. IGNATII
G XIIII. F. HOC. DIE. TEMPLA. MAXIMA. PETRI. ET. PAVLLI. APOSTT.
DEDICATA. SVNT
A XIII.
B XII.
C XI. MARIAE. SANCTAE. QVOD. HOC. DIE. IN. TEMPLVM. HIEROSOLYMOR.
A. PARENTIBVS. PVELLA. DEDVCTA. DEVOTAQVE. EST

SOL-

SOLLEMNIA· VICO· VRSI
D X· CAECILIAE· VIRG· MART·
SOLLEMNIA. AD· AED· EIVS· TRANS·TIBER·SEPVLCRVM.FREQVENTIA POPVLI· CELEBRATVR
E VIIII· CLEMENTI· PONT· MAX· MART. IN· COELIMONTIO
F VIII· CHRYSOGONO· MART· TRANS·TIBER·
G VII· F· CATHARINE· VIRG· MART· AD· AED· FVNARIOR·
SACRVM· SOLLEMNE· ADSTANTIBVS· PATRR· CARDD·
A VI· SILVESTRO· PATRI· AD· AED· STEPHANI· VIC· CACIANO
B V·
C IIII·
D III· IEIVNIVM
E PR· F· ANDREAE· APOST· VICO· VALLE· FORO· PISCAR· IN· QVIRIN· IN· VATIC·
SOLLEMNIA· VICO· NEMORENSI
VLTIMVS· NVPTIALIVM· DIERVM

F KAL. DECEMBR.
G IIII. NON. F. DIES. INCIPIVNT. ADVENTVI. D. N. IESV. RECOLENDO SVPPLICIA. STATIVA. AD. TEMPL. LIBER.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
EODEM. DIE. VIVIANAE. VIRG. MART. AD. VRS. PILEAT.
A III. FRANCISCO. XAVERIO. APOST. INDOR.
SOLLEMNIA. AD. TEMPL. FARNES.
B PR. BARBARAE. VIRG. MART. AD. AED. BIBLIOPOL. ITEM. AD. MARIAE TRANS. PONT. AEL.
PRIMA. LVCE. TONITRVS. TORMENTORVM. AB. ARCE. FIVNT
C NON. SABAE. PATRI. IN. AVENT.
D VIII. ID. NICOLAO. PONT. VIC. MONTANOR.
VIRGINES. DOTANTVR. AD. AEDEM. LOTARING.
E VII. AMBROSIO. PONT. MAIORI. DOCT. VICO. MAXIMAE SOLLEMNIA. VIA. LATA
F VI. F. MARIAE. SANCTAE. AB. ORIGINE. IMMACVLATAE
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM ADSTANTE. PONT. MAX.
SOLLEMNIA. AD. AED. HISPAN. AD. MARIAE. VIA. LATA. AD. XII. APOSTT. AD. LACVM. VIRGINIS
IN. CAPIT. POMPA. DVCITVR
VIRGINES. DOTANTVR. AD. IVLIANI. VIC. IORD.
G V. F. SVPPL. ST. AD. AED. SESSOR.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
A IIII. SOLLEMNIA. AD. AED. DEI. SERVATORIS. VICO. LAVRI. QVOD HOC. DIE. DOMVS. SANCTAE. VIRGINIS. APVD. PICENTES. IN LORETO. APPARVIT
B III. DAMASO. PONT. MAX. AD. CVRIAM. RIARIAM
C PR.
D IDIB. LVCIAE. VIRG. MART. VICO. NICOSIANO
SOLLEMNIA. AD. CLIV. SVBTERRAN.
SACRVM. SOLLEMNE. IN. LATER. ADSTANTE. ORATORE. REGIS GALLIAR.
E XVIIII. K.
F XVIII. HOC. DIE. IN. HONOREM. DEI. PVERI. SVPPLICATIONI NOVENDIALI. INITIVM. EST
G XVII. F. SVPPL. ST. IN. VATIC.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
A XVI.
B XV. MARIAE. SANCTAE. OB. PVERPERIVM. EIVS

c XIIII. IEIVNIVM. HIBERNI. TEMPORIS
SVPPL. ST. AD. TEMPL. LIBER.
d XIII. IEIVNIVM
e XII. F. THOMAE. APOST. VICO. CINCIO. ET. AD. NAV. SALV.
ITEM. VICO. PARIONE
SVPPL. ST. AD. XII. APOSTT.
f XI. SVPPL. ST. IN. VATIC.
g X. F. SVPPL. ST. AD. XII. APOSTT.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
a VIIII. IEIVNIVM. SVPPL. ST. AD. TEMPL. LIBER.
PRIMA. VESPERA. IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD.
AD. FESTOS. PSALMORVM. CANTVS. ADSTANTE. PONT. MAX.
POST. OCCASVM. SOLIS. TONITRVS. TORMENTORVM. AB. ARCE. FIVNT
DE. NOCTE. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. PSALMOS. ET
SACRVM. ADSTANTE. PONT. MAX.
SOLLEMNIA. IN. TEMPL. LIBER. CVNAE. DEI. PVERI. IN. POMPA
PORTANTVR
b VIII. F. NATALIS. D. N. IESV. SOLLEMNIA. OMNIBVS. IN. TEMPLIS
SVPPL. ST. AD. ANASTASIAE. ET. AD. TEMPL. LIBER.
SACRVM. SOLLEMNE. PONTIFICIS. MAXIMI. IN. VATIC. ADSTANTIBVS
PATRR. CARDD.
AD. IOANNIS. VICO. PINEA. NEXI. OB. AES. ALIENVM. DISSOLVVNTVR
FERIAE. STRENARVM. MVNERA. MISSITANTVR
c VII. F. STEPHANO. PROTOMARTYRI. IN. COELIO. ITEM. VIC. CACIANO
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
d VI. F. IOANNI. APOST. EVANG. IN. LATER.
IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD. AD. SACRVM
ET. CONCIONEM. ADSTANTE. PONT. MAX.
e V. F. PVERIS. INFANTIBVS. AB. HERODE NECATIS
RELIQVIAE. EORVM. AD. PAVLLI. VIA. OSTIENSI
f IIII. THOMAE. PONT. MART. AD. AED. BRITANNOR.
g III. F.
a PR. F. SILVESTRO. PONT. MAX. IN. QVIRIN. ET. IN. CAMP. MART.
PRIMA. VESPERA. IN. SACR. DOM. PONT. CONVENTVS. PATRR. CARDD.
AD. FESTOS. PSALMORVM. CANTVS. ADSTANTE. PONT. MAX.
SOLLEMNIA. IN. TEMPL. FARNES. EO. PATRES. CARDINALES. AD
GRATIAS. DEO. RITE. AGENDAS. CONVENIVNT
IVSIVRANDVM. A. MAGISTRATIBVS. IN. NOMEN. PONTIFICIS. MAXIMI
RENOVATVR

NImis longus eſſem, ſi omnia perſequi vellem, quae Kalendarium complecti-tur. ſatis ſit lucis aliquid afferre iis, quae ambigua aut abnormia videri poſſint. ac de ſeptenis primum litteris dicamus, quae a Kalendarii exordio ſibi perpetuo ſuccedunt. eas nempe appoſui, ut ſit, ad dierum recurrentium indicium: nam quae littera primum e ſeptem continuis ſemel indicarit, eundem per totum annum deſignat: quae vero ſecundum, ea item perpetuo ſecundum, & ceterae deinceps eodem modo. Latini quidem veteres Kalendariis ſuis litteras octo appingebant iterabantque, ſive ad nundinales dies oſtendendos, ut plerique exiſtimarunt, ſive, ut Bianchinus putavit, (2) ad ϖεομηνιας demonſtrandas. ceterum apud eos etiam & apud pleroſque populos Hebdomadas dierum obſervatas eſſe, jamdiu multis diſſeruit Seldenus: (3) & quamquam Εβδομας nomine apud Latinos caret, Graecum tamen vocabulum ſic receperunt, ut ad dies etiam ſeptem continuos indicandos ſaepe uſi ſint. Tullii haec ſunt de critico medicorum die: (4) *Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam Hebdomada incideres*. at Varro apud Gellium ſic loquutus: (5) *ſeptima autem fere Hebdomade, id eſt nono & quadrageſimo die totus homo in utero abſolvitur*. quin periodum ipſam hebdomadum certo initio inchoatam Ovidius noverat, cujus hi ſunt verſus: (6)

Quaque die redeunt rebus minus apta gerendis
Culta Palaeſtino ſeptima feſta Syro.

quare ſeptenas illas, quas induximus, litteras vix a Latina conſuetudine alienas dicere poſſis: quum nec rem Latinis ignotam deſignent, & eodem modo uſurpentur, quo illi, octava adjecta, iteraverunt.

Ad ſacras aedes quod attinet, quaedam, ut vides *Templa*, aliae *Aedes* appellantur. id eo conſilio factum, ut majores & clariores a ceteris diſtingueretur. ſic enim plerumque veteres fana inſigniora denominarunt: itaque legimus *Templum Iovis Optimi Maximi*, id eſt Capitolinum (7) *Templum Pacis* pulcherrimum operum, quae unquam, (8) *Templum Dianae Epheſiae* ducentis viginti annis a tota Aſia factum. (9) ac *Templa* paſſim appellari cetera videas, quae in urbe erant maxima, ut *Templum Martis Vltoris*, *Templum Vrbis Romae*, *Templum Trajani*, & alia quaedam, quae ceteris anteferebantur.

Supplicia ſtativa appellavi, quae vulgo *Stationes* dicuntur, quod hoc nomine veteres Latini res plane diverſas deſignabant. porro *Supplicia* pro precibus ſaepe Livius & Salluſtius & Tacitus uſurparunt: exemplum ex Livio unum proferatur: (10) *Matronae per omnia delubra vagae ſuppliciis votiſque fatigavere Deos*. appoſitum *Stativa* addendum putavi, ut ea certi & ſtatuti diei eſſe indicarem: quemadmodum *Stativae feriae* dicebantur, quarum conſtituti dies erant.

Vicos urbis paſſim nominari videas, qui nunc *Viae* plerumque audiunt. Latinam ſcilicet conſuetudinem ſequi malui: nam veteres ſi *Sacram* & *Tectam* viam exceperis, reliquas fere urbis partes *Vicos* appellabant, quo nomine & vias & Domos

enm

complectebantur. insignis inter vetera monumenta est basis statuae Hadriano positae, in cujus lateribus Vici numerantur Regionum urbis quinque, Magistris additis, qui quaterni singulis Vicis praeerant. (11) enimvero in Regione prima qui erant, sic efferuntur: *Vico Camenarum*, *Vico Drusiano*, *Vico Sulpici Vlterior.*, *Vico Sulpici Citerioris*, *Vico Fortanae Obfequent.*, *Vico Pulverario*, *Vico Honor. Et Virtutis*, *Vico Trium Ararum*, *Vico Fabrici*. sed titulum quoque ipsum sexto etiam casu interdum enunciabant, exempli caussa *Vico Porta Naevia*: (12) vel sic, *A Capite Africae* (13)

Sacrarium est non is solum locus, in quo sacrae res ponuntur in usum templorum; sed aedicula etiam sacra, sive publica sive privata. *Sacrarium* Bonae Deae memorat Tullius, in fundo T. Sextii Galli: (14) *Sacrarium* Augusti Svetonius (15) regione Palatii ad Capita bubula constitutum: *Sacrarium* Cereris Antiatinae exhibet vetus inscriptio. (16) quidni eodem vocabulo uterer, ut sacram aedem domus Pontificalis designarem?

Conceptivae feriae, inquit Festus, *festa dicebantur*, *quae incertis diebus fervabantur quotannis*, ut *Sementivae*, *Compitaliciae*. nihil igitur differunt, quae nunc *Festa Mobilia* appellantur.

Aedes Gallorum, *Aedes Polonorum* & hujusmodi, ea sunt templa, quae in urbe inquilini e diversis nationibus celebrant, exornant, tuentur. nec ea appellatio nova est. quamquam enim pleraque olim urbis templa Deorum nominibus designabantur, quibus dicata erant; quaedam tamen eorum etiam, qui condiderant, vel qui curabant, appellatione indicari solebant. hujusmodi fuit Aedes Martis in regione nona, quae *Templum Bruti Callaici* a Plinio dicitur: (17) & *Templum Ravennatium*, quod regioni Transtiberinae Marlianus adtribuit. (18) quin & Aedi Veneris Genetricis *Templum Vejentanorum* nomen fuisse crediderim, quum ex veteri inscriptione (19) appareat, centumviros municipii Vejentis eo tamquam in Curiam suam convenisse, ut de honoribus Gelotis Aug. liberti decernerent: quum locus alter in urbe esset virorum municipalium conventibus apertus, quem *Stationes Municipiorum* vocabant. (20)

Pegmata Incenduntur: recte, opinor, hoc nomine appellantur machinae illae, quas laetitiae caussa ad festos dies celebrandos magnis in areis & in ipsa arce urbana fabricari videmus, ut noctu colluceant, ignemque vario lusu emittant. rei nimirum haud dissimili, quae tamen apud veteres in theatro fere aut in circo spectabatur, eadem olim appellatio adtributa est: nam de Carino Aug. Vopiscus (21) *Pegma*, inquit, *exhibuit*, *cujus flammis fcaena conflagravit*. Claudianus vero consulatum celebrans Fl. Mallii Theodori (22) sic *Pegma* incendendum describit:

Mobile ponderibus defcendat Pegma reductis,
Inque chori fpeciem fpargentes ardua flammas
Scaena rotet: varios effingat Mulciber orbes

Per

Per tabulas impune vagus, pictaeque citato
Ludant igne trabes, & non permiſſa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.

itaque quod nos vel ſine rotatione impulſuque, nitrati ſulphuratique pulveris ope efficimus, illi rotis fere ponderibuſque praeſtabant: quod tamen ipſa vox Πυγμα non indicat: eſt enim a Πυγνυμι compingo.

Martyrium Fecit: Ελληνισμος eſt, quo & in Faſtis ſaepe ſum uſus: Hieronymus quoque in Chronico Euſebiano ſcripſit: (23) *In Aſia Polycarpus & Pionius fecere Martyrium*: & de ſancta virgine Hagne Ambroſius, (24) *Haec tredecim annorum Martyrium feciſſe traditur*.

Populum De Moeniano Precatione Luſtrat. veterum hic vocibus me abuſum ne dixeris: verbum *Luſtro* ex illis eſt, quae *Media* appellantur; eoque veteres uſos reperias, modo ad ſuperſtitionem, modo ad religionem trahentes. *Magico luſtrabere ritu*, dixit Ovidius: (25) *Luſtramurque Iovi, votiſque incendimus aras*, Virgilius: (25) itaque de expiatione quacumque uſurpari poteſt. id vero ipſum de reliquis cenſeas, velim, quae identidem ex antiquorum ſcriptis delibata in Kalendarium tranſtuli.

(2) de Kal. & Cycl. c. 2. p. 8.
(3) l. 3. de jur. nat. & gent. apud Hebr. a c. 10. ad 15.
(4) Fam. l. 16. ep. 9.
(5) N. A. l. 3. c. 10.
(6) de A. A. l. 1. v. 416.
(7) Svet. in Vitel. c. 15. n. 6. ec.
(8) Plin. H. N. l. 36. c. 15.
(9) id. l. 36. c. 14. & Gell. l. 2. c. 6.
(10) l. 27. c. 50.
(11) Grut. p. 250.
(12) Grut. p. 251.
(13) Fabr. p. 296. n. 257.
(14) pro Mil. c. 31.
(15) in Aug. c. 5.
(16) Maff. M. V. p. 82. n. 2.
(17) H. N. l. 36. c. 5.
(18) Topogr. V. R. l. 5. c. 19.
(19) Fabr. p. 170. n. 324.
(20) Plin. H. N. l. 16. c. 44.
(21) in Carin. c. 19.
(22) Carm. 17. v. 325.
(23) Olymp. 236.
(24) de Virgg. l. 1. ſub init.
(25) Metam. l. 10. v. 398.
(26) Aen. l. 3. v. 279.

CAP.

CAPVT II.

INSCRIPTIONES HONORARIAE

§. I.

INSCRIPTIONES HONORI CLARORVM VIRORVM DICATAE

XXXVII. (1)

PIO· VI· OPTIMO·FELICI· AVGVSTO
PONTIFICI· MAXIMO· PATRI· PATRIAE
VELITERNI· SVLMONENSES· SETINI
PRIVERNATES· TARRACINENSES
PROPAGATORI· AGRORVM

Patrem Patriae Romani honoris cauſſa Principem appellabant, quaſi Parentem Reipublicae: *Patria* enim Rempublicam quoque deſignat. ſic enim milites Livius tradit loquutos, quum ſenatus decreviſſet, ut ſtipendium de publico acciperent: (2) *effectum eſſe, ut nemo pro tam munifica Patria, donec quicquam virium ſupereſſet, corpori aut ſanguini ſuo parceret.* id ipſum ſignificari videtur in trochaico illo, quem Tiberio imperante populus per urbem concinuit, audito Germanicum convaluiſſe: (3)

Salva Roma, ſalva Patria, ſalvus eſt Germanicus

quo etiam trahi poſſunt Virgilii verſus, (4)

. . . . *Egregias animas, quae ſanguine nobis*
Hanc Patriam peperere ſuo, decorate ſupremis
Muneribus.

& de ampla regione etiam uſurpari, plane conſtat: Virgilii illa ſunt, *Italiam quae ro Patriam*: ad quem locum Servius adnotavit, ſcriptum a Salluſtio eſſe, *Hiſpaniam ſibi antiquam Patriam eſſe.*

Praeter *Sulmonenſes*, qui in Pelignis ſiti, alios in Volſcis agnoſcit Cellarius, (5) de quibus hic ſermo eſt. horum certe meminit Plinius, clara quondam in Latio oppida enumerans; (6) ſic enim cientur, *Collatia, Amiternum, Norbe, Sulmo*: id ipſum oppidum Virgilius deſignat, ubi Aeneam audita Pallantis caede furentem deſcribit: (7)

Sulmone creatos
Quattuor hic juvenes, totidem quos educat Vfens,
Viventes rapit, inferias quos immolet umbris,
Captivoque rogi perfundat ſanguine flammas.

nam Volſcos cum Turno fuiſſe, idem affirmat: (8)

Accelerant acta pariter teſtudine Volſci.

& Sulmoni paene proximum fluere Vfentem ſcimus: quem nunc foſſa Pia excipit. fortaſſe & Iuvenalis oppidum idem indicare volebat, quum ait, (9)

Nam quid rancidius, quam quod ſe non putat ulla
Formoſam, ni quae de Tuſca Graecula facta eſt,
De Sulmonenſi mera Cecropis?

nam Sulmo, quae in Pelignis erat, minus a Graecorum oppidis diſtabat: ut mulier ibi nata, ſi minus Attice, at Graece tamen ſcire aliquid poſſet: quod contra Volſca vix ſtudio adſequi poſſe putabatur, quum in eo tractu ne Latinas quidem litteras niſi pauci noſſent. quo Titinii pertinere verſus mihi videtur apud Feſtum:

Qui Oſce & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt.

Porro ſi in Volſcis quoque Sulmo fuit, id oppidum eſſe debet, cui nunc *Sermoneta* nomen, quaſi ὑποχορίσιον: praeſertim quum alium huic locum nemo tribuerit vel certis uſquam indiciis demonſtrarit.

(1) pto fornice in agro Pomptino.
(2) lib. 4. c. 60.
(3) Svet. in Caio c. 6. n. 2.
(4) Aen. l. 11. v. 24.
(5) ibid. l. 2. v. 384.
(6) Geogr. Ant. l. 2. c. 9. ſect. 3. n. 422.
(7) H. N. l. 3. c. 5. v. Flor. l. 3. c. 21.
(8) Aen. l. 10. v. 517.
(9) ibid. lib. 9. v. 505.
(10) Sat. 6. v. 185.

XXXVIII. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
ANNO· M· DCC· LXXX·
A· VOLSCORVM· REGIONE· REDVCI
OB· CVIVS· PROVIDENTIAM
ITINERIBVS· COMMVNITIS
ET· AQVIS· PALVDIVM· CORRIVATIS
APPIA· ITALIAE
AGER· POMPTINVS· VRBI· REDDITVS· EST
S· P· Q· R·
PERFECTVM· AB· OPTIMO· PRINCIPE
GRATVLATVS
QVOD· SAEPE· MAIORES
FRVSTRA· TENTAVERANT

QVae olim agri Pomptini vices fuerint, attigi jam in opere de ſtilo inſcriptionum. (2) quam vere autem haec Romae de Optimo Principe celebrata noſtiſque

tiſque inciſa publicis ſint, rerum eventus comprobavit. nam ex eo tempore tractus ille Appiae commeantibus non modo tutus eſt, ſed etiam perjucundus: ut neminem jam invenias, cui eo loci Appia *Regina viarum* iterum appellanda non videatur. (3) ipſe porro ager feritur, colitur largo foenore; nec pluvio ſae hiemes, quamquam rumor ſaepe his annis increbuit, omnia aquis teneri, ſatis cultiſque quidquam, nedum formis aut foſſis nocuere.

Adnotare hic libet, quod non ſemel quicumque inſcriptiones hujus capitis legent, meminiſſe velim, nunquam a me titulum honorarium cujuſquam perſcriptum traditumque roganti eſſe, quin illud monuerim, ſolitarium proſtare omnino non debere; ac rem eſſe non ſolum inviſam antiquis atque inauditam, ſed etiam abſurdam ac plane ridiculam, quo loco ſenatus aut ordo aliquis vel populus monumentum honori Principis ſive clari alicujus viri ſe dedicaſſe profiteatur, in eo nihil apparere praeter ipſum lapidem, quo remoto ne inſcriptio quidem manere poſſit. itaque ſi quid uſquam offendent hujuſmodi, penes eos culpam eſſe ſciant, qui rem praeſtare debebant. equidem morem hunc perverſum adeo ſemper deteſtatus ſum, ut quotieſcumque integrum fuit, pro honoraria inſcriptione Decretum conſcribere maluerim: ne ſcilicet qui honorariam poſcebant, conſilium verba putantes ad libidinem ſuam abuti poſſent.

(1) in aedibus Capitolin. (2) lib. 1. inſcr. 241. (3) v. Stat. l. 2. Sil. 2. v. 12. XXXXVIIII. (1)

P I O· VI· P O N T· M A X·
PROPAGATORI· AGRORVM· LOCVPLETATORI· CIVIVM
O P T I M O· P R I N C I P I
AD· MEMORIAM· OPTATISSIMI· ADVENTVS
ANNO· M· DCC· LXXX·
QVVM· HISCE· IN· AEDIBVS· APRILI· MENSE
DIES· QVATVORDECIM· HOSPITATVS· EST
DOMVS· VITELLIORVM
NOBILITATA· ET· AVCTA
OMNI· INDVLGENTIA· ET· LIBERALITATE
E I V S

VEriſſime hic a Vitelliis D. N. Pium VI. *Locupletatorem* civium appellari, Tarracinenſes jam omnes & agnoſcunt & prædicant; qui denum, agris in tantam amplitudinem propagatis, foſſa Pia in portum deducta, colonis culturae cauſſa per eorum fines numero auctis, vendendi, emendi, tranſvehendi magnis utuntur commodis; iidemque nundinis inſtitutis, oppidum quotidie magis a mercatoribus adveniſque omnis generis celebrari vident. I 2 PIO

(1) Tarracinae in aedib. Vitellior.

L· (1)

PIO· VI· BRASCHIO
PONT· MAX· PATRI· PATRIAE
QVOD· NOVAE· MOLIS· OPERIBVS
IVSSV· EIVS· COMMVNITIS
SVMPTIBVSQVE· PORTVI· PERFICIVNDO
SVPPEDITATIS
COMMODA· VRBIS· SVPERIORVM· PONTIFICVM
BENEFICIIS· AVCTA
LIBERALITATE· OPTIMI· PRINCIPIS
CVMVLATA· SINT
ORDO· ANCONITANVS
LOCVPLETATORI· CIVIVM
ADSERTORI· FELICITATIS· PERPETVAE
ANNO· M· DCC· LXXV·

MAGISTERIO

PETRI· FRANCISCI· CAMERATAR· COM·
FRANCISCI· TORRIGLIONI· COM·
CAIETANI· EVANGELISTAE
MODERATORVM
REI· PVBLICAE

MICHAELIS· FAZIOLI
CAR· IGNATII NAPPI· COM·
ALEX· NEMBRINI· GONZAGAE· MARCH·
ALOIS· ANTONII· FERRETTI· COM·
CAIETANI· EVANGELISTAE
CVRATORVM

ROmam esse solam, quae *Vrbs* latine dicatur, non bene quidam affirmarunt. nam Tullii illa sunt, *Capua Vrbs amplissima atque ornatissima*. (2) *Syracusae Vrbs mihi conjunctissima*. (3) Caesar quoque scripsit, *Non solum Vrbibus, sed paenae vicis castellisque singulis*. clarius autem Varro: *Quare & oppida, quae prius erant circumducta aratro, ab orbe & urbo* Vrbes: *& ideo coloniae nostrae omnes in littereis antiqueis scribuntur* Vrbes; *quod item conditae ut Roma*.

Iam tota ea formula illius est persimilis, quam in titulo legimus statuae a tribubus triginta quinque Trajano Aug. dicatae. (6) *Quod Liberalitate Optimi Principis Commoda Earum Etiam Locorum Adiectione Ampliata Sint*. recte illic *Ampliata*, quia de gradibus Circo additis sermo erat: at non male hic *Cumulata*, quum de rerum copia & commerciorum utilitate agatur: ut apud Tullium: (7) *Quorum studiis ea, quae natura desiderat, expleta Cumulataque habemus*.

Ad-

Adſertori Felicitatis: cujus ſcilicet opera civitas perenni felicitate uſura ſit. eodem ſenſu Svetonius Claudios dixit (8) *Optimates Aſſertoreſque unicos dignitatis ac potentiae patriciorum ſemper fuiſſe.*

(1) Anconae in Curia.
(2) 2. Agr. c. 28.
(3) Phil. 1. c. 3.
(4) B. C. l. 3. c. 32.
(5) de L. L. l. 4. c. 32.
(6) Grut. p. 246. n. 8.
(7) de off. l. 2. c. 5.
(8) in Tib. c. 2. n. 9.

LI. (1)

P I O· VI· P O N T· M A X·
PROPVGNATORI· LEGVM· SACRARVM
OPTIMO· PRINCIPI
PAVLLVS· CANALIS· COMES
PRAEPOS· NVMEROR· PER· ETRVSC· PONTIFIC·
CVM· IVLIA· GAVCCIA· VXSORE
ET· FESTA· DOMO· SVA
AN· M· DCC· LXXXII·
AD· LAETISSIMVM· DIEM· PRIDIE· KAL· MARTIAS
POSTERORVM· MEMORIAE· COMMENDANDVM
QVO· TOTA· GESTIENTE· INTERAMNA
DOMINVM· INDVLGENTISSIMVM
IN· GERMANIAM· PROGREDIENTEM
AVITIS· IN· AEDIBVS
SIBI· ORDINI· POPVLOQVE· VNIVERSO
PROPITIVM· ACCEPIT

DIem *Pridie Kalendas*: id eſt, qui fuit pridie Kalendas. ſic Tullius, (2) *Ex ante diem non. Iun. uſque ad pridie Kal. Sept.*

Propitium Accepit: veteres de Diis fere dicebant, ut Cicero, (3) *Ita Deos mihi velim Propitios*. ſed de hominibus etiam uſurpavit Nepos: (4) *Namque illi ipſi cuſtodes, ſi propitia fuiſſent voluntate, foribus effractis ſervare eum potuiſſent*. & alia alibi exempla invenies.

PIO

(1) Interamnae Nahart. in aedib. Canal.
(2) ad Att. l. 3. ep. 17.
(3) Divin. Verr. c. 13.
(4) in Dione c. 9.

LII. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
ADSERTORI· PIETATIS
ORDO· ET· POPVLVS· SPOLETINVS
ANNO· M· DCC· LXXXII·
IN· MEMORIAM
PROFECTIONIS· EIVS· IN· GERMANIAM
AD· CAESAREM· AVGVSTVM
QVVM· PRIDIE· KAL· MART· PRAETERGREDIENTEM
TOTA· OBVIAM· EFFVSA· CIVITAS
FAVSTIS· OMINIBVS
PROSEQVVTA
EST

Profectionis Ejus; militare quidem vocabulum quandoque eſt *Profectio*, quod bellicam expeditionem in nummis deſignat, (2) at ſaepe etiam iter quodcumque alia de cauſſa ſuſceptum ſignificat: ut quum Cicero ait, (3) *Exponam vobis breviter conſilium & Profectionis & reverſionis meae*: vel quum Caeſar de Helvetiorum conſilio ſcripſit, (4) *In tertium annum Profectionem lege confirmant*. et rurſus, (5) *Omnibus rebus ad Profectionem comparatis*: nec ſimilia apud alios non invenias.

Fauſtis Ominibus: id eſt precationibus atque acclamationibus: Tullius, (6) *Neque enim triſtius dicere quidquam debeo ea de re, quam tu ipſe ominibus optimis proſequeris*. Svetonius, (7) *Fauſta Omina & eximias laudes congeſſerant*. Tacitus, (8) *Feſtiſque in Caeſarem Ominibus*: quamquam Vrſinus malebat *Fauſtiſque*, quae Petri quoque Fabri ſententia eſt. Latinorum autem formulae ſunt *Proſequi laudibus*, *Proſequi teſtimonio*, *fletibus*, *laetitia*, *honore*, *beneficiis*, *funere* & hujuſmodi, id eſt ornare, honeſtare.

PII

(1) Spoleti in Curia.
(2) Vaill. t. 2. p. 178. &c.
(3) Philipp. 1. c. 1.
(4) B. G. l. 1. c. 2.
(5) ibid. c. 3.
(6) Fam. l. 3. ep. 12.
(7) in Aug. c. 98.
(8) Ann. l. 5. c. 4.

LIII. (1)

HONORI
PII· VI· PONT· MAX·
OPTIMI· PRINCIPIS
ANNO· M· DCC· LXXXII·
QVOD· DEO· AVSPICE
VINDOBONAM· AD· CAES· AVG·
ITER· INGRESSVS
SVMMA· OMNIVM· ORDINVM· LAETITIA
PRIDIE· KAL· MARTIAS
PRAETORIO· LIBENS· SVCCESSERIT
CIVESQVE
ADMISSIONE· ET· ADLOQVIO
SOLATVS· SIT
GENS· LVCATELLIA
DEVOTA
SANCTITATI· MAIESTATIQVE
EIVS

Praetorio: hoc nomine, ut infra oſtendam, deſignare veteres ſolebant villarum aedes, quas ſibi magno ſumptu extra urbem ruſticandi cauſſa paraſſent.

Sanctitati Majeſtatique: vetus formula erat, *Devot. Numini Majeſtatique*: at *Numen* quis nunc ſanus de homine uſurpet? ineptum vero, quod quidam invexerunt, *Nomini Majeſtatique*, ut alibi oſtendi: (2) in Flaviae Helenae titulo ſcriptum invenies, (3) *Devotus Excellentiae*, *Pietatique Ejus*. porro *Sanctitatem* de Principum dignitate veteres accepere: Iulius Caeſar de gente ſua apud Svetonium ſic loquitur: (4) *Eſt ergo in genere & Sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, & ceremoniae Deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt reges*. & Salluſtius apud Servium: (5) *Se regibus devovent, & poſt eos vitam refutant: adeo illis ingenita eſt Sanctitas regii nominis*.

PII

(1) Ad Spoletum in Praetor. Lucatell.
(2) de ſt. inſc. p. 307.
(3) Murat. p. 161. n. 1.
(4) in Iul. c. 6.
(5) ad Georg. l. 4. v. 211.

LIIII. (1)

HONORI
PII. VI. PONTIFICIS MAXIMI
SOLATORIS
POPVLI. CHRISTIANI
ORDO. CLODIENSIS
ANNO. M. DCC. LXXXII.
BARPTOLEMAEO. GRADONICO. PRAETORE
AD. DIEM. VI. ID. MART. POSTERITATI. CONSIGNANDVM
QVO. OMNIS. EFFVSA. OBVIAM. CIVITAS
SVMMVM. ANTISTITEM. RELIGIONVM
VINDOBONAM. AD. CAESAREM. AVG. PROFICISCENTEM
PROCVRATORIBVS. MARCIANIS. DVOBVS
REI. PVBLICAE. NOMINE. SALVTANTIBVS
HOSPITIO. ACCEPIT

Solatoris: Quam vere ea uſurpata appellatio ſit, Italia utique teſtis atque Germania, quae ſuis prope convulſae ſedibus ad parentem publicum complectendum procedere viſae ſunt.

Summum Antiſtitem Religionum: mihi nuper ridiculo quidam fuere, qui formulam hanc in invidiam vocabant, velut ſi, quae in orbe ſunt ſectae degenerum Chriſtianorum, eas ego *Religiones* appellaſſem. O ſeri ſtudiorum! ne hoc quidem didicerunt, *Religonem* a Latinis pro coetu hominum & ſocietate non uſurpari. atqui & illud ſcire jam debuiſſent, ſcriptores Latinos plurali numero nunquam ea uſos voce, niſi ut rationem divini cultus, & ſacra ac ritus ſignificarent, quibus Deus colitur: itaque idem eſſe *Antiſtitem Religionum*, atque *Antiſtitem caeremoniarum & Sacrorum*, quo titulo Pontifices illos ſuos Tullius appellat: qui etiam alio loco quid *Religiones* ſint, non obſcure declarat his verbis: (3) *Caeterae nationes pro Religionibus ſuis bella ſuſcipiunt, iſtae contra omnium Religiones*. idem porro deſignat Tacitus, quum ait, (4) *Numa Religionibus & divino jure populum devinxit*. atque eodem referre debes illas veterum formulas, quae paſſim apud Latinos auctores occurrunt, *Religiones interpretari, expiare, ſpernere, polluere, violare* & hujuſmodi.

PIO

(1) apud Clodienſes Venetos
(2) pro D. 5. c. 39.
(3) pro Font. c. 9.
(4) Ann. l. 3. c. 26.

LV. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
PEREGRINATORI
IMP· CAES· IOSEPHI· AVG.
HOSPITI
PARENTI· PVBLICO
DE· RE· CHRISTIANA· OPTIME
MERITO
IOSEPHVS· GARAMPVS· ARCHIEP· BERYT·
EPISC· FALISCODVN·
LEGATVS· EIVS
ANNO· M· DCC· LXXXII·
AD· COMMEMORATIONEM
AVSPICATISSIMI· DIEI· XVII· KAL· MAIAS
QVO· DOMINVM· INDVLGENTISSIMVM
AD· SE· VLTRO· ADVENIENTEM
IN· AEDIBVS· SVIS
TOTA· GESTIENTE· DOMO
VENERATVS· EST

Peregrinatori: Tullii vocabulum eſt; ait enim, (2) *Non tam ſum Peregrinator jam, quam ſolebam*. nec vero nulla in hoc appoſito vis: quum & rem deſignet, quam raro in hiſtoria veteri de Pontificibus Maximis legimus, & ad ſententiam verſuum conſequentium explicandam maxime conferat.

Hoſpiti: in veteri inſcriptione apud Reineſium & Donium (3) leges, *Hoſpiti Divi Hadriani Patris Senatoris*. eadem appellatio apud Gruterum etiam occurrit: (4) *Hoſpes Ti. Caeſaris Aug. Licinianus*: ſed eo loco *Hoſpes* ſervi nomen, aut praenomen liberti eſt, uti fuerat Lucretii Tricipitini, teſte Valerio Maximo, (5) qui iis tradit impoſitum, qui peregre apud hoſpitem nati eſſent. utrumque autem Latini *Hoſpitem* dicunt, & qui excipitur, & qui excipit: ut apud Tullium, (6) *Per dexteram te iſtam oro, quam regi Dejotaro Hoſpes Hoſpiti porrexiſti*.

(1) Vindobonae in aedibus Legati Pontif.
(2) Famil. l. 6. epiſt. 18.
(3) Cl. 6. n. 128. Cl. 6. n. 19.
(4) p. 107. n. 8.
(5) lib. 10. n. 5.
(6) pro Dejot. c. 3.

LVI. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
PARENTI· PVBLICO
E· GERMANIA· REDVCI
COLLEGIVM· CANONICORVM
ANNO· M· DCC· LXXXII·
ADSERTORI· PIETATIS

CVIVS· INDVLGENTIA· PRAESENTIS
ORDINI· POPVLOQVE· PATAVINO
ET· INCOLIS· ADVENISQVE· VNIVERSIS
DATVM· EST
QVANDOCVMQVE· HVC· AD· TEMPLVM
MAXIM'M· FESTIS· PROFESTISVE· DIEBVS
DEO· SVPPLICATVM· VENERINT
VTI· CVNCTI· QVOS· DELIQVISSE
EX· TOTO· ANIMO· POENITVERIT
TRECENTOS· QVOTIDIE
DE· POENALIVM· DIERVM· NVMERO
EXPVNGANT

VTIQVE· SI· CRIMINVM· CONFESSIONE
RITE· ABLVTI· SANCTA· DE· ALTARI
REVERENTER· LIBAVERINT· ATQVE· REM
CHRISTIANAM
RELIGIOSE· DEO· COMMENDAVERINT
PIACVLO· OMNI· ET· STATIS· ADMISSORVM
POENIS· EXSOLVTI· ABEANT
IIDEM· SEMPER· SI· MALINT· PIORVM
MANIVM· LARES· EX· MORE
SVPPLICANDO
SINGVLI· SINGVLORVM· EXPIARE
POSSINT

Feſtis Profeſtiſve: ſic & Livius dies quoslibet complexus eſt: (2) *Vt carpentis, feſtis profeſtiſque diebus, per urbem vectemur*.

Sancta De Altari .... id eſt, quod Cyrillus Alexandrinus dixit, Μεταλαχειν Ευλογιας της ζωοποιου, (3) explicatque idem ſic: τυπος της αγιας αυτου σαρκος και αιματος. *Libare* autem pro *fumere* Tullianum eſt, ut quum ait, (4) *Ex variis ingeniis excellentiſſima quaeque Libavimus*.

Enimvero quum formulas a Latinis proprias habere non poſſumus, quibus rem illis ignotam enunciemus; ſatis, opinor, bene loquuti videamur, ſi ex eorum conſuetudine rem ſic extulerimus, ut ſententiam omnes noſtram adſequantur.

Piorum Manium: animas defunctorum latine *Manes* appellari alias oſtendi: eſto veteres plura de Manibus fabulati ſint. nec vero repudianda eo nomine eſt hujuſmodi vox, quod profana omnino, & a ſacris Chriſtianis aliena videatur: nam veteres Chriſtiani in epitaphiis ſuis ſaepe uſurparunt, ut jam animadvertit Fabrettus. (5)

PIO

(1) Patavii in templo maximo.
(2) lib. 34. c. 3.
(3) l. 7. de Adorat. p. 231.
(4) de invent. l. 2. c. 2.
(5) p. 112. B.

LVII. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
PARENTI· PVBLICO
BENIGNISSIMO· INDVLGENTISSIMO
ALOISIA· AVR· F· REZZONICA
VIRGO· AVGVSTINIANA· MAXIMA
ANNO· M. DCC· LXXXII·
SENATVI
ET· POPVLO· ET· ADVENIS· OMNIBVS
OB· ADVENTVM· EIVS
FAVSTO· FELICI
IN· MEMORIAM· AVSPICATISSIMI· DIEI
XVI· KAL· IVN·
QVO· DOMVM· HANC· LAETITIA· GESTIENTEM
SVA· SPONTE· INGRESSVS
VETEREM· IN· REZZONICOS· OMNES
BENEFICENTIAM
NOVA· HONORIS· ADIECTIONE
CVMVLAVIT

Parenti Publico : ſic & Claudius Aug. appellatus eſt in ſenatus conſulto de honoribus Pallantis, quod Plinius refert: (2) *Tanto impenſius petere a Publico Parente* . . . . & iterum inferius: *Quum Princeps Optimus Parenſque Publicus rogatus a Paliante* . . . . quis porro appellationem hujuſmodi Pontifici Maximo quaſi propriam non tribuat, quem vix alio quam *Patris* nomine eiere quiſque ubique ſolet?

Ob Adventum Ejus: Venetiis qui eo die fuere, ſpectaculum cuiquam jucundius aut majus offerri uſquam poſſe negant, quam quod ipſi oculis tum ſuis uſurparunt: publicam enim magnificentiam, quam Patres Veneti ſemper dilexere, atque imperii majeſtati parem eſſe voluerunt, plurimum eo die privata quoque ſtudia augebant; juvabatque in primis hilaritas civium, frequentia finitimorum populorum, religio omnium & amor, qui paſſim in ore, in oculis, in geſtu ipſo plauſuque ſpectantium eminebat.

(1) Venetiis apud Virgin. Auguſt. (2) lib. 8. epiſt. 6.

LVIII· (1)

HONORI
PII· VI· PONT· MAX·
OPTIMI· PRINCIPIS
ANNO· M· DCC· LXXXII·
IN· MEMORIAM· NONARVM· IVNIARVM
QVO· DIE· E· GERMANIA· REDVX
CIVITATEM· LAETITIA· GESTIENTEM
REVISIT· INCOLVMIS
ET·A·PRIMORIBVS·IN·ARCEM· DEDVCTVS
ORDINE· SPLENDIDISSIMO
AD· OSCVLVM· PEDVM· ADMISSO
POPVLVM· VNIVERSVM
SALVTARI· PRECATIONE· LVSTRAVIT
ALEXANDER· MARESCOTTVS
PRAEP· ARC· VRB· ET· REI· MARIT·
PER· BERNARDINVM· ANTONELLIVM· COM·
PRAEF· PRAESIDIAR· SENOGALL·
DEVOTVS
SANCTITATI· MAIESTATIQVE
EIVS

Ordine ſplendidiſſimo: id eſt Decurionibus: ſic enim in municipiis appellabantur; ut ſaepe in antiquis inſcriptionibus legimus. *Splendidiſſimus Ordo Arimineníium* (2) & *Ordo Splendidiſſimus Segunorum* (3) hiſque ſimilia apud Gruterum occurrent.

Per Bernardinum: id eſt *Curante*, *Curatore*, pro qua formula interdum veteres quoque ſcripſere *Per Cn. Papirium Aelianum Legat. Ejus*, (4) *Per Collegium Pontificum* (5) & hujuſmodi.

Praeſidiariorum Senogallienſium: Livianum verbum eſt *Praeſidiarii*: (6) de quo Feſtus: (7) *Dicti* Praeſidiarii *milites ante alios collocati qui erant, aut in alio loco praepoſiti*.

PIO

(1) Senogalliae in arce.
(2) p. 1095. n. 2.
(3) p. 275. n. 2.
(4) Maff. M. V. p. 240. n. 4.
(5) Grut. p. 13. n. 11.
(6) lib. 29. c. 8.
(7) in *Subſidium*.

LVIIII. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
PARENTI· PVBLICO
E· GERMANIA· REDVCI
ANNO· M· DCC· LXXXII·
QVOD· CIVITATIS· LEGATIONE
INVITATVS
V· IDVS· IVN· IPSO· IN· PROGRESSV
HASCE· AD· AEDES· SVBSISTENS
DE· SVGGESTO
ORDINEM· ET· POPVLVM· RICINENS·
SALVTARI· PRECATIONE
LVSTRAVERIT
PETRVS· PODALIRIVS· ANTICIVS· V·C·
ET· LAETA· DOMVS· EIVS
OPTIMO· ET· INDVLGENTISSIMO
PRINCIPI

Salutari Precatione Luſtraverit : id eſt quod Graeci dicebant Ευλογιαν, ſive fauſta precari. quia vero ſollemnis illa Pontificis Maximi precatio eum admiſſorum expiatione conjuncta eſt, idcirco *ſalutarem* appellavi. *Luſtratio* autem apud Latinos, idem atque *Expiatio*: & in verbo *Luſtro* nihil ineſſe abſurdi, ſuperius expoſui. (2) at tuam hanc formulam, inquiet aliquis, ſatis jam nobis ſuperque objeciſti. ita ſane: ſed tamen ut rem deſignarem eandem; quemadmodum veteres quoque nihil mutant, quotieſcumque nihil ea variant, quae enuncianda ſunt: a quibus id ipſum ſervari videas tum etiam, quum unica inſcriptio eſt, eademque pagina: ut ſaepe in Faſtis potiſſimum deprehendes.

De Suggeſto : pegma quodlibet a terra ſubrectum latine *Suggeſtum* aut *Suggeſtus* dictus eſt. Cicero de Dionyſio tyranno Syracuſanorum, (3) *Quum in communibus Suggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat*. jam Livius Praetoris tribunal, (4) ſedem Imperatoris Tacitus, (5) Principis cubiculum in Circo Plinius (6) *Suggeſtum* ſinguli appellaverunt.

PIO

(1) Helviae Riciu.
(2) ad Kalend. Sodal. Anton.
(3) Tuſc. l. 5. c. 20.
(4) lib. 32. c. 29.
(5) Hiſt. l. 1. c. 36.
(6) in Paneg. c. 51.

Digitized by Google

LX. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
ADSERTORI· PIETATIS
VINDICI· RELIGIONIS
S· P· Q· R·
QVOD· PETRI· APOSTOLI· AVSPICIIS
VINDOBONAM
REI· CHRISTIANAE· ORDINANDAE· CAVSSA
AD· CAESAREM· AVG· PROFECTVS
ADFLVENTIVM· POPVLORVM· ANIMIS
ROMANO· NOMINI· CONCILIATIS
ET· ITALIA· GERMANIAQVE
VIRTVTVM· CLARISSIMARVM· STVDIIS· ACCENSA
DIVTVRNVM· VRBIS· DESIDERIVM
ADVENTV· IOCVNDISSIMO
EXPLEVERIT
IDIBVS· IVNIIS
ANNO· M· DCC· LXXXII·

Auſpiciis: id eſt nutu & favore; quo fere recidunt illa Taciti, (2) *Fine anni arcus propter aedem Saturni* (dicatur) *ob recepta ſigna, cum Varo amiſſa, ductu Germanici, Auſpiciis Tiberii*. nam & Deos, quos ſibi favere crederent, *Auſpices* Latini appellabant, ut Virgilius, quum ait, (3)

Sacra Dionaeae matri diviſque ferebam
Auſpicibus caeptorum operum:

nec ſemper haec ad augurium referebant, quamquam vocabulum omnino a ſpectandis avibus ductum eſt.

Adventu Iocundiſſimo: minorem multo in verbis ineſſe vim ſcias, quam res ipſa requirat. quam nempe fauſtus D· N· PII· VI· in urbem reditus, quantaque eo reduce omnium ordinum laetitia fuerit, nemo dicendo explicare, nec vero, niſi qui viderit, cogitando adſequi quiſquam poſſit. at ſane plurimos populus Romanus ex omni vicinitate teſtes habuit, eoſdemque ſuae voluptatis atque gaudii participes: neque enim minor in urbe frequentia tum fuit, quam quae antea Proceſſus Lateranenſis cauſſa viſa fuerat.

PIO

(1) Romae incidenda in Capit· (2) Annal· l· 2· c· 41· (3) Aen. l· 3· v· 19·

LXI. (1)

PIO·VI·PONTIFICI·MAXIMO
PATRONO· VETERI
ET· MAGISTERIO· COLLEGII· N·
SANCTE· PERFVNCTO
OPTIMO
ET· PROVIDENTISSIMO· PRINCIPI .
QVOD· INDVLGENTIA· EIVS· SODALITAS· NOSTRA
QVVM· REDITIBVS· LEGATORVM· FVNDISQVE· DILAPSIS
OB· STATAS· IMPENSAS
AERE· ALIENO· OPPRIMERETVR
ONERIBVS· EXPLICATIS
ET· CONDITIONIBVS· CERTOS· IN· DIES· DEFINITIS
RECREATA· REVIXERIT
IOSEPHVS· BENETTIVS· ADVOC· FISCI· ET· SACR· CONSIST·
MAGISTER· PRIOR· COLLEGI
CVM· DECVRIONIBVS· ET· SODALIBVS· PRIMI· ORDINIS
CONSTITVTORI· ET· PARENTI
PECVNIA· CONLATA

Optimus qui dicatur, an idem sine ταυτολογία *Providentissimus* recte vocetur, in dubium vocari possit. nam quum *Optimum* quem pronunciaveris, jam, ut Plinius ait, (2) *simul omnia uno isto nomine continentur*: quippe *quod omnes laudes habet*, inquit Tullius, (3) *id est optimum*. atqui non ita semper sensisse veteres, plura nobis exempla declarant, in antiquis enim inscriptionibus leges, *Optimo Ac Piissimo*, (4) *Optimo Maximoque Principi*, (5) *Optimo Fortissimoque Principi*, (6) *Optimo Fortissimo Providentissimoque Principi*, (7) *Optimo Maximoque Principi Et Cum Summa Benignitate Iustissimo*. (8) appositum nempe *Optimus* usu ipso vel dignitatis potius, quam virtutis nomen factum erat, vel ad animum magis, quam ad opera Principis referebatur.

PIO

(1) Romae ad Damasi in Schola Sodal.
(2) Paneg. c. 88.
(3) de O. G. O. c. 2.
(4) Grut. p. 258. n. 8.
(5) id. p. 249. n. 2.
(6) Reinef. Cl. 3. n. 38.
(7) Grut. p. 263. n. 5.
(8) Reinef. Cl. 3. n. 23.

LXII. (1)

PIO. VI. PONTIFICI. MAXIMO
CVIVS. LIBERALITATE
INGENIA. CIVIVM. VIGENT
BONAEQVE. ARTES
IN. SPEM. VETERIS. GLORIAE
FLORESCVNT
FRANCISCVS. PIRANESIVS. ARCHITECT.
CVM. CONCORDISSIMIS. FRATRIBVS
DOMINO. INDVLGENTISSIMO
QVOD. MVSEI. DOMESTICI. NOMEN
ET. NOVORVM. OPERVM. FAMA
ADITV. EIVS. ET. LAVDE
NOBILITATA. SINT

SVm *ex iis*, ut de ſe Plinius Caninio ſcripſit, (2) *qui mirer antiquos: non tamen, ut quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio. neque enim quaſi laſſa & effoeta natura, ut nihil jam laudabile pariat.* ſit, quae horum jam temporum felicitas eſt, ſit, qui foveat artes, qui promiſſis, qui praemiis hominum ſtudia excitet; nunquam magnos artifices, nunquam doctos viros deſiderabis.

Franciſcus: nomen hoc a *Francus* ductum, plerique omnes norunt: ſed Latino tamen more deductum non putant. atqui non raro Latini ſcriptores eodem modo quorundam nationem deſignarunt, ὑποκορίστικως quemque appellantes. Syrus ſervus apud Terentium de ſe ſic loquitur, (3)

Edepol Syriſce te curaſti molliter.

apud Iulium Capitolinum (4) Severi Aug. verba ſunt Maximinum compellantis, *Quid vis Threciſce?* alia porro hujuſmodi ſe inveniſſe, Salmaſius ad hunc locum (5) teſtatur, quae ſunt *Daciſcus*, *Hunniſcus*, *Perſiſcus*, *Phrygiſcus*; quin & *Franciſcos*, in Aethici nempe coſmographia.

Aditus de aditione etiam ingreſſuque dicitur: ut apud Tullium, (6) *Vrbes permultas uno Aditu atque adventu eſſe captas.* & Varro *Aedes* ab *Aditu* dictas tradidit, (7) *quod plano pede adibant.*

PIO

(1) in Muſeo Piraneſiano.
(2) l. 6. epiſt. 21.
(3) Adelph. 5. 1. 1.
(4) in Maximin. c. 3.
(5) & ad Solin. p. 60. E.
(6) pro L. Manil. c. 8.
(7) l. 4. L. L. c. 33.

LXIII. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
TVTORI· ARTIVM
RESTITVTORI· CVLTIORIS
ANTIQVITATIS
IOSEPHVS· ANGELINVS· SCVLPTOR
QVOD
PRAESENTIA· ET· COMMENDATIONE
OPTIMI· PRINCIPIS
OFFICINAE· SVAE· DIGNITAS
OPERIBVS· PRETIVM
ACCESSERIT

TVtor non is ſolum dictus, qui pupillorum pueritiam regat, ſed ille etiam, quī rem quamlibet opibus ſuis tueatur, defendat. id Tullius potiſſimum demonſtrat, cujus haec ſunt: *Poſt Hortenſii mortem orbae eloquentiae quaſi Tutores relicti ſumus*: (2) quo ſenſu ea quoque dicta ſunt, *omnia haec noſtra ſtudia latent in Tutela ac praeſidio bellicae virtutis*. (3) idem Conſules *Tutores annuos reipublicae* appellavit: (4) & Clodium *ιερωτικως Caſtum Tutorem religionum*. (5)

(1) in officina Angeliniana.
(2) in Br. c. 96.
(3) pro Mur. c. 10.
(4) poſt. red. in Sen. c. 2.
(5) de Har. R. c. 6.

LXIIII. (1)

IMP· CAES· THERESIAE· AVG· F·
IOSEPHO· PIO· FELICI· AVG·
BARBARICA· SERVITVTE· DEPVLSA
PROVINCIAE· VNIVERSAE
PROPVGNATORI· GENERIS· HVMANI

HAec in arcu incidenda, quem nuper Auguſtinus Gerlius Mediolanenſis egregia architectura delineavit. quippe Vindobonae praeclarum illud opus conſtitutum iri ſperat ad memoriam indulgentiſſimi Principis, cujus immortali beneficio quotquot

ubique per provincias Illyricam ſervitutem ſerviebant, in libertatem vindicati ſunt. porro fornix trigeminus eſt, & ſignis omnis generis exornatur. altitudo eius media latitudinem aequat, exhibetque in faſtigio quadrigam, in qua eminet Imperator Aug. tum ad latera, infra baſim quadrigae, fluviorum ſimulacra quatuor jacent, a fronte quidem Albis & Tyras, a tergo autem Marus & Draus, quibus eae regiones adluuntur, ad quas potiſſimum Auguſti beneficentia manavit. in zophoro inſcriptum,

AN. CHR. M. DCC. LXXXII. LIBERTATIS. TERTIO

infra zophorum anaglypta viſuntur tabulis ſex, e quibus binas utraque frons, externa latera ſingulas habent. enimvero in prima tabula Imperatorem videas ruſticos pileatos libertate donantem, adſcriptumque legas,

RE. PVBLICA
CIVIBVS. AVCTA

in altera vero eundem adſpicias milites de novorum civium numero legentem, adjecto titulo,

VIRIBVS. IMPERI
FIRMATIS

jam tertia Imperatorem repraeſentat novos cives magiſtratibus commendantem, cum inſcriptione,

TVTORIBVS. NOVAE
PLEBI. DATIS

in quarta ille idem leges adminiſtris dictare videtur, quas promulgari velit, ejuſque argumenti titulus eſt,

COMMERCIORVM
LEGIBVS. DICTIS

in quinta largitio Aug. efficta ruſticos ad agrorum cultionem hortantis, addito titulo,

CVLTORIBVS. IN
AGROS. REDVCTIS

in ſexta demum agricolae expreſſi primitias Auguſto offerentes, cum inſcriptione,

FRVGIBVS. A. NOVA
PLEBE. RECEPTIS

bini praeterea clypei in utraque fronte ad angulos, ubi fornicis flexus eſt, affixi, totam domum Auguſtam referunt: nam primus dicatus eſt

FRANCISCO. ET. THERESIAE
PARENTIBVS. AVGG.

alter vero

PETR. LEOPOLDO. AVG. FRATRI
FRANC. IOSEPHO. AVG. FR. F.

tertius

FERDINANDO. AVG. FR.

quartus

MAXIMILIANO. AVG. FR.

in

in ipso denique aditu medio ad latera interiora columnas, & signa cernas, probabili plane invento sic collocata, ut fornicem subeuntes grato spectaculo teneant: sunt autem simulacra Iustitiae, Clementiae, Liberalitatis, Prudentiae, quibus respondent ad latera exteriora Industriae & Patientiae signa, quae item in intercolumniis sita sunt. haec mihi de praeclaro opere perstringenda putavi, quod & res poscere videretur, & ad inscriptionis perspicuitatem conferre aliquid possent.

(1) pro fornice Aug.

LXV. (1)

REGI KAROLO
REGIS· PHILIPPI· F· CATHOLICO· P· F· AVG·
VETERI· HOSPITI
DOMVS· ANDREAE· CONTI· V· C·
NOBILITATA· ATQVE· AVCTA
OMNI· INDVLGENTIA· ET· BENIGNITATE
EIVS
AD· COMMEMORATIONEM·AVSPICATISSIMI· ADVENTVS
QVVM· ANNO· M·DCC·XXXIIII· XIII· KAL· APRIL·
PRIMVM· IN· REGNI· POSSESSIONEM· PROFICISCENTEM
IN· TRIDVVM· ACCEPIT
ET· IN· MEMORIAM· EXPEDITIONIS· VELITERNAE
QVVM· ANNO· M·DCC·XXXIIII· XII· KAL· MAIAS
AD· REGNVM· VIRTVTE· ET· ARMIS· TVENDVM
PROGREDIENTEM
IN· TRIDVVM· RECEPIT

AD *commemorationem* . . . . . *Et In Memoriam* . . . argumentorum similitudo effecit, ut iisdem formulis saepius uteremur. ceterum non si uno hic loco inscriptiones paene connexae occurrunt, eaedem una in urbe marmori inciſae leguntur: itaque nihil altera alteri officit, quum inter se plurimum distent. nec vero, vel si nulla Latini sermonis egestas sit, formulae mihi ab inscriptione expungendae videbantur, quae magis propriae essent, ne quem repetitio earundem temere offenderet: quum, si vitium id est, antiquorum commune fuerit; & germanae magis formulae, quam novae probari debeant.

(1) Anagniae in aedibus Contiorum.

LXVI. (1)



Throni Pontificalis: Latini quidem *Thronum* Iovis ſolium appellavere: at Graeci paſſim de ſede atque de ipſa etiam Pontificum dignitate acceperunt. (2) itaque Graecorum vocabulum Graeco more uſurpare licuit.

Ordo & Populus Apuanus: de Apuanis nihil Cellarius, quum Livius tamen multis eos locis, quae Cluverius recenſuit, (3) non modo memoret, ſed etiam circa Macram fluvium incoluiſſe dicat. (4) ſed Apuam ipſam non alius fortaſſe e Latinis diſerte nominat, niſi auctor ignotus *Itinerarii ſex ab urbe Roma in Gallias itinerum*, quem Cluverius ſaepe refellit, et ineptiſſimum quandoque appellat. (5) nam qui locus a Catullo affertur, (6) ſecundum Scaligerum,

At Volusi annales Apuam porgentur ad ipſam,

incertae lectionis eſt: ut ne ii quidem, qui Cantabrigiae (7) formis elegantiſſimis Catullum ediderunt, mendum illud veterum librorum ope tollere potuerint. Voſſius, quem ſequitur Vulpius, legebat *Aduam morientur ad ipſum*: in antiquo codice legit Scaliger *Taduam portentur ad ipſam*, pro quibus poſuit *apuam porgentur ad ipſam*, *Apuam* interpretatus piſciculum: aliis pro *Apuam* placuit *Capuam*. oppidum porro, cui nunc *Pontremulum* nomen eſt, circa Macrae fontem, *hoc*, inquit Cluverius, *jamdudum viri docti ex ſitu judicarunt eſſe antiquam illam Ligurum Apuam*, *unde Apuani dicti*. num vero Apua Chriſtianis temporibus Pontificem habuerit proprium, fruſtra quaeſivi: nec Harduini aut Manſij Indices ullum Apuanorum Pontificem

ficem cient, qui ſacris uſquam Conciliis interfuerit : nec Scheleſtrates urbem eorum illis adnumerat, quae Pontifices rectores & ſacrorum antiſtites habuerunt.

(1) Apuae in foro.
(2) v. Freſnium in Gloſſar.
(3) Ital. l. 1. c. 19.
(4) lib. 40. c. 41.
(5) Ital. l. 1. c. 9.
(6) Carm. 93. ed. Vulp.
(7) anno 1702.

LXVII. (1)

FERDINANDO· KAROLO
THERESIAE· AVG· F·
IMP· CAES· IOSEPHI· AVG· FRATRI
PRAESIDI· PROVINCIAE· AVSTRIACAE· TRANSPADANAE
PRAEFECTO· NVMERORVM· AVGVSTAE
IN· ITALIA· TENDENTIVM
ET· MARIAE· BEATRICI
RINALDI· F· ATESTINAE
CONIVGI· EIVS
OPTIMIS· IOCVNDISSIMISQVE· PRINCIPIBVS
KAROLVS· HOR· F· ALBANVS
PRAEPOS·SACRAE·DOMVS·COMES·OMNIVM·ITINERVM
AD·MEMORIAM·FAVSTI·FELICIS Q·DIEI· CONSIGNANDAM
QVI· FVIT· III· IDVS· MARTIAS· AN· M· DCC· LXXX·
QVO·DIE·FIDEICOMMISSARIAE·SVBVRBANI·HEREDITATIS
VSVCAPIONEM· AB· HOSPITIO· EORVM
AVSPICATVS· EST

PRaefecto *Numerorum Auguſtae In Italia Tendentium*: ſimilia his, quae in Grutero legimus, (2) *Praepoſito Numerorum Tendentium In Ponto Ab Saro*. nec raro veteres ſcriptores, quum de ordinibus militaribus loquuntur, *Numeros* dicunt. Taciti haec ſunt verba : (3) *Plena urbs exercitu inſolito : multi ad hoc Numeri e Germania ac Britannia*. Plinii vero junioris haec : (4) *Sacramento militari nondum diſtributi in Numeros erant*. militare item verbum eſt *Tendere* : mitto Virgilianum illud *Hic faevus tendebat Achilles* : de Germaniae inferioris legionibus Tacitus : (6) *Quarta ac duodeviceſima legiones iiſdem hibernis Tendentes*. & alio loco : (7) *Iunius Blaeſus Lugdunenſis Galliae rector cum Italica legione & ala Taurina Lugduni Tendentibus*, nec alia hujuſmodi exempla deſunt. *Opti-*

Optimis Iocundiſſimiſque Principibus: Plinius ſenior appoſitum alterum ſuppeditavit: ſic enim Titum Aug. in praefatione praeſtantiſſimi operis ſui compellat: *Licentiore epiſtola narrare conſtitui tibi Iocundiſſime Imperator (ſit enim haec tui praefatio veriſſima, dum Maximi conſeneſcit in patre.*

Comes Omnium Itinerum: in Fulviae Plautillae titulo ſimilia his adnotata reperies: (8) *Filiae L. Fulvii Plautiani V. C. Pontificis Nobiliſſimi Pr. Pr. Neceſſarii Augg. Et Comitis Per Omnes Expeditiones Eorum.*

Fideicommiſſariae . . . . Vſucapionem: Utrumque vocabulum in Digeſtis frequens, alterum ab ipſo etiam Tullio uſurpatum eſt. (9) enimvero in Digeſtis mirum! quantum egregiarum lateat formularum: quas qui ſapiunt περιφρασεις ſemper anteferent.

(1) in ſuburbano Albanor.
(2) p. 1096. n. 6.
(3) Hiſt. l. 1. c. 7.
(4) lib. 10. ep. 38.
(5) Aen. l. 2. v. 29.
(6) Hiſt. l. 1. c. 55.
(7) ibid. c. 59.
(8) Fontan. Ant. Hort. ſuppl. l. 1. c. 3. p. 51. v. etiam Grut. c. 492. n. 8.
(9) l. 1. de leg. c. 21.

LXVIII. (1)

IOANNI· OCTAVIO· BVFFALINO
DOM· TIFERN· TIB·
PRESB· CARDINALI· PONTIF· ANCON·
CVRATORI· OPER· PVBLIC· DATO· A· CLEMENTE· XIIII·
ITERVMQVE· A· PIO· VI· PONTIFF· MAXX·
ORDO· ANCON·
CIVITATE· AB·EO·LEGIBVS· ET·INSTITVTIS·EXCVLTA
VRBE· OPERIBVS· EXORNATA
PORTVS· TRAIANI· MOLE· AD· NOVVM· OSTIVM
PROMISSA
OB· INSIGNEM· ERGA· SINGVLOS· VNIVERSOSQ·
CIVES· CARITATEM
ET· CVM· EXIMIA· ADMINISTRATIONE
SINGVLAREM· ABSTINENTIAM
SIGNIFICATIONEMQVE· CERTAM
CONSTANTIS· VOLVNTATIS
PATRONO· OPTIMO
ANNO· CIↃ· IↃCC· LXXV·

TIfernum in Italia geminum eſt, Tiberinum & Metaurenſe. itaque utrumque in antiquis inſcriptionibus appoſito diſtinctum invenias. (2)

Mo-

Moles Promiſſa, id eſt producta, ut apud Vellejum (3) *Aqua Iulia Promiſſa*: eadem fortaſſe ineſt ſententia in Puteolana Antonini Pii inſcriptione: (4) *Opus Pilarum Vi Maris Conlapſum A Divo Patre Suo Promiſſum Reſtituit*; quemadmodum Martorellius contendit; (5) cui plane aſſentirer., ſi ita ſcriptum eſſet, *Opus Pilarum A Divo Patre Suo Promiſſum, Vi Maris Conlapſum Reſtituit*.

(1) Anconae in Curia. p. 399. n. 291. (4) Grut. p. 163. n. 9.
(2) Grut. p. 494. n. 5. Fabr. (3) l. 2. c. 81. (5) Thec. Cal. p. 543.

LXVIIII. (1)

IOANNI· OCTAVIO· MARCI· FILIO· MANCINFORTI
ARCHIEP· THEODOSIAE
NICOLAI· EPISC· ANCON· PATRVI· OPTIMI
SECTATORI
LEGATIONIBVS· MELITENSI· ET· FLORENTINA
PERFVNCTO
CVRATORI· RIPARVM· ET· ALVEI· TIBERIS
PRAEPOSITO· SACRI· PALATII
OMNIBVS· HONORIBVS· E· RE· PVBLICA· GESTIS
INTER· PATRES· CARDINALES· ADLECTO
A· PIO· VI· PONTIFICE· MAXIMO
ORDO· ANCONITANVS
OB· ADLATVM· AB· EO· PRIMVM· IN· PATRIAM
SACRAE· PVRPVRAE· DECVS
HONOREMQVE· DECRETI· PATRONATVS
PIENTISSIMO· STVDIO· SVSCEPTVM
CIVI· MAXIMO
ET· PATRONO· MERENTI

LAetitiam clariſſimae urbis feſtoſque dies cogitanti, quos Ordo Anconitanus ob novos praeſtantiſſimi civis ſui honores acturus erat, Tullii locus venit in mentem, haec de Atinatibus commemorantis: (2) *Quum hujus ornatiſſimi atque optimi Viri Cn. Saturnini patrem Aedilem, quum Praetorem viderunt, quod primus ille non modo in eam familiam, ſed etiam in Praefecturam illam, ſellam curulem attuliſſet; mirandum in modum laetati ſunt*. res vero mihi etiam digna viſa eſt, quae in titulo enunciaretur, primum eum Anconitanorum in Collegium Cardinalium perveniſſe; nam ex Ariſtotelis praeſcripto (3) in clarorum virorum laudibus χρησεον και

των αυξητικων πολλοις· οιον η μορος, η πρωτος, η μιαν ολιγων, η και ο'μιλικα, πεποιηκεν.

nam quod minus ex dignitate ſplendidiſſimae civitatis factum quis ducat, ut ejuſmodi honores ſero ſuis delatos ipſa fateatur; equidem id quoque magna in laude ponendum exiſtimo, primarios illos cives ſingulari veritatis ſtudio officium praeſtitiſſe ſuum, publicoque teſtimonio profeſſos eſſe, quod alii ſilentio praetermittendum putaſſent.

(1) Anconae in Curia. (2) pro Planc. c. 8. (3) Rhet. l. 1. c. 9. n. 172.

LXX. (1)

LEONARDO· PHIL· F· ANTONELLIO
PRIMO· INTER· PATRES· CARDINALES
A· PIO· VI· PONT· MAX·
HONORIS· CAVSSA· ADLECTO
QVVM· AGERET· AETATIS· AN· XXXV·
PRAEF· SACRI· CONSILI
CHRISTIANO· NOMINI· PROPAGANDO
ANGELVS· ET· BERNARDINVS· COMITES
FRATRI· MERENTI
CVIVS· AVCTORITATE· ET· GRATIA
RESCRIPTVM· A· PONTIFICE· MAXIMO
TVLERE· IN· EA· VERBA
Q· I· S· S·
INDVLGENTIA· PII· VI· PONT· MAX·
FESTO· QVOQVE· ANNI· DIE
PROFESTOQVE· SABBATO
HANCCE· AEDEM· RITE
QVI· VISERINT· CIVES· HOSPITESVE
II· PIACVLO· OMNI
ET· STATIS· ADMISSORVM· POENIS
EXSOLVVNTOR

Q*uum Ageret* . . . . ſic apud Fabrettum leges, (2) *Honorato Equo Publico Ab Imp. Antonino Aug. Cum Ageret Aetatis Annum V.*

Chriſtiano Nomini: haec vero ſic accipe, uti apud Livium ſonat *Latinum Nomen*, (3) cui nempe nil aliud eſt, quam res publica populuſve ſive natio Latinorum. quin & Varro eodem modo loquutus: (4) *Gentis Salentinae Nomen tribus e locis fertur coaluiſſe, e Creta, Illyrico, Italia.*

FRANC.

(1) in aede ruſt. agri Senogall. (2) p. 460. n. 87. (3) l. 1. c. 50. l. 2. c. 41. &c. (3) Fragm. l. 3. Antiq. Rer. Hum. & Priſc. l. 9.

LXXI.

(1)

FRANC· XAVERIO· ZELADAE
CARDINALI
BIBLIOTHEC· S· ECCLES· ROM·
SVMMIS· REI· CHRISTIANAE· HONORIBVS
ET· MVNERIBVS
IN· EXEMPLVM· FVNGENTI
QVOD· SVPER· CETERAS· CVRATIONES
COLLEGII· NOSTRI· PATRONATVM
PRIMVS· SVSCEPERIT
ORDO· SVPREMVS· CANONICORVM
ANTISTITI
INDVLGENTISSIMO
ANNO
M· DCC· LXXXIII·

IN *exemplum*: id eſt ea praeſtantia, ut ipſum maxime imitari poſteritas debeat. ſic apud Gruterum, (2) *Parentibus In Exemplum Piiſſimis*: & apud Vellejum, (3) *Adoleſcens in omnium virtutum exempla genitus*: idem porro & illud Gruterianum *Curatori Maximi Exempli*, (4) & alia hujuſmodi. (5)

Quod Super Ceteras: ſic in Puteolana inſcriptione, (6) *Quod Supra Caetera Beneficia Ad Hujus Etiam Tutelam Portus* . . . . .

Patronatum: ſcilicet Patroni officium & partes. in veteri decreto apud Muratorium leges: (7) *Libenter Suſcipiat Collegi Noſtri Patronatum*. idem porro munus interdum *Patronalem Honorem* appellavere. (8)

Ordo Canonicorum: non Decuriones ſolum, ſed alia etiam Corpora *Ordo* appellata: *Ordo Sacerdotum*, (9) *& Ordo Adlectorum* ſcenicorum occurrunt apud Gruterum: *Ordo Auguſtalium Martanorum* apud Donium: (11) *Ordo Lictorum III. Decuriarum Coſ.* apud Reineſium. (12)

M HO-

(1) Tuſcanae in Sacrar. Templ. Max.
(2) p. 388. n. 2.
(3) lib. 2. c. 116.
(4) p. 457. n. 6.
(5) Grut. p. 428. n. 1. &c.
(6) Pratill. V. A. l. 2. c. 8.
(7)
(8) Grut. p. 1101. n. 1.
(9) p. 302. n. 2.
(10) p. 1089. n. 6.
(11) Cl. 9. n. 31.
(12) Cl. 1. n. 19.

(1)

HONORI
ALOISI· AMICI· V· C·
CANON· ET· PER· INTERREGNVM
VICE· SACRA· ANTISTITIS
PONTIFICATVM· CAMERTIVM
AB· CLEMENTE· XIII· PONT· MAX·
FLORENTI· AETATE· ADEPTI
OPTIME· IN· DIES· DE· PATRIA· MERENTIS
CVIVS· LIBERALITATE
PARCIMONIAQ· SVMPTVVM. PRIVATORVM
AEDES· PONTIFICALES
OPERIBVS· AMPLIATIS· EXCVLTAE
CENSVSQVE· VETVS
IN· SVCCESSORVM· COMMODA· AVCTVS
TEMPLVM· MAXIMVM
IN· NOVAM· SPLENDIDIOREMQ· FORMAM
CIVIVM· STVDIIS· EXEMPLO· CONIVNCTIS
EXORNATVM· EST
AERVMNOSAE· PLEBIS· INOPIA
QVOTIDIE· SVSTENTATVR
ORBI· LIBERI· ALVNTVR
COLLEGIVM· CANONICORVM
PONTIFICI· PRAESTANTISSIMO
OB· MERITA· EIVS
ANNO· M· DCC· LXXXII·

PEr *Interregnum* : verborum quorundam ſignificationem uſus ipſe mollire ſolet, ut varia ſaepe ſententia recte uſurpentur. itaque quum *Regnare* Regum ſit, privati tamen *in foro regnare* dicti ſunt, & *Regnum* etiam domus interdum aut villa privati hominis appellata eſt. porro & *Interregnum* quum tempus primo diceretur, quo regnum rege vacat, factum deinde eſt, ut eodem nomine tempus id deſigna-retur, quo nullos reſpublica Conſules haberet, quorum loco Interrex creabatur quo-

quo pertinent Tullianae illae formulae *Rem adduci ad Interregnum*, *Rem ad Interregnum non venire*. (2) ob eam rem ſpatium quoque illud temporis, quod a Pontificis alicujus morte ad novi creationem interfluit, eodem modo *Interregnum* dici recte poſſe viſum eſt.

Pontifici Praeſtantiſſimo: quidni, inquis, *Pontificis*? nam meminiſſe debebas, initium inſcriptioni a te factum hujuſmodi: *Honori Aloiſi* · · · ita plane: at cur in antiqua Inſcriptione Veronenſi ſcriptum eſt, (3) *Honori M· Gavi M· F· Pob. Squilliani* · · · · · · *Curatori Vicetinor.* ſcribendum enim eadem de cauſſa fuit *Curatoris*. alia hujuſmodi exempla habes in libro de ſtilo Inſcriptionum, (4) ubi ejus quoque *συνταξεως* rationem expoſui.

Enimvero monumentum inſigne omnino ac ſumptuoſum cum inſcriptione Canonici Camertes clariſſimi viri dedicaturi jam erant, quum eos Pontificis ſui juſſa a propoſito revocarunt: quod ſilentio praetermittendum non fuit, ut egregiae eorum voluntatis ſingularisque ſtudii memoria aliqua poſteris relinqueretur.

(1) Camegini in Sacrar. Templ. Max. ligenda erat. (2) ad Att. lib. 7. ep. 4. l. 9. ep. 9. (3) Maff. M. V. p. 116. n. 2. (4) p. 66.

LXXIII. (1)

M E M O R I A E
HIERONYMI· VALLEMANI· V· C·
IOSEPHI· CARDINALIS· PATRVI
PROTON· APOST·
CANONICI· PRIORIS
CLEMENTIS· X· PONT· MAX· CVBICVLARI
QVI· IN· EPISCOPATV· EIVSDEM
REI· PVBLICAE· CAVSSA· ABSENTIS
VICARIO· MVNERE· IN· PATRIA· SVA· ANNOS· XXX·
SANCTE· ET· IN· EXEMPLVM· PERFVNCTVS
IDEM· MVLTORVM· BONO
AB· ANNO· M· DC· XXII· CANONICIS
SANCTI· NICOLAI· MAGNI
PRAEFVIT· ANNOS· XXXX·
COLLEGIVM· CANONICORVM
ANTISTITI· INCOMPARABILI

C *Lariſſimos* olim vocatos conſtat, qui primi dignitate haberentur. *Clariſſimi Conſules* dixit Plinius junior (2) conſules appellans. *Clariſſimi* item ſenatores

passim audiebant, quod nempe ex primo reipublicae ordine essent. idcirco apte, opinor, quicumque patricia nobilitate esse ferantur, eodem modo maxime apud suos *Viri Clarissimi* nuncupentur, quum primum in civitate gradum obtineant. nam & vocem illam Latini plerumque ad nobilitatem referebant: *Clarissimae vetereſque familiae* Velleii est: (3) *Clarus genere & factis*, Livii; (4) *Homo domi suae Clarus & nobilis* Tullii: (5) item similia aliorum multa.

(1) Fabriani in porticu Aedis S. Nicolai.
(2) lib. 7. ep. 33.
(3) l. 2. c. 127.
(4) l. 9. c. 7.
(5) Vert. l. 5. c. 42.

LXXIIII. (1)

HONORI
NICOLAI. VALLEMANI. V. C.
IOSEPHI. CARD. FRATRIS
PROTONOT. APOST.
DE. COLLEGIO. CANONICORVM. TEMPLQ.
S. NICOLAI. MAGNI
COLLEGIS. SVPRA. NVMERVM. ADLECTIS
DITIONISQVE. IVRE
AC. VECTIGALIBVS. VINDICATIS
OPTIME. MERITI
QVI. REI. ETIAM. FAMILIARIS. SVAE
SVBSTANTIAM. OMNEM
VSV. MANCIPIOQVE. ISDEM
DARI. DEFERRI
TESTAMENTO. IVSSIT
COLLEGIVM. CANONICORVM
ANTISTITI. MVNIFICENTISSIMO

Vectigalia appellati interdum ipsi reditus Collegiorum. ut apud Gruterum: (2) *Decuria Sacerdotum Bidentalium Reciperatis Vectigalibus*. nec mirum; quum & privati hominis reditus *Vectigal* dixerit Tullius. (3) *Substantiam omnem*: in veteri inscriptione leges, (4) *Qui Vniversam Substantiam Suam Ad Rem Publicam Pertinere voluit*. Paullus vero jurisconsultus sic loquutus est: (5) *Potior esse debet non solum gradu generis, sed & substantia rei familiaris.*

IOAN.

(1) Fabriani in postico aedis S. Nicolai.
(2) p. 96. n. 6.
(3) Parad. 6. c. 3.
(4) Grut. p. 367. n. 5.
(5) l. 2. sententt. tit. 25.

LXXV. (1)

IOAN· LVCAE· IOS· F· PALLAVICINO
PATRICIA· NOBILITATE
DOMO· GENVA· INCOLAE· BONONIEN·
COMITI· AEGVSA· LILYB· DOMINANTI
PRAEP· PROV· AVSTR· TRANSPAD·
IN· EXERCITV· AVGG·
DVCTORI· ORDINVM
SVMMO· MAGISTRO· MILITIAE· VTRIVSQ·
IOSEPHVS·FILIVS·ET·MARIA·FAVA·VXSOR
OB·BIBLIOTHECAM·DOMI·CONSTITVTAM
ET·SIBI·HEREDIBVSQVE·TRANSMISSAM
EDVCATORI· POSTERITATIS
AN· M· DCC· LXXXII·

Patricia Nobilitate: de socero suo Tacitus ita scripsit: (2) *Cn. Iulius Agricola vetere & illustri Forojulienſium colonia ortus utrumque avum procuratorem Caeſarum habuit: quae Equeſtris Nobilitas eſt*. ergo & mihi scribere licuit *Patricia Nobilitate*: atque id magis ad Latinam consuetudinem, quod quamdiu Romae magistratus penes Patricios fuere, soli Patricii in *Nobilium* numero censeri poterant: quodque ea nunc appellatio iis maxime convenit, quorum nutu res publica geritur, & quibus unis Magistratus mandantur.

Aeguſa Lilybaei Dominanti: Tacitus non semel pro Principe *Dominantem* dixit: (3) notae vero illae Virgilii formulae, (4) *Vilis Dominabitur Argis* & (5) *Longa Dominabitur Alba*. verbo hujusmodi prope opus erat, quod duo haec *Comiti* & *Aeguſae* ex Latinorum more sola conjungi vix possent.

Summo Magiſtro Militiae Vtriuſque: formulam hanc inscriptiones apud Gruterum plures exhibent, (6) quae tamen Theodosii senioris temporibus antiquiores non videntur. sed ipsum vocabulum *Magiſter* militare & castrense jamdiu habebatur: *Magiſtrique Equitum* Dictatores vetustate aequabant. itaque pro duce Virgilius etiam *Magiſtrum* dixit: (7)

Tercentum, ſcutati omnes, Volſcente Magiſtro.

ſummus autem hoc loco appellandus erat, qui ceteris Ducibus dignitate praestiterit, quorum nostra aetate plures sint gradus, nec par omnium honor.

Educatori Poſteritatis: pueritiae Neronis *Educator* dicitur a Tacito (8) Annicetus libertus. jam vulgata quidem illa Varronis sunt verba apud Nonium, (9) *Educit obſte-*

ſtetrix, *Educat nutrix*, *inſtituit paedagogus*: ſed tamen uſu ipſo Scriptores Latini iſtam Grammaticorum ſubtilitatem poſthabuerunt, & *Educare* pro *Inſtituere* quam ſaepiſſime uſurparunt. Tullii dictiones ſunt, *Homo in Fecialium manibus Educatus*, (10) *Homo ingenuus & liberaliter Educatus*, (11) *Inſtitutus liberaliter Educatione doctrinaque puerili*: (12) & apud Hirtium leges, (13) *Diſciplinis regiis Educatus*, apud Quintilianum, (14) *Si mihi tradatur Educandus orator*, hiſque ſimilia apud alios occurrent.

(1) Bononiae in biblioth. priv.
(2) in Agric. n. 4.
(3) Ann. l. 14. c. 56. Hiſt. l. 4. c. 74.
(4) Aen. l. 1. v. 285.
(5) Aen. l. 6. v. 766.
(6) p. 1076. n. 2. &c.
(7) Aen. l. 9. v. 370.
(8) Ann. l. 14. c. 3.
(9) cap. 5. n. 105.
(10) Verr. 7. c. 19.
(11) de or. l. 1. c. 31.
(12) de or. l. 3. c. 31.
(13) de B. Alex. c. ult.
(14) lib. 1. in prooem.

LXXVI. (1)

FABIO· TITI· F. AVRELIANO
VIRO· CLARISSIMO
OMNIBVS· HONORIBVS
NITIDE· FVNCTO
CVRATORI· MAXIMI· EXEMPLI
QVOD· AERARIO· REI· PVB.
OB· ANNONAE· CARITATEM· EXHAVSTO
IPSE· FRVMENTI· AERE SVO· COMPARANDI
CVRA· SVSCEPTA
AMPLIVS· TRES· MENSES
PIENTISSIMO· MVNIFICENTIAE· STVDIO
PLEBEM· ALVERIT
MVNICIPIVMQVE· VNIVERSVM
EX· SVMMIS· DIFFICVLTATIBVS
EXPEDIERIT
ORDO· ET· POPVLVS
PATRONO

ORdo Et Populus: veteres quoque nomen urbis ſaepe omittebant, quod locus ipſe, ubi ſtatua poſita eſſet, & incolis & hoſpitibus ſatis indicabat. itaque in antiquis inſcriptionibus legimus, *Ordo Decurionum & Populus*, (2) *Decuriones Et Plebs Vniverſa*, (3) *Municipium*, (4) & alia hujuſmodi, nullo civitatis gentiſque indicio.

CLAV-

(1) ſicti nominis.
(2) Maff. M.V. p. 354. n. 6.
(3) Murat. p. 1122. n. 4.
(4) Fabr. p. 57. n. 324.

LXXVII. (1)

CLAVDIO· MARCI· F· BALBO
PRAEFECTO
CLASSIS· ET· ORAE· MARITIMAE
ADSERTORI
PVBLICAE· SECVRITATIS
CIVITATES· PICENI
QVOD· EIVS· VIRTVTE· AC· VIGILANTIA
NICO· ARCHIPIRATA· INTERFECTVS
ET· SEPTEM· PRAEDONVM· NAVES
DEPRESSAE· AVT· CAPTAE· SINT
DEDIC· IDIB· OCTOBR.
ANNO· M· DCC· LXXV.

Civitates Piceni: eodem modo veteres, enumeratione omiſſa, urbes generatim unius aut plurium provinciarum enunciare ſolebant. eorum enim hae ſunt formulae: *Civitates Liburniae*, (2) *Tres Provinciae Galliae*, (3) *Commune Aſiae* (+). ceterum & nomina urbium & ſimulacra ipſa aliquando adjecta, ut in baſi ſtatuae, quae Romae in foro a Civitatibus Aſiae poſita Tiberio eſt, cujus liberalitate reſtitutae fuerant: qua de re legito, quae in opere de ſtilo inſcriptionum adnotavimus. (5)

(1) ficti nominis.
(2) Calog. N. R. t. V. p. 30.
(3) Maff. M. V. p. 417. n. 2.
(4) Vaill. t. 2. p. 46.
(5) lib. 1. ad inſcr. 428.

LXXVIII. (1)

IAC· ANTONIO· BASSANO
RESTITVTORI· POLITIORIS· HVMANITATIS
COLLEGIVM
DOCTORVM· PATAVINORVM
QVIBVS· EX· S. C. COIRE· LICET

EXtremus verſus antiqua formula eſt, (2) quam veteres addebant, ut ſignificarent, Corpus ſive Collegium optimo jure eſſe conſtitutum: quibus enim coire publica auctoritate non licebat, eorum nullum erat Collegium, & quae his legata eſſent, non debebantur. (3)

FRAN-

(1) ficti argumenti.
(2) Grut. p. 391. n. 1.
(3) L. 20. D. de reb. dub.

LXXII II. (1)

FRANCISCO· MARIAE
ANDR· F· CAVAZONIO· ZANOTTO
CIVI· BONONIENSI
DOCTORI·DECVRIALI·DISCIPLINAE·MORVM·TRADENDAE
SVMMO· SCRIBAE·AB·ACTIS·INSTITVTI· MARSILIANI
PRAESIDI· EIVSDEM
POETAE· ORATORI· PHILOSOPHO
QVOD· NOMINIS· BONONIENSIS· GLORIAM
DOCTRINAE· SVAE· LAVDE· AVCTAM
LITTERARVM· ETIAM· MONVMENTIS
POSTERITATI· PROPAGARIT
AMICI· VETERES· ET· COLLEGAE
ET· AVDITORES
AVCTORI
STVDIORVM· OPTIMORVM
ANNO· M· DCC· LXXVIII·

D*Octori Decuriali*: sic appellandos magistros censeo, qui fere *Publici* vocantur, quod e collegio sint; *Decuriales* enim sunt, qui in Decuriam aliquam adscripti. *Decurialis Decuriae Iuliae* (2) *Decurialis Lictor* (3) *Decurialis Negotiator* (4) *Scriba Decuriae Aedilitiae Majoris* (5) & similia veterum formulae sunt.

(1) Bononiam missa.
(2) Grut. p. 36. n. 6.
(3) ibid. p. 391. n. 1.
(4) Fabr. p. 86. n. 157.
(5) ibid. p. 458. n. 78.

§. II.

§. II.

INSCRIPTIONES HONORI ILLVSTRIVM FEMINARVM DICATAE

LXXX. (1)

FLAVIAE· BALBINAE
VIRGINI· MAXIMAE
HONORE· PRAEFECTVRAE· ANNOS· X·
SANCTE· ADMINISTRATO
COLLEGIVM· SORORVM
AVGVSTINIANARVM
POST· MORTEM
MAGISTRAE· VIRTVTVM· OMNIVM
PERMISSV· PONTIFICIS

Virgini Maximae: ſic veteres appellabant, quae Veſtalibus praeerat, ut ſaepe inſcriptiones nos edocent, in quibus illa occurrunt V. V. MAX. (2) id eſt *Virgini Veſtali Maximae*. eam appellationem ab aetate ductam plerique omnes arbitrantur, quod Tacitus (3) *Vibidiam Virginum Veſtalium vetuſtiſſimam* memoret, & Ovidius canat, (4)

Igne cremat vitulos quae natu maxima Virgo.

ſed alia, opinor, erat *Maxima*, alia natu maxima ſive vetuſtiſſima: quaedam enim, exactis miniſterii ſui annis triginta, quum nubere poſſent, a ſacris tamen non diſcedebant, ut Occia illa apud Tacitum, (5) *quae ſeptem & quinquaginta per annos ſumma ſanctimonia Veſtalibus ſacris praefederat*: quam propterea vetuſtiſſimam Veſtalium fuiſſe recte dixeris. at fuiſſe inter eas, quae *Maxima* diceretur ob dignitatem, quum aetate floreret, declarat *Corneliae Maximae Veſtalis* judicium ſub Domitiano, quae inceſti damnata eſt, (6) & more veteri defoſſa ac neeata. nec vero mirum videri debet, quum & inter Pontifices, qui ceteris praeerat, non ab aetate, ſed ab auctoritate *Pontifex Maximus* dictus ſit.

Poſt Mortem: haec eadem leges apud Gruterum (7) in Dentriae Polliae civis Aquinatis titulo: qua formula veteres illud ſignificare volebant, ſe in ſtatuae honore decernendo virtutis rationem habuiſſe, non gratiae.

(1) ficti nominis.
(2) v. Lipſ. de Veſt. c. 15.
(3) Ann. l. 11. c. 32.
(4) Faſt. l. 4. v. 641.
(5) Ann. l. 2. c. 86. v. etiam Grut. p. 311. n. 2.
(6) Plin. l. 4. ep. 11. Suet. in Dom. c. 8.
(7) p. 321. n. 4.

LXXXI. (1)

CLARAE· MARIAE· SPINVCCIAE
COMITI· LVSATIAE
QVAE· ANNO· M· DCC· LXIIII·
SERENISS· XAVERI· AVGVSTI· SAXONICI
REGALI· CONIVGIO· DIGNATA
VIRTVTE· PROMERVIT
VT· TERTIO· DECIMO· POST· ANNO
PRIDIE· IDVS· AVG·
OMNIA· IVSTAE· VXORIS· IVRA· ATQVE· INSIGNIA
SIBI· AB· REGIO· CONIVGE· IMPERTIRENTVR
IOSEPHVS· SPINVCCIVS· COMES
FILIAE· RARISSIMAE
QVOD
SPINVCCIAM· GENTEM· TANTAE· STIRPI
INSERVERIT

Sereniſſimo : Primus, opinor, Martialis Principem appellavit *Serenum* Iovem; (2) in veteri autem epigrammate, Theodoſii Magni aetate ſcripto & in baſi obeliſci Conſtantinopolitani inciſo, legimus: (3)

Difficilis quondam Dominis parere Serenis.

in Codice demum invenies, (4) *Etſi non Sereniſſimo Principi ſupplicaverint*. quare non ultimi Latinorum hanc appellationem in conſuetudinem induxiſſe mihi videntur.

Tantae Stirpi: Latini ſaepe *Stirpem* de propagine uſurparunt, Virgilius in primis, cujus illa ſunt: (5)

Filius, anne aliquis magna de Stirpe nepotum?

Iuſtinus: (6) *Nec ceſſaſſe, quoad omnem Stirpem regiae ſobolis deleret*. omnino recte; quippe Stirps non ſolum truncum, ſed etiam ramum ſignificat. (7)

LV-

(1) Firmi in aedibus Spinucciorum.
(2) lib. 5. ep. 6. &c.
(3) Grut. p. 185. n. 7.
(4) L. 23. de Nupt.
(5) Aen. l. 6. v. 865.
(6) lib. 16. c. 1.
(7) v. Colum. l. 3. c. 5.

LXXXII. (1)

LVCILLAE· FAVSTI· F· VERIANAE· C· F·
VXORI
PAVLLI· GENTIANI· EQVITIS· TORQVATI
QVAE· REI· PVBLICAE
IN· ALIMENTA· PVERORVM· ET· PVELLARVM
PLEBIS· VRBANAE
SCVTAT· ∞ ∞ ∞· D· N· TESTAM· LEGAVIT
TREBVLANI· MVTVSCAEI
MATRI· PATRIAE
DEC· DEC·

SCutatos *nummos* ne repudies: veteres quoque a figuris, quas referebant, nummos ſuos appellavere *Bigatos*, *Quadrigatos*, *Victoriatos*. (2)

Mater Patriae in veteri nummo dicta eſt Livia Auguſti. (3) *Matri Coloniae*, *Matri Numeri Noſtri* (5) habent veteres inſcriptiones.

(1) ficti nominis. (3) Vaill. t. 1. p. 2. (4) Grut. p. 1088. n. 15.
(2) Plin. H. N. l. 33. c. 3. &c. (5) Gor. Inſcr. t. 2. p. 208.

LXXXIII. (1)

SABINAE· M· F· VRGVLANIAE
MATRI· D· N·
VALERII· FLAVIANI
OPTIMI· PRINCIPIS
PATRONAE· MERENTI
ORDO· ET· POPVLVS· ARICINVS
QVOD· LIBERALITATE· EIVS
VIAE· OMNES· INTRA· POMOERIVM
MVNITAE· SINT

POmoerium veteris ſuperſtitionis vocabulum videri poſſit, quod nempe eſſe dicatur, ut Gellius, ait, (2) *locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auſpicii*. ceterum ſi vocem ipſam conſideres, profani videas ineſſe nihil. *Hoc ſpatium*, inquit Livius, (3) *quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, Pomoerium Romani appellarunt*. & Varro, (4) *Principium, quod erat poſt murum Pomoerium dictum*; qui & eodem uſus vocabulo eſt ad ſignificandam contractiorem ſcribendi rationem: (5) *Video qui de Agricultura ſcripſerunt, latius vagatos, quam oportuerit. ego vero, inquit Stolo, eos non in omni re imitandos arbitror, & eo melius feciſſe quoſdam, qui minore Pomoerio finierunt.*

(1) ficti nominis. (3) lib. 1. c. 44. (4) de L. L. l. 4. c. 32.
(2) N. A. l. 13. c. 14. (5) de R. R. l. 1. c. 2.

LXXXIIII. (1)

TERENTIAE. FAVSTI. F. NORBANAE
CLARISSIMAE. FEMINAE
NEPTI
M. OCTAVI. NORBANI. IIII. VIRI. I. D.
CONSTITVTORIS. COLLEGI. N.
QVOD
MVNIFICENTIA. ET. LIBERALITATE
EXEMPLA. MAIORVM
SVPERGRESSA
AEDEM. MARIANAM. VETVSTATE
CORRVPTAM
CVM. OMNI. ORNAMENTO
A. SOLO
SVA. IMPENSA
RESTITVERIT
MAGISTRI. ET. SODALES. MARIANI
AERE. COLLATO

Conſtitutoris ; ſic apud Maſſejum leges , (2) *T. Flavio Aug. Lib. Trophimo Conſtitutori Collegi Numinis Dominorum Quod Eſt Sup Templo Divi Claudi*. eſt autem *Conſtitutor* idem atque auctor conditorque , ut altera apud Gruterum inſcriptio confirmat , (4) quam Puteolani Antonino Pio poſuerunt *Conſtitutori Sacri Certaminis Iſelaſtici*.

Supergreſſa : Similia illa apud Quintilianum de uxore (4) *optima atque laudem omnem ſupergreſſa* : & apud Tacitum de Sabinae Poppaeae Matre , (5) *aetatis ſuae feminas pulcritudine ſupergreſſa*. ſequioris contra aevi ea ſunt , quae veteres habent lapides : (6) *Veterum Principum Clementiam Sanctitudinem Munificentiam Supergreſſo* : & alia hujuſmodi.

(1) ficti nominis.
(2) M.V. p. 96. c. 7.
(3) p. 254. n. 4.
(4) l. 5. in proem.
(5) Ann. l. 13. c. 45.
(6) Grut. p. 286. n. 5.

CAPVT III.

EPITAPHIA

§. I.

EPITAPHIA VIRORVM

LXXXV. (1)

MEMORIAE
LVDOVICI· ALEX· F· VALENTI
VIRI· EMINENTISSIMI· DOMO· TREBIA
COMITIS· RIVOSICCENSIVM
SECTATORIS· MAIORVM· SVORVM
DE· VETERI· PATRIA· ET· DE· NOVIS· CIVIBVS
VRBIVENTANIS· ET· SPOLETINIS
OPTIME· MERITI
QVEM· CLEMENS· XIII· PONT· MAX·
VRBANIS· HONORIBVS
NAVITER· SANCTEQVE· DEFVNCTVM
MAGNO· REI· PVBLICAE· BONO
PONTIFICEM· ARIMINENSIBVS· DEDIT
ET· IN· PATRVM· CARDINALIVM· COLLEGIVM
COOPTAVIT
PIVS· VIXIT· ANN· LXVIII· M· V· D· XXII·
IVSTITIA· COMITATE· BENEFICENTIA
CARVS· OMNIBVS
ELATVS· EST· ROMAE· FVNERE· PVBLICO
ET· AD· TEMPLVM· SESSORIANVM
SEDEM· TITVLI· SVI· CONDITVS
XII· K· NOV· ANNO· M· DCC· LXIII·
LAELIVS· IOS· F· VALENTIVS· COMES
SOBRINO
STIRPIS· SVAE· POSTREMO
B· M· F·

CComes *Rivoſiccenſium*: non haec Auguſti aevum ſapere contendo: quo tempore *Comites* dicti Cuſtodes, rectoreſque adoleſcentium primariorum, atque ii etiam, qui

Prin-

Principem in expeditionibus comitari & tueri ſolebant; item ii, quos ſecum Praetores Proconſulesque in provincias educebant. ſed tamen latine etiamtum loquebantur, quum praefides plerique, & negotiorum publicorum curatores paſſim *Comites* dici coepti: de quibus Pancirolius tibi & Gotifredius legendi ſunt.

Sedem Tituli Sui: auctoritatis nempe atque nominis. ſcio multas de appellationis illius origine quaeſtiones olim eſſe inſtitutas, quas ego non dirimam. ſatis nunc mihi, ſi ea formula Latinis adnumerari poſſit: quod alio loco oſtendi. (2)

Sobrino: id eſt e patruele fratre patris mei nato: ſic enim Cajus jurisconſultus: (3) *Item qui ex fratribus patruelibus aut conſobrinis aut amitinis undique propagantur, qui proprie Sobrini vocantur*. porro quum multae in clariſſima Valentiorum gente familiae ſint, ipſa haec primaria ſtirpem emiſerat novam, cujus ultimus hic fuit, cujus cenotaphium perſcripſimus.

(1) Cametini in factario Valentiorum. (2) de St. inſcr. p. 519. (3) l. 1. D. de grad. & adf. LXXXVI.

(1)

IOANNI· BERNARDINI· F· POTENTIANO· V· C·
DOMO· REATE· PRAEF· TIFERNATIVM· TIBER·
PRAEF· AESINAT·PRAEF·CAMERT·PRAEF· LAVRETAN·
SVMMO· MAGISTRO· COLLEGII· SANCTI· SPIRITVS
MAGISTRO·ADMISSIONVM·CLEMENTIS·XIIII·P·M·
PRAEFECTO·VRBIS· PER· INTERREGNVM
CVNCTIS· SVFFRAGIIS· PATRVM· CARDINALIVM·FACTO
ET· REFECTO· A· PIO· VI· PONT· MAX·
PRAESIDI· PROVIDENTISSIMO
ET· CVM· SVMMA· BENIGNITATE· IVSTISSIMO
QVI· VIX· ANN· LXI· M· VI· D· IIII·
DECESSIT· IN· MAGISTRATV
XI· KAL· DECEMBR· ANNO· SACRO· M· DCC· LXXV·
PROXIMVS· FASTIGIO· HONORVM
FECERVNT· FRANCISCVS· EQVES· MELITENSIS
PRAEPOS·PRAESIDIAR·CASTR·VRBAN·FRATRI·KARISSIMO
ET· ANTONIVS· MARCHIO· PATRVO· BENEMERENTI
PIETATIS· CAVSSA

Domo Reate: ſunt, quibus ob illam Modeſtini jurisconſulti ſententiam, (2) *Roma communis noſtra Patria eſt*, mendoſe nunc *Domus* pro Patria uſurpari videatur: quippe in hac tanta rerum converſione nullus, inquiunt, populus praeter Ro-

Romanum urbem Romam pro Patria nunc habet. atqui Virgilius, quum res attingeret eorum temporum, quibus Roma nuſquam erat, cecinit tamen, (3) *Maeonia generoſe Domo*; & *Qui Caerete Domo*. (4) contraque in Romana inſcriptione legimus, (5) *L. Aelius M. F. M. Nep. Quir. Rectus Domo Roma*: ut ipſam illam communem patriam ab iis, qui in ea nati eſſent, eodem, quo reliquas urbes, nomine appellari potuiſſe intelligamus. hic vero quum de viro agatur, qui Romae diu non ſolum verſatus ſit, ſed magiſtratibus etiam & curationibus ſit functus, vides, opinor, ex eorum quoque ſententia, qui *Domum* minus eſſe quam *Patriam* putant, non ſine aliqua ratione ſcriptum eſſe *Domo Reate*, quod Roma illius quaſi patria haberi poſſit.

Summo Magiſtro: non aliter quandoque antiquis in titulis poteſtas eorum expreſſa eſt, qui rebus gerendis praepoſiti adminiſtros curatoreſque habent, qui nihil, niſi ex eorum ſententia & auctoritate obire poſſint. itaque apud Fabrettum leges, (6) *Summo Magiſtro Septaquis*, apud Gruterum (7) *Summus Curator Civium Romanorum Provinc. Lug.* & (8) *Summus Magiſter Anni Primi*.

Magiſtro Admiſſionum: vetus formula eſt ad eum deſignandum, qui Principem adeuntes in cubiculum ejus deducit: de qua fuſius a Torgio actum eſt. (9) *Officium Admiſſionis* Svetonius memorat: (10) at in Vopiſco nomen hoc idem habemus: ait enim (11) *Ex libris Acholii, qui Magiſter Admiſſionum Valeriani Principis fuit*. in Ammiano etiam (12) leges, *Per Admiſſionum Magiſtrum qui mos eſt honoratior, accito eodem*. ceteri id genus miniſtri, qui huic ſuberant, *Admiſſionales* appellati. (13)

Pietatis cauſſa: adjectum id, ut conſtaret, qui monumentum fecerunt, ſponte, non ex teſtamento, idque impenſa ſua feciſſe. eadem tibi formula in Fabrettina inſcriptione occurret: (14) quam veteres ea etiam de cauſſa quandoque addidiſſe videntur, ut ſibi caverent, ne quis eos pro herede ſe geſſiſſe contenderet. id enim, opinor, ex Vlpiani verbis apparet: (15) *Et ideo ſolent teſtari liberi, qui neceſſarii exiſtunt, non animo heredis ſe gerere, quae gerunt, ſed aut pietatis aut cuſtodiae cauſſa, aut pro ſuo. ut, puta, patrem ſepelivit, vel juſta ei fecit: Si animo heredis, pro herede geſſit; enimvero ſi pietatis cauſſa hoc fecit, non videtur pro herede geſſiſſe.*

CI-

(1) Romae in aede Gallorum.
(2) L. 33. D. ad Munic.
(3) Aen. l. 10. v. 141.
(4) ibid. v. 183.
(5) Maff. M. V. p. 446. n. 15.
(6) p. 450. n. 61.
(7) p. 431. n. 1.
(8) p. 33. n. 10.
(9) ad inſcr. Man. Aquil. c. 3. p. 39.
(10) in Veſpaſ. c. 14. n. 2.
(11) In Aureliano c. 12.
(12) lib. 15. c. 5.
(13) Lampr. in Alex. c. 4.
(14) p. 710. n. 314.
(15) D. de adquir. vel omitt. haer. l. 20. §. 2.

LXXXVII· (1)

CINERIBVS· ET· MEMORIAE
ANGELI· MARIAE· VENIZZAE· V· C·
SACRI· CIVILISQVE· IVRIS· CONSVLTI
PRIMI· E· CIVIBVS· EPISCOPI· PATRIAE· SVAE
QVEM· BENEDICTVS· XIIII· PONT· MAX·
IVDICIO· SVO· E· CANONICORVM· NVMERO· LEGIT
INVITVMQVE· CONSTITVIT
VIXIT· ANN· LV· M· VII· D· XXIIII·
SAPIENS· COMIS· MVNIFICVS· RELIGIOSVS
DECESSIT· VII· IDVS· DECEMBRES
ANNO· M· DCC· LXX·
DOLOR· ET· LVCTVS· BONORVM· OMNIVM
EPISCOPATV· E· RE. PVBLICA· GESTO
ANN· XVI· SINE· QVERELA
PASCHALIS· CANON· CVM· MARGARITA· SORORE
ET· ANTONIVS· SOC· IES· DISSOLVTA
AD· SVOS· POST· ANN· XXX· REDVX
FRATRI· PIENTISSIMO
B· M· F· C·

Dolor & Luctus: id eſt cauſſa doloris & luctus. ſic in veteri inſcriptione apud Donium (2) puer quidam dicitur *Miſerae Matris Dolor Aeternus*. & Ovidius (3) Inachum de filiae Ius caſu ſic querentem inducit:

. . . . . *Tu non inventa reperta*
Luctus eras levior.

Fratri Pientiſſimo. Latini illi veteres, quem a pietate commendare vellent, *Pium* appellabant, nihil amplius: quippe nemo vocabulum illud protulerat. *Tu porro*, inquit Tullius, (4) *ne Pios quidem, ſed Piiſſimos quaeris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam divinam pietatem novum inducis*. ceterum qui Tullium conſequuti ſunt Latini ſcriptores in titulis praeſertim ſaepiſſime *Piiſſimos* vocant defunctos: vel etiam *Pientiſſimos*, quod a *Piente* ducitur, etſi pauci omnino hoc uſurparunt. (5)

QVIE-

(1) in templo maximo Civitat·Plebis.
(2) Cl· 10· n·30·
(3) Metam· l· 1. v· 654·
(4) Philipp· 13· c· 19.
(5) v· Maff· M. V· p· 129· n·3·Murat·p·1624·n·4·

LXXXVIII. (1)

A ☧ Ω
QVIETI· ET· MEMORIAE
ANTONI· AEM· F. RIPANTI
DOMO· AESI· EQVESTRI· NOBILITATE
ADLECTI· IN· SPLENDIDISS· ORDINES· BONONIENSIVM
ET· VRBIVENTANORVM
PROLEGATI· PER· AEMILIAM
PRAEFECTI· VRBIVENTI· FIRMI· CENTVMCELLARVM
VIRI· MVNIFICI· SAPIENTIS· RELIGIOSI
QVEM· CLEMENS· XIII· PONT· MAX·
VRBIVENTANIS· PERCVPIENTIBVS
PONTIFICEM· DEDIT· INITIAVITQVE
VIX· ANN· LXVI· DECESSIT· XVII· KAL· APRIL·
ANNO· M· DCC· LXXX·
PONTIFICATV· ANNOS· XVIII· INTEGERRIME· FVNCTVS
DE· ECCLESIA· SVA
AEDIBVS·AD·ALVMNOS·EIVS·INSTITVENDOS·RENOVATIS
OPTIME· MERITVS
FECERVNT· FRANCISCVS· COMES
FRATRI· CARISSIMO
AEMILIVS· EQVES· BENEFIC· MICHAELIT· ORD· PRIMI
PATRVO· INDVLGENTISSIMO
PIETATIS· CAVSSA

VRbiventum esse appellandam, quae a plerisque *Vrbs Vetus* latine dicitur, a Procopio didici, (2) qui oppidum illud Οὐρβιβεντον vocat, idque ipsum sic describit, ut quicumque semel adierint, in ejus verbis omnino recognoscere debeant. Λοφος γαρ τις, inquit, εκ κοιλης γης ανεχει μονος, τα μεν ὑπερθεν ὑψηλοτατα και ὀμαλος, τα δε κατω κρημνωδης· αμφι δε τον λοφον ισομηκης πετρας κυκλωσις αυτω ποιουσι τινα· ουκ αγχιστα τε ουσαι, αλλ' ὁσον βολην εχουσαι λιθου. επι τουτω δε τω λοφω οἱ παλαι ανθρωποι την πολιν ἑδημαυτο. addit etiam de rupe, quae pro

moenibus erat, & de fluvio, qui praeterlabitur μεγας τε και απορρους: ut locum ipſe oculis uſurpaſſe videatur. nomen autem ab eo Graece ſcriptum, ut ea aetate Latini enunciabant, quis dubitet, quum cetera quoque urbium nomina eodem referat modo? ſimile huic porro fuit *Maleventum*, quod deinde *Beneventum* dictum eſt, & *Treventum* ſive *Tereventum*, in Samnio utrumque, & alia alibi.

(1) Vrbiventi in templo maximo. (2) B. Goth. l. 2. c. 20.

LXXXVIII. (1)

A ☧ Ω
IVLIO· MATTHAEO· NATALI
EX· INS· CORSICA· DOMO· OLETTA
VIRO· ANTIQVAE· VIRTVTIS
ET· AB· IPSA· ADOLESCENTIA
FRVGI· ABSTINENTI· DOCTO
CVIVS· CONSILIO
GRAVES· SAEPE· CONTROVERSIAE
IN· VRBE· DIREMPTAE
CONCORDIA· CAESENAE· PARTA· EST
VICE· SACRA· ANTISTITI· RELIGIONVM
PER· SABINOS
PONTIFICI· TIBVRTIVM
ANNOS· XVII·
AVCTORI· PIETATIS
RESTITVTORI· ET· LOCVPLETATORI
AEDIVM· SACRARVM
ALTORI· EGENORVM
QVI·VIXIT·ANNOS·LXXVIIII·M·VIII·D·XXVII·
DECESSIT· VI· KAL· SEPTEMBR·
ANNO· M· DCC· LXXXII·
COLLEGIVM· CANONICORVM
BENE· MERENTI
CVM· LACRIMIS· POSVIT

A *Bſtinenti*: hoc vocabulo veteres eum maxime deſignare ſolebant, qui alieni cupidus non eſſet: ut quum ait Tullius, (2) *Praetorem decet non ſolum manus*,

nus, ſed etiam oculos Abſtinentes habere. itaque & Horatius cecinit, (3)

Vindex avarae fraudis & Abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniae.

Vice Sacra Antiſtiti Religionum : id eſt qui Cardinalis Epiſcopi loco Sabinis poteſtate Pontificali praefuit. ſic apud Gruterum legimus : *Vice Sacra Iudicans*, (4) *Vice Sacra Cognoſcens*, (5) *Vice Sacra Iudex Cognitionum* : (6) quibus formulis veteres eum deſignabant, qui vel pro Principe vel pro Praefecto praetorii judicabat : cujus munia Caſſiodorius recenſet. (7) eodem igitur pacto ſcribere licuit *Vice Sacra Antiſtiti*, atque etiam potiori jure, quod ad ſacrum plane munus deſignandum formula illa transferretur. ac profecto qui Tertullianum, Minucium, Lactantium, ceteros rerum Chriſtianarum ſcriptores vetuſtiſſimos pervolutant, multas hujuſmodi dictiones jam ab his expiatas dedicataſque norunt ; nemo ut illas repudiare nunc merito videatur.

Altori Egenorum : id eſt qui egenos tamquam alumnos ſuos aluit. Tacitus de L. Vitellio praefecto Orientis, (8) *Monet Tiridaten primoreſque, hunc Phrahatis avi & Altoris Caeſaris, quae utrobique, pulcra meminerit, illos obſequium in regem, reverentiam in nos, decus quiſque ſuum & fidem retinerent*. & Statius de Atedio, qui Glauciam educaverat, (9)

Quid mirum, tanto ſi te pius Altor honorat
Funere?

eodem vocabulo alii quoque uſi, & ex iis Cicero : (10) *Omnium*, inquit, *rerum quae natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator & parens, ut ita dicam, atque educator & Altor eſt mundus*. adnotant tamen Critici in antiquis codicibus ſcriptum eſſe *Alitor* : quod vix repudiandum eſt, quum ab *alo* aeque *Alius* & *Alitus* deducatur.

Haec vero dum eduntur, magna Tiburtium omnium laetitia, majori felicitate factum eſt, ut D· N· Pius VI· Pont· Max· in optimi hujus Antiſtitis locum ſufficerit, qui virtute atque doctrina cum praeſtantiſſimo quoque certare poſſit, Gregorium Claramontium Caeſenatem, virum clariſſimum, primos jam honores in ſplendidiſſima illa & ſanctiſſima Benedicti Patris familia meritum, ex qua ſingulis aetatibus tot egregii Pontifices prodierunt.

(1) Tibure in Templo Max·
(2) de off· l· 1· c· 40·
(3) l· 4· od· 9· v· 37·
(4) p· 193· a· 9· 10·
(5) p· 246· n· 3·
(6) p· 28· n· 2·
(7) Var· l· 6· ep· 15·
(8) Ann· l· 6· c· 37·
(9) lib· 2· Silv· 1· v· 69·
(10) N· D· l· 2· c· 34·

LXXXX. (1)

H· S· E·
ALEXANDER· CAM· F· LITTA
QVI· ET· MODIGNANVS
DOMO· MEDIOLANO
PATRICIA· NOBILITATE
ANTISTES· VRBANVS
XII· VIR· SACRI· CONSILI· LITIB· IVDIC·
OMNIBVS· MVNERIBVS· PVBLICIS
NITIDE· FVNCTVS
QVI· VIXIT· ANNOS· LXII·
PIVS· IN· DEVM· BENIGNVS· IN· EGENOS
COMIS· IN· OMNES
DECESSIT· MAGNO· BONORVM· MOERORE
PR· NON· SEPT·
ANNO· M· DCC· LXXXI·
EVGENIVS· MARCHIO· FRATRI
BENE· MERENTI· FECIT
A V E
ET· VALE· IN· PACE

QVi *Et Modignanus*: ſic nempe veteres, ſi cui geminum cognomen eſſet, alterum efferre ſolebant: neque raro exempla occurrunt; cujuſmodi illa ſunt, (2) *P. Iuventio Herodi Qui Et Munnas*, (3) *Q. Caſſelius Felix Qui Et Iuſtus*, (4) *Pardo Quae Et Hiarine* · ſimilia etiam illa, (5) *Flaviae Capitolinae Cui Et Pacciae*, (6) *Vlpiae Sive Aeliae Aug. L.*

Nitide Functus: ut in veteri inſcriptione, (7) *Omnibus Honoribus Nitide Functo*. idem autem eſt *Nitide* atque *Vrbane Eleganterque*, quae viri hujus optimi non ultima laus fuit. itaque Horatius *Nitidum Ruſtico* oppoſuit: *Ex nitido fit ruſticus*. (8) nec ſecus morum elegantiam Plinius expreſſit: (9) *Megarice*, inquit, *oppidum praecipui nitoris in toto eo tractu cuſtoditis Graeciae moribus*.

ME-

(1) Romae in aede Mediolan. incidenda curat.
(2) Fabr. p. 145. n. 169.
(3) Paſſion. Cl. 8. n. 28.
(4) Fabr. p. 146. n. 178.
(5) Id. ibid. n. 175.
(6) id. ibid. n. 176.
(7) Grut. p. 440. n. 1.
(8) l. 1. ep. 7. v. 83.
(9) H. N. l. 4. c. 12.

LXXXXI· (1)

A ☧ Ω
MEMORIAE· ET· QVIETI
DOMINICI· HIERON· F· VOLPI· V· C·
DOMO· BARIO
QVI· PONTIFICIBVS· MAXIMIS· QVINQVE
MVNERE· HONORARIO
INTER· CVBICVLARIOS· APPARVIT
ET· CLEMENTI· XII· DECVRIALIS· A· CVBICVLO· FVIT
CVIVS· ETIAM· IVSSV
AD· CAIETANVM· STAMPAM
ARCHIEP· MEDIOLAN· CARDINALEM· DESIGNATVM
NOVI· HONORIS· INSIGNIA· DETVLIT
VIX· ANN· LXXXXIII· M· III· D· XXVII·
INTEGER· FRVGI· SAPIENS
DECESSIT· VIIII· CAL· IAN· ANNO· SACRO
ↃIↃ· IↃCC· LXXV·
HIERONYMVS· FRATRIS· FILIVS
ARCHIEP· NEOCAES·
PATRVO· B· M· FECIT
ET· SIBI
AVE· SENEX· PIENTISSIME· ET
VALE· IN· PACE

Apparere Principi non Accenſi ſolum & Lictores, ſed ceteri etiam Principis adminiſtri dicebantur. Cornelius ſane de Eumene, quem Rex Philippus Alexandri pater habuerat ad manum ſcribae loco, ita loquutus eſt: (2) *Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, quum ab anno viceſimo ſeptem annos Philippo apparuiſſet, & tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuiſſet*. atque idem ante monuerat, (3) id muneris multo apud Grajos honorificentius eſſe, quam apud Romanos.

ME-

(1) Romae in aede Camertium. (2) In Eumen. n. 13. (3) ibid. n. 1.

LXXXII. (1)

MEMORIAE· ET· QVIETI
MARCELLI· IOSEPHI· F· AMICI
CVI· ET· A· S· IOANNE· CANTIO
INTER· SODALES· SACRI· CORDIS· IESV
COGNOMEN· FVIT
DECVRIALIS· A· CVBICVLO· PII· VI· PONT· MAX·
ANTISTITIS· CAEREMONIARVM· SECVNDI
ET· PRIMI· IAM· VICEM· EXPLENTIS
DIACONI· BENEFICIARII· VATIC·
PIVS· VIXIT· ANN· XXXXIII·
DECESSIT· VI· ID· NOVEMBR·
AN· M· DCC· LXXVIIII·
IOSEPHVS· PATER
FILIO· REVERENTISSIMO· BENE· MERENTI
CONTRA· VOTVM· FECIT
AVE· ET· VALE· IN· PACE

Decurialis A Cubiculo, id eſt e Decuria cubiculariorum, non ex iis, qui ſupra numerum adlecti ſint: ut apud Gruterum (2) *Decuriali Lictori*. Decuriam autem Latini appellabant, ſive ea decem viris, ſive pluribus conſtaret. (3)

Antiſtitis Caeremoniarum: Cicero Pontifices adloquens his uſus eſt verbis: (4) *Vos, qui eſtis Antiſtites caeremoniarum & ſacrorum*. minus igitur recte appellari eo nomine dixeris, qui *Deſignatores* vocari poſſint. verum animadvertas, oportet, horum, qui Pontifici Maximo apparent, collegium eſſe quoddam, qui etiam de caeremoniis reſpondere ſolent: ut veriſſime Antiſtites eſſe videantur, quamquam non juri condendo, ſed retinendo praepoſiti ſunt.

Diaconi Beneficiarii: militare, inquies, vocabulum eſt *Beneficiarius*, ut diſerte Ve-

Vegetius, (5) *Beneficiarii ab eo appellati, quod promoventur beneficio tribunorum.* ita ſane, & ab antiquis etiam inſcriptionibus exempla peti poſſunt, quae rem confirment. ceterum ipſa vox nihil militare ſonat: ut eàdem ſententia aliis convenire poſſit, quibus ſtipendia dantur. ac fuit etiam tempus, quo non tam milites emeriti eo nomine deſignati, quam ii, quicumque Magiſtratibus & Curatoribus negotiorum publicorum apparebant. ſic enim Trajano ſcripſit Plinius: (6) *Maximus libertus & procurator tuus, Domine, praeter decem Beneficiarios, quos adſignari a me Gemellino optimo viro juſſiſti, ſibi quoque confirmat neceſſarios eſſe milites.* erat autem Virbius Gemellinus procurator Aug. ad comparationem frumentorum, quem Maximus libertus adjuvabat. (7)

(1) Romae ad aedem Theodori.
(2) p. 391. n. 1.
(3) v. Plin. H. N. l. 33. c. 1.
(4) pro Dom. ſua c. 39.
(5) Rei mil. l. 2. c. 7.
(6) lib. 10. ep. 36.
(7) ibid. epiſt. 37.

LXXXIII. (1)



HVic viro, qui ſacris praefectus populares ſuos ſanctiſſime rexerat, monumentum demortuo fieri juſſit Vrbanus Paraccianus Card. Archiep. Firmanorum ὁ μακαριτης, dignus ipſe, cujus virtutes immortalitati conſecrentur. porro virtutibus perſonam imponere ita poëtarum proprium, ut id ipſum reliqui ſcriptores ſibi licere quandoque duxerint: ut quum Varro ſcripſit, (2) *& ecce de improviſo ad nos accedit cana Veritas Atticae Philoſophiae alumna.* vel quum Cicero, commemorata Cleanthis deſcriptione, qui Voluptati in ſolio ſedenti Virtutes tamquam ancillulas praesto eſſe dicebat, eaſdem ſic loquentes induxit: (3) *Nos quidem Virtutes ſic natae ſumus, ut tibi ſerviremus: aliud negotii nihil habemus.*

ME-

(1) Granatioduni in agro Firmano.
(2) in Numenid. ex Nonio V. *Alumnus.*
(3) de fin. bon. & mal. lib. 2. c. 21.

LXXXXIIII. (1)

MEMORIAE
HIERONYMI. LVD. F. LAGOMARSINI
GENVATIS
VIRI. CLARISSIMI
CVI. LATINAE. LITTERAE
PLVRIMVM. DEBENT
HIC. NATVS. GADIBVS. INSTITVTVS. PRATI
NOMEN. SOCIETATI. IESV. ADOLESCENS. DEDIT
RHETORICAM. FLORENTIAE
GRAECAS. LITTERAS. ROMAE. DOCVIT
SCRIPTORVM. LATINORVM
SVI. TEMPORIS. PRIMVS. HABITVS. EST
IDEM. FRVGI. HONESTVS. COMIS
PIETATEM. IMPENSE. COLVIT
SODALES. MIRE. AMAVIT. SVOS
EGENORVM. SOLATOR. ALTOR. FVIT
VIX. ANN. LXXIIII. M. VII.
DIEM. SVVM. FVNCTVS. IN. VRBE
XV. K. IVN.
ANNO. M. DCC. LXXIII.
IOS. MARIANVS. PARTHENIVS. FECIT
SODALI. ET. AMICO. B. M.

Docuit: id verbum Tullius ipſe non modo ſine ullo caſu qnandoque uſurpat, uti quum ait, (2) *Tyrannio docet apud me*; ſed interdum etiam, perſona omiſſa, & re tantum adſcripta: ejus enim haec ſunt verba: (3) *Quo perſpecto, ſtatim occurrit naturali quadam prudentia, non bis ſubductionibus, quas iſti Docent*, (Graeculi Rhetores) *quid faciat cauſſam*.

Diem Suum Functus: ita apud Fabrettum, (4) *Quae Sic Vt Optavit Superſtitibus Marito Et Liberis Diem Suum Functa Eſt*.

ci.

(1) Genuam miſſa.
(2) ad Q. fr. l. 3. ep. 4.
(3) de Orat. l. 2. c. 30.
(4) p. 705. n. 259.

LXXXIIII. (I)

CINERIBVS· ET· MEMORIAE
IOANNIS· BAPTISTAE· FAVRAE
DOMO· ROMA
PRESBYTERI· DOCTORIS· THEOLOGI
DOCTORIS· SACRARVM· LITTERARVM
SCRIPTORIS· OPERVM· PLVRIMORVM
VIRI· FRVGI· INTEGERRIMI· PIENTISSIMI
CVIVS· ERVDITIO· MAGNIS· IN· CONTENTIONIBVS
VIRTVS· ADVERSIS· IN· REBVS· ENITVIT
VIX· ANN· LXXVI· M· VI·
IN· SOC· IES· QVOADVSQVE· EA· MANSIT
ANNOS· XXXXV·
DECESSIT· VII· KAL· MAIAS· AN· M· DCC· LXXVIIII·
PRIDEM· DE· RE· PVBLICA· VITERBIENSI
OB· VETVSTAE· ORIGINIS· DIGNITATEM
BINIS· VOLVMINIBVS· VINDICATAM
OPTIME· MERITVS
HVIC· ORDO· VITERBIENSIS· HONOREM· DECVRIONATVS
IMAGINEM· IN· CVRIA· FVNVS· PVBLICVM
LAVDATIONEM
LOCVM· SEPVLTVRAE· DECREVIT

BInis *Voluminibus*: edita haec Viterbii anno M· DCC· LXXIIII· quibus auctor argumenta eorum elevavit, qui Regis Desiderii Decretum illud celeberrimum inter commentitias res numerandum censuerant: quod opus plerique omnes summis laudibus extulerunt. ceterum haerent adhuc quidam, & de scriptura dubitant: apparent enim in marmore litterae Beneventanae, quas multo post Desiderii aetatem inductas in consuetudinem esse, manifestum est. quibus Viterbienses facile, opinor, hoc dabunt, sero Decretum marmori incisum esse, quum jam papyrus, quam a Desiderio acceperant, vetustatem ferre non posset.

LXXXV. (1)

DANTI ALIGHIERO
POETAE. SVI. TEMPORIS. PRIMO
RESTITVTORI
POLITIORIS. HVMANITATIS
GVIDO. ET. HOSTASIVS. POLENTIANI
CLIENTI. ET. HOSPITI. PEREGRE. DEFVNCTO
MONVMENTVM. FECERVNT
BERNARDVS. BEMBVS. PRAETOR. VENET. RAVENNAT.
PRO. MERITIS. EIVS. ORNATV. EXCOLVIT
ALOISIVS. VALENTIVS. GONZAGA. CARDIN.
LEG. PROV. AEMIL.
SVPERIORVM. TEMPORVM. NEGLIGENTIA. CORRVPTVM
OPERIBVS. AMPLIATIS
MVNIFICENTIA. SVA. RESTITVENDVM
CVRAVIT
ANNO. M. DCC. LXXX.

QVis non cum Dante praeclare actum existimet, de cujus sepulcro exornando duo potissimum viri, aetatis quisque suae praestantissimi, curam susceperint, Bernardus Bembus Petri pater, & Aloisius Valentius Cardinalis amplissimus? quorum alter litteris tutorem dedit, litteras alter & litteratos ipse fovet, amat, illustrat: uterque item Danti externus; ut non civitati, sed virtuti honos habitus videatur.

Porro egregium illum tanti nominis poëtam non immerito *Restitutorem Politioris Humanitatis* appellatum existimo, id enim Tullio *Politior Humanitas* est, quod aliis παιδεια sive eruditio varia ac minime vulgaris. nam sic ille de oratorio artificio differentem induxit Antonium: (2) *Omnium ceterarum rerum Oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti neque communium litterarum & Politioris Humanitatis experti.* atque id ipsum a Gellio traditum invenies, (3) qui & Varronis auctoritate usus est. enimvero summam, ut illis temporibus, in Dante humanitatem fuisse, scripta ejus testantur: lumen autem ab eo Italis hominibus in tantis bonarum artium tenebris quasi praelatum declarant ii, qui Dantem consequuti sunt, Scriptores elegantes ac minime futiles, quorum magna ante eum paucitas fuerat: poëtae in primis; quippe in horum adhuc carminibus lineamenta ejus & colorem videre licet.

HIC

(1) Ravennae ad aedem Fratr. Francisc. Atrat. (2) de Orat. l. 2. c. 17. (3) N. A. l. 13. c. 16.

LXXXVI. (1)

A ✠ Ω

HIC· SITVS· EST
FRANC· MARIA· MONTOYA· CARDONIVS
DOMO· NEAPOLI· COMES· PATRICIA· NOBILITATE
EQ· HIEROSOLYMAR· EMERITVS· EQ· ELISABETH· THERES·
IN· EXERCITV· KAROLI· VI· AVG·
PRAEPOS· MANVBALLISTARIOR· PRAEF· NVMEROR·
HERMANSTADTII· TENDENTIVM
LEG· PRO· PRAET· TRANSILVANIAE
LEG· DVCIS· COHORTIVM· ITALICAR·
PRAEF· PRAESIDIARIOR· MANTVAE
SVMMVS· SECVNDI· ORDINIS· STRATEGVS
QVEM· THERESIA· AVG·
INTER· MAGISTROS· ADMISSIONVM· HONORARIOS
ADLEGIT· ET· CONSILIARIVM· A· PVBLICIS
NEGOTIIS· FECIT
MILITAVIT· ANNOS· LVIII·
OMNIBVS· HONORIBVS· E· RE· PVBLICA· FVNCTVS
VIXIT· ANNOS· LXXVIII· M· II· D· XII·
PIVS· INTEGER· CARVS· OMNIBVS
DECESSIT· VII· ID· NOV· AN· M· DCC· LXXXII·
IOANNA· RVESCHIA
POSVIT· MARITO· B· M·
IN· PACE

(1) *Praepositus Manuballiſtariorum*: hybrida vox *Manuballiſtarius*, quam tamen Vegetius pro antiqua agnoſcere videtur. nam de acie ordinanda ſcribens, veterem morem ſic attingit: (2) *In quinta acie ponebantur interdum Carroballiſtae, Manuballiſtarii, fundibulatores, funditores*. nec vero alias hujuſmodi voces Latini non admiſere, quum opus eſſet: & mihi hoc loco etiam optanda fuit, quod nullam invenirem aptiorem ad eos milites deſignandos, qui noſtris in exercitibus eminus pugnantes, igneas in hoſtem lagunculas manu jaciunt.

Tranſilvaniae: provinciarum regionumque nomina recentiora prae antiquis optima plerumque habenda eſſe, alias admonui: (3) neque enim iidem illarum nunc fines eſſe ſolent, qui olim fuerunt: ut qui veteri appellatione uti velit, totum tractum uno vocabulo indicare perraro poſſit.

Strategus: Summum Strategum appellavi, qui & *Magiſter Militiae Vtriuſque*, ut ſupra, ſatis latine dici poſſit, Graeco quidem vocabulo, at Latinis uſitato, (4) cui barbarum, quod vulgus uſurpat, temere praeferendum non exiſtimo. nam illud ſane, quum ſit απο τυ αγων του στρατου, rem propoſitam non obſcure enunciat, quae etiam appoſitis luculente, opinor, declaratur.

(1) Mantuae.
(2) lib. 3. c. 14.
(3) de ſtil. Inſcr. p. 437.
(4) Plaut. Curcul. 2. 3. 6.

LXXXVII. (1)

H. S. E.
FR. HIERONYMVS. ALEXAN. F.
MATTEIVS
DVX. IOVIENSIVM
CVI. A. IESV. CRVCIFIXO
AGNOMEN. FVIT
ADLECTVS. INTER. SODALES
SACRI. CORDIS. IESV
III. NON. APRIL.
COOPTATVS
IN. ORDINEM. OBLATORVM
IIII. IDVS. SEPTEMBR.
ANNO. PROXIMO
PIVS. VIXIT. ANN. LIII.
M. X. D. XII.
DECESSIT. IN. PACE.
IDIBVS. OCTOBR.
ANNO. M. DCC. LIII.

FR. *Hieron.* Sodales Arvales apud Romanos audiſſe *Fratres*, adnotum eſt. eodem nomine ſocii & amici populi Romani appellati ſunt. (2) & in compellandis viris quibuſcumque non raro ea veteres appellatione utebantur: quo pertinet ille Horatii locus de ambitu: (3)

Fra-

Frater, Tater, adde:

Vt cuique eſt aetas, ita quemque facetus adopta.

Latina igitur conſuetudo patitur, ut nos etiam ſodales quoſque eo vocabulo deſignemus.

Oblatorum : *Devotorum* rectius dixeris : ſed ita appellant, veteri Chriſtianorum formula, quibus *Offerre* eſt dicare, conſecrare. (4) parum tamen ab hac ſententia illae Tullii abeunt formulae (5) *Ne offeramus nos periculis ſine cauſſa*: & (6) *Offerre ſe ad mortem pro patria*.

(1) Romae in aed. Theodori Martyris.
(2) Cic. Fam. l. 7. ep. 1 c. &c.
(3) l. 2. epiſt. 6. v. 54.
(4) Prudent. Cathem. 5. v. 150.
(5) de off. l. 1. c. 24.
(6) Tuſc. l. 1. c. 15.

A ☧ Ω

ANTONIVS· HIERON· F· IGNORATVS
DOMO· TROPAEA
PATRICIVS· AB· AVIS· ET· MAIORIBVS
HERES· FIDEICOMMISSARIVS
ALEXANDRI· TROPEANI
VETVSTISSIMAE· GENTIS· SVAE· POSTREMI
POST· CATHARINEN· FRATRIS· EIVS· FILIAM
OPTIMAM· MATREM
ITEM· HERES· PATRIS· PIISSIMI· ET· INDVLGENTISSIMI
VIVVS· FECIT
SIBI· ET· COHEREDIBVS
INLATIS· CINERIBVS· PARENTVM
H· M· E· H· N· S·

A *B Avis & Majoribus*: veteres ſi quem ex ea gente patronum ciere deberent, ex qua alios habuiſſent, ſic fere enunciabant, *Ab Origine Patrono*, *Patrono ab Atavis*, *Patrono Ab Avo & Majoribus*· (2) de equeſtri vero nobilitate haud diſſimili ratione Tullius loquutus eſt: (3) *Sed quum ſit Cn. Plancius is eques Romanus, ea primum vetuſtate equeſtris ordinis, ut pater, ut avus, ut majores ejus omnes Equites Romani fuerint*.

Extremas litteras ſic legito, *Hoc Monumentum Externos Haeredes Non Sequitur*: quae ſaepe antiquis in epitaphiis occurrunt. CI·

(1) Tropaeae in templo·
(2) de ſt· inſc· Lat· p· 83·
(3) pro Planc· c· 13·

LXXXVIIII. (1)

CINERIBVS· ET· MEMORIAE

ANT· GEORGI· BREDAHLI· NORVEGI
DOMO· FRIDRISTADIO
VIRI· ILLVSTRIS· IN· EXERCITV· REGIS· DANORVM
DVCTORIS· ORDINVM
QVI· RELIGIONI· OBSEQVVTVS
FORTI· ANIMO
PATRIAM· HONORES· REM· OMNEM· FAMILIAREM
PROFESSIONI· CATHOLICAE· POSTHABVIT
VIXIT· ANN· XXXVIIII·
FRVGI· COMIS· INTEGER· TENAX· PROPOSITI
DECESSIT· ROMAE· III· ID· APR·
ANNO· M· DCC· LXXXIII·
ELATVS· FVNERE· PVBLICO
MVNIFICENTIA· PII· SEXTI· PONT· MAX·
CVIVS· ET· BENEFICIO
CENTVRIATVM· IN· COH· CORS· PRIDEM· ERAT· ADEPTVS
IOANNES· BOHORNVS
CONTERRANEO· B· M·
DOMINICVS· VIVANIVS· CAN· NICOLAVS· BARTOLVCCIVS
AMICO· OPTIMO· ET· CONVICTORI
SVAVISSIMO
F· C·

EPitaphiis hiſce meis dum ea adlino, quae ſuccurrunt, in Aede Rotunda Imago dedicata eſt Ioannis Vuinckelmanni cum titulo perinſigni . in eo , argumenti hujus ſimilitudine admonitus , aliquid me inventurum putabam de exſecrata haereſi : quod praeclariſſimum ejus quoque viri factum fuit, & memoria quam maxima dignum , praeſertim quum pius ille etiam vixerit , & conſtantiam voluntatis ad mortem uſque prae ſe tulerit . id quia negatum illi in epitaphio eſt , gratum plane & jucundum fore exiſtimavi , ſi de ea re mentio a me fieret , quem ille in Bibliotheca Albana curanda ſucceſſorem habuit .

(1) Romae in aede Mariae trans Pont. Ael.

OSSA

c. (1)

OSSA
PAVL. SILVERI. PAVL. F. GABINI
DOMO. ATTIDIO
Ↄ. COH. VRB. RVSSATOR.
A. PIO. VI. PONT. MAX.
EX. MILITIA
IN. EQVESTREM. DIGNITATEM. TRANSLATI
QVI. VIX. ANN. LX. MENS. IIII.
MARTIANVS. FIL.
PATRI. DVLCISSIMO. B. M.
ET. SIBI. F. C.
HOC. MONVMENTVM. HEREDEM
NON. SEQVATVR

Attidium vicus nunc in finibus Matilicatium, at olim clarum Vmbriae oppidum, cujus incolae a Plinio *Attidiates* dicuntur, (2) in veteri inscriptione *Attidates* (3) appellantur.

Ↄ. *Coh.* Centurionis Cohortis: ea enim nota veteres & Centuriam & Centurionem indicabant; ut saepe antiquis in marmoribus videmus.

(1) ficti nominis. (2) H. N. l. 3. c. 14. (3) Don. Cl. 5. n. 1.

cI. (1)

CINERIBVS. ET. MEMORIAE
M. CLAVDI. ADIABENI. V. C.
PRAEFECTI. IVRI. DICVNDO
CVRATORIS. ANNONAE. PLEBIS. III. VIRI. VALETVD.
HOMINIS. OPTIMI. ET. SINGVLARIS. EXEMPLI
QVEM. OMNES. CIVES. SVI. QVAERVNT
MARIVS. ET. TIBVRTIVS. FRATRIS. FILI
FAC. CVR. PATRVO. SANCTISSIMO
QVI. VIXIT. ANN. LXXX. INTEGER. INTEGROS
DECESSIT. K. OCTOBR. AN. M. DCC. LXXVIIII.

Integer Integros: id est vixit incolumis annos octoginta totos, & eo die defunctus est, quo ante annos octoginta natus erat. formulam hanc apud Fabrettum invenies: (2) ibidemque altera occurret (3) hujusmodi, *Decessit Natali Suo*, qua rem eandem designabant.

cK.

(1) ficti nominis. (2) p. 328. n. 478. (3) p. 329. n. 482.

CINERIBVS· ET· MEMORIAE
IOAN· BAPTISTAE· PIRANESI
DOMO· VENETIS
SCALPTORIS· LINEARIS· AERE· CAELANDO
PLASTAE· SIGILLARI· ARCHITECTI
QVEM
CLEMENS· XIII· PONT· MAX·
OB· INGENI· LAVDEM· ET· OPERVM· EXCELLENTIAM
EQVESTRI· DIGNITATE· EXORNAVIT
PIVS· VIXIT· ANNOS· LVIII·
DECESSIT· V· ID· NOVEMBR· AN· M· DCC· LXXVIIII·
ET· SCRIPTIS· ET· INVENTIS· ET· AVSIS
CLARVS· APVD· AEQVALES
VTILIS· POSTERITATI
H· M· H· N· S·

ANGELICA· VXOR
MARITO· CARISSIMO
FRANCISCVS· ANGELVS· PETRVS· FILI
QVI· ET· HEREDES
PARENTI· OPTIME· MERITO
FAC· CVR·

LOCO· DATO
AB· IOAN· BAPT· REZZONICO
CARD· MAG· PRIOR· VEN·
ORD· HIEROSOL·
PATRONO
INDVLGENTISS·

CIVIS· HOSPESVE· SCIRE· SI· LIBET
PIRANESI· OPVS· SVM
ARTIFICI· CARVM· PRAE· CETERIS
QVAECVMQVE· IN· AVENTINO
AVT· VSQVAM· ALIBI· MIRARIS
ITAQVE· SEPVLCRI· SOCIVM
HIC· ME· STARE· IVSSIT
ANTIQVITATIS· SPECIMEN
DE· ARTE· SVA

S*Calptoris Linearis Aere Caelando*: artem hanc, quae proavorum noſtrorum inventum creditur, veteres noviſſe videntur: & M. Varro primus reperiſſe: haec enim de eo Plinius: (2) *M. Varro benigniſſimo invento, infertis voluminum ſuo-*

ſuorum foecunditati non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium , ſed & aliquo modo imaginibus , non paſſus intercidere figuras , aut vetuſtatem aevi contra homines valere , inventione muneris etiam Diis invidioſus ; quando immortalitatem non ſolum dedit , verum etiam in omnes terras miſit , ut praeſentes eſſe ubique & claudi poſſent . ceterum , quocumque tandem modo id Varro adſequutus ſit , artis & artificum hujus generis nomina ignoramus : ut qui formulam hanc noſtram non probant , aliam ipſi extundere debeant .

Sigillarii : id vocabulum leges apud Gruterum in epitaphio C. Tudicelii : (3) itaque ſcriptum eſſe confirmat Gudius , qui legit : eſto Fabrettus ediderit *Sigillariaro* , (4) ex Angelotti Hiſtoria Reatina , non ex marmore , quod unum ſpectandum eſt . nomen a ſigillis ductum , quae ex omni materia fiebant . mitto reliquas auctoritates , quae hic opus non ſunt : e re noſtra Plinius ſcribit : (5) *Vſus gypſi in albariis , Sigillis aedificiorum & coronis gratiſſimus* .

Civis Hoſpeſve : Haec in baſi inciſa perinſignis candelabri , quod ad Piraneſii ſepulcrum ſtat , ac omnium in ſe oculos & mole ipſa & artificio convertit .

(1) in aede Ioan. Baptiſtae , quae eſt in Aventino . (2) H. N. l. 35. c. 2. (3) p. 1035. n. 3. (4) p. 243. n. 669. (5) H. N. l. 36. c. 24.

CXII.

(1)

MEMORIAE · ET · PIETATI
CLEMENTIS · ORLANDI
ARCHITECTI
SODALIS · STIGMATICIANI
VIRI · ANTIQVAE · VIRTVTIS
ET · MANSVETISSIMI · INGENI
QVI · VIX · ANN · LXXI ·
DECESSIT · ID · MAIIS · ANNO · SACRO
M. DCC. LXXV ·
IOS · MARIANVS · PARTHENIVS
AMICO · ET · HOSPITI
BENE · MERENTI
CVM · LACRIMIS · POSVIT
VALE · IN · PACE

Odalis Stigmaticiani : hoc vero , inquies , tinnimentum eſt auribus , atqui recte , opinor , & ad veterum conſuetudinem a *Stigmatico* ductum vocabulum :

quo ſcilicet nomine haud invitus ſe appellari patiatur vir ille ſanctiſſimus, decus Aſiſinatium, Franciſcus, qui olim in Domini Deique noſtri famulatu beatiorem omni libertate ſervitutem ſerviit, ac caelo denique potitus cultores habet, qui Stigmatum, quae illi divinitus impreſſa feruntur, pictum ante pectus exemplum pro inſigni gerunt. ceterum a militia etiam, nec inepta translatione nomen illud ſumptum videri poſſit: quippe ſtigmata non ſervorum tantum ſed etiam militum fuere. *Sed non ſtatim*, inquit Vegetius, (2) *punctis ſignorum inſcribendus eſt tiro delectus*. & rurſum, (3) *Nam puncturis in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti jurare ſolent*.

(1) Romae incidenda. (2) l. 1. de re mil. c. 8. (3) l. 2. c. 5.

CIII. (1)



A *Moenioris Picturae Argutiis*: quid haec ſibi velint, diſce a Plinio, qui de M. Ludio Elota ſic ſcribit: (2) *Non fraudando & Ludio Divi Auguſti aetate, qui primus inſtituit amoeniſſimam parietum picturam, villas & porticus ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piſcinas, euripos, amnes, littora, qualia quis optarat, varias ibi obambulantium ſpecies aut navigantium, terraque villas adeuntium aſel-*

aſellis aut vehiculis : jam piſcantes aucupanteſque aut venantes , aut etiam vindemiantes . ſunt in ejus exemplaribus nobiles paluſtria aeceſſu villae : ſuecolloeantium ſpecie mulieres labentes trepidaeque feruntur : plurimae praeterea tales argutiae & facetiſſimi ſales .

Seceſſum Sibi : non aliter veteres loca ipſa , in quae remiſſionis , & otii cauſſa ſecederent , appellare quandoque ſoliti . de Auguſto Svetonius : (3) *Ex Seceſſibus praeeipue frequentavit maritima inſulaſque Campaniae* . Et Nero apud Tacitum Aniceto liberto *magna praemia & Seceſſus amoenos promittit* . (4) Martialis vero magis ad rem : (5)

Et noſtrum admoneas ſubinde Flaccum :
Iucundos mihi , nec laborioſos
Seceſſus ſpatio paret ſalubri .

(1) in aede Mariae Flaminiae .
(2) H. N. l. 35. c. 10.
(3) in Aug. c. 72.
(4) Ann. l. 14. c. 62.
(5) lib. 10. epigr. ult.

CV. (1)



Iſpenſatori & Cuſtodi : Diſpenſatorem dicebant veteres , qui domus rationes curaret (2) & domini pecuniam expenderet ; nomine a re ducto , quod is antiquitus aera non adnumeraret , ſed penſaret , ut Feſtus tradit .

De Pallante autem , qui Claudio Aug. *A rationibus* fuit , legimus in ſenatus conſulto , quod Plinius refert , (3) *Quum ſenatui populoque Romano liberalitatis gratior repraeſentari nulla materia poſſet , quam ſi abſtinentiſſimi fideliſſimi Cuſtodis Principalium opum facultates adjuvare contigiſſet* .....

(1) ficti nominis .
(2) v. Svet. in Veſp. c. 22.
(3) lib. 8. epiſt. 6.

CVI. (1)

CEnotaphium eſt: idcirco *Memoriae* tantum praefert. *cippus* fere pro lapide ſepulcrali accipitur, in quo titulus incidebatur, ſive vacuum etiamnum ſepulcrum, ſive dedicatum eſſet. itaque cenotaphio aeque convenit.

(1) ficti nominis.

CVII. (1)



P*Ropoſito Sanctus*: id eſt ſanctam vitae rationem ſequutus; ſaepe enim vivendi inſtitutum Latini *Propoſitum* dixere. Phaeder, (2)

Mutandum tibi Propoſitum eſt & vitae genus.

& Iuvenalis, (3)

. . . . . *flexiſſe videris*

Propoſitum, & vitae contrarius ire priori.

CI-

(1) ficti nominis. (2) l. 3. prol. v. 15. (3) Sat. 9. v. 21.

CVIII. (1)

CINERIBVS
IOSEPHI· MILIEVECHI
ΠΑΣΗΣ· ΜΟΥΣΙΚΗΣ
ΜΕΤΕΧΟΝΤΟΣ
QVI· PIVS· VIXIT· ANN· L·
GREX· MVSICORVM
FECIT
PHONASCO· SVO
ANNO· M· DCC· LXXXI·

Πασης Μουσικης Μετεχοντος: Qui omnem muſicam tenebat : ſic in veteri epitaphio Claudia Italia dicitur (2) Πασης Μουσικης Μεθεχουσα.

Grex Muſicorum: Mimi, hiſtriones, ceterae operae a ſcena *Grex* generatim appellabantur: & eſt apud Gruterum (3) inſcriptio ſtatuae Pyladi pantomimo poſitae, in qua leges, *Grex Romanus Ob Merita Ejus*. eodem pertinent verſus illi apud Terentium, (4)

Si lenis eſt, ad alium defertur Gregem.
Quum per tumultum noſter Grex motus loco eſt.

Phonaſco Suo: occurret apud Gruterum (5) *Ti· Claudius Quirina Macedo Phonaſcus*: quo nomine veteres & eum deſignabant, quo vocis & pronunciationis moderatore utebantur, & eum etiam, qui in choro praecentor erat, atque ut Varro apud Nonium ait, *vocis ſuſcitabulum*, (6)

Cantantiumque gallus gallinaceus.

(1) Romae in aede Laurentii & Lucinae incidenda erat
(2) in lap· Vill· Albau·
(3) p· 1024· n· 5·
(4) Heaut· prol·v·45· Phorm· prol. v· 33·
(5) p. 1089· n· 9·
(6) c· 2· n. 826· v. Svet·in Aug.c·84·& in Ner· c. 25·

§· II.

CVIIII. (1)

CAECILIAE· MICH· F· SOMENTIAE
CLARISSIMAE· FEMINAE
DOMO· CREMONA
VXSORI· PHILIPPI· MAZZOLARI
VIRI· PIENTISSIMI
MATRI
FILIOR· XX·
QVAE· FORMA· EGREGIA
INGENIO· SINGVLARI
VIRTVTEM· SEMPER· REBVS· OMNIBVS
ANTETVLIT
LIBEROS· SVOS· AD· DEI· CVLTVM
ET· OMNEM· PIETATEM· ERVDIVIT.
MVLTIS· OPEM· CALAMITOSIS
SVBSIDIVM· EGENTIBVS· TVLIT
VIX· ANN· LXXVIII· D· XXV·
DECESSIT· XV· KAL· MART· AN· M· DCC· LXVII·
IOSEPHVS· MARIANVS· PARTHENIVS
PARENTI· OPTIMAE
BENE· MERENTI
CVIVS· ET· VITAM· PVBLICAVIT
AVE· ANIMA· SANCTISSIMA
ET· VALE· IN· PACE

P*ublicavit*: habes de ſpectatiſſimae matronae vita & praeclaris moribus commentarium inter Auctoris diſertiſſimi opera (2) elegantem plane atque comptum: in quo & optimi viri pietas ſic elucet, ut qui legunt, non minus erga filium, quam erga parentem amore quodam & ſtudio incendantur.

QVIE-

(1) Piſauri incidenda. (2) part. 3. p. 123. edit. Rom. 1772.

CX* (1)



V *Iolantillae*: Latinum id nomen eſt a Statio uſurpatum: (2)

Ergo dics aderat Tarcarum conditus albo
Vellere, quo Stellae Violantillaeque profeſſus
Clamaretur Hymen.

quamquam Martialis feminam eandem Graeco potius nomine Ianthida non ſemel appellavit. (3) Ἰον enim *violam*, & Ἰανθινον *violaceum* Graeci dicunt. *Violantem* vero a Tullio redditum, qui Graecis Ἰολλας eſt, Terentianus Maurus tradidit, (4) ſi bene legit Gevartius; (5) nam Putſchius quidem ſic edidit:

Viola flos qui nuncupatur hunc Graii vocant Ιον,
Et Iolius Violeus fit, crede Marco Tullio:

quod Salmaſius quoque probat: (6) cui contra *Violantilla* nomen eſt purum putum ex Latio. *Violantius*, inquit, *& Violantia, ut Vigilantius, Florentius, Prudentius nomina propria Romana a verbis deducta*: inde *Violantilla ὑποκορίστικον*.

Clariſſimae Feminae: huc etiam pertinent, quae ſuperius inſcriptioni LXXIII. de *Clariſſimi* appellatione ſubjeci. nam eodem modo feminae quoque in veterum titulis ob nobilitatem *Clariſſimae* appellantur, Senatorum uxſores in primis: atque ut Senatores interdum ἀπλῶς *Clariſſimi* dicti ſunt, ſic illae ἀπλῶς item *Clariſſimae* nuncupatae, quemadmodum animadvertit Caſaubonus. (7) ſubinde ceteris etiam, quae dignitate praeſtarent, eadem quandoque appellatio tributa: quamquam Vlpianus ſcripſit, (8) *Clariſſimarum feminarum nomine Senatorum filiae, niſi quae viros clariſſimos fortitae ſunt, non habentur: feminis enim dignitatem mariti tribuunt.* ſilebant ſcilicet tum quoque aliquando leges, & adſentandi licentia impune opibus blandiebatur. feminae enim municipalis epitaphium omnino eſt illud Gruterianum (9) *Memoriae Cla· Fem· L· Peduceae Iulianae*, inventum Mutinae, in quo Maritus honores ciet nullos: nec minus inſcriptio honoraria apud Donium, (10) quae Corſinii

finii posita *Corminiae L. Fil. Vipsaniae Dignitati C. F.* a Collegio Capulatorum Sacerdotum Dianae: in cujus etiam cognomine libertinam originem agnoscere liceat. itaque factum arbitror, ut Matronae Romanae, quum jam Decurionum municipalium uxores in eorum titulos invasissent, quidam appellare coeperint *Rarissimas*, quod plura apud Gruterum exempla (11) indicare videntur. satis igitur causae fuit, cur hic quoque saepius nobiles feminae, quaecumque essent, municipali illa licentia *Clarissimae* nominarentur.

(1) ficti nominis
(2) lib. 1. silv. 2. v. 25.
(3) lib. 7. ep. 13. & 14.
(4) de syllab. ed. Putsch. p. 2397.
(5) ad Stat. l. c.
(6) Plin. Exerc. p. 99. E
(7) ad Lampar. in Helag. c. 4.
(8) l. 8. D. de senator.
(9) p. 448. n. 9.
(10) cl. 9. n. 19.
(11) p. 448. n. 6. p. 459. n. 3. b. 11.

CXI. (1)

AVE. DVLCIS. VALERIA

MEMORIAE. ET. QVIETI
VALERIAE. Q. F. DRVSIANAE
CLARISSIMAE. FEMINAE
VXORI. CLAVDI. TRANQVILLI. DEC.
HONORATAE. AD. CVRAM
MVLIERVM. PEREGRINARVM
MATRONAE. VETERIS. SANCTITATIS
QVAE. MATER. PAVPERVM
APPELLATA. EST
VIX. ANN. LX. D. XVIII.
M. ANTONIVS. DRVSIANVS
FECIT
SORORI. BENE. MERENTI
ET. SIBI

H*onoratae Ad Curam*: id est, cui, honoris causa, ea delata est cura: ut apud Gruterum, (2) *Honorato Ad Curam Calendarii Reip. Canusinorum.*

Mater Pauperum: similia illa apud veteres, *Mater Coloniae*, (3) *Mater Collegi*, (4) *Mater Numeri Nostri*, (5) & hujusmodi: quemadmodum & viri *Patres* & *Parentes* dicti sunt *Patriae*, *Vrbis*, *Philosophiae*, *Antiquitatis*, *Litterarum*, *Veri*, *Familiae*, & id genus alia.

PRI-

(1) ficti nominis.
(2) p. 444. n. 5.
(3) Grut. p. 1088. n. 15.
(4) Fabr. p. 724. n. 443.
(5) Gor. Inscr. t. 2. p. 208.

CXII. (1)

PRISCILLAE· M· F· BOLANAE
VIRGINI· PERPETVAE
FRVGI· SOLERTI· DOMISEDAE
QVAE· FRATRIS· FILIOS· A· PVERITIA· ORBOS
MATERNO· AMORE· EDVCAVIT
VIX· ANN· LXX· DIES· VIIII·
DECESSIT· K· MARTIIS· ANNO· SACRO
M· DCC· LXXV·
BOLANI· FRATRES· CLAVDIVS· ET· PAVLLINVS
ALVMNI· EIVS
FECERVNT
AMITAE· CARISSIMAE
BENE· MERENTI

Virgini Perpetuae: sic a Plinio appellata est Lala Cyzicena, quae Romae M· Varronis juventa floruit, pingendi arte clarissima. (2)

Domiseda in Fabretti inscriptione legitur (3) de Amymone quadam Marci uxore *Optima Et Pulcherrima, Lanifica, Pia, Pudica, Frugi, Casta, Domiseda*.

(1) ficti nominis· (2) H·N. l· 35· c· 11. (3) p· 252· n· 35·

CXIII. (1)

HIC· EST· POSITA
VRSILLA· CLAVDI· F·
BALBINA
ANNOR· XXX·
FORMA· SINGVLARI
MORIBVS· PIISSIMIS
QVAE· LITTERIS· ET· MVSICIS· ERVDITA
SVAS· INTER· AEQVALES
LONGE· PRAESTITIT
FLAVIVS· PETRONIANVS
MEDICVS· REG· TRANSTIB·
CONIVGI· PLVS· A· SE· MERITAE
QVAM· TITVLO· SCRIBI· POSSET

Conjugi Plus A Se Meritae: vetus formula est, quam apud Fabrettum invenies. (2) nec aliter Caesar loquutus, ubi scripsit, (3) *Plus, quam pollicitus esset, Caesarem facere*: & Tullius, quum ait, (4) *Ego habeo, cui plus, quam tibi debeam, neminem*. hic tamen interdum post *Quam* ponere solet *Quantum*: (5) *Plus multo vidisse videntur, quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest*.

(1) ficti nominis· (3) B. G. l· 1· c· 42. (4) Fam· l. 6· ep· 1·
(2) p· 616· n· 141· (5) de Orat· l· 3· c· 5·

§. III.

EPITAPHIA PVERORVM ET PVELLARVM

CXIIII. (1)

SEPTIMILLO
AEDITVMO· MINORI
AEDIS· MARIANAE
TRANSTIBERINAE
QVI· VIXIT· ANNOS· XV.
AEDITVAVIT· ANNOS· VI.
FECERVNT
LVCIVS· ALBINVS· FRATRI· CARISS.
ET· FAMILIA· AEDIS
SODALI· PIO· FESTIVO
INNOCENTI

A *Edituavit*: sic apud Gruterum de Cicurino aedituo Silvani Littoralis leges, (2) *Aedituavit Ann.* XVI. itemque apud Reinesium (3) *Aedituavit Ann.* XII. & *Aedituavit Ann.* XIII. sed in Pomponii fabula Atellana, ut auctor est Gellius, (4) pro *Aedituo* est *Aeditumor*.

Qui postquam tibi appareo atque aeditumor in templo tuo:

nam & Varro *Aeditumum* dici oportere censebat, magis quam *Aedituum*: *quod alterum*, inquit Gellius, *sit recenti novitate fictum*, *alterum antiqua origine incorruptum*.

Familia Aedis: id est, ut Lucretii utar verbo, (5) *Aedituentes*: sic apud veteres templa quandoque habuere, a quibus curarentur, & *Decuriones* & *Familiam*. (6)

(1) ficti nominis.
(2) p. 1088. n. 5.
(3) Cl. 4. n. 53. 54.
(4) N. A. l. 12. c. 10.
(5) l. 6. v. 1273.
(6) Grut. p. 352. n. 3.

CXV. (1)

AVE· SILVIA· CARISSIMA
HEIC· TE· MATER· TRIMAM
CONDIDIT· CVM· LACRIMIS
RVFINA· FAVSTI
ANNO· M· DCC· LXXX.

PRo hypogeo haec scripta putato, in quo ceteri e Fausti familia humati sint· tituli scilicet breves in communibus sepulcris & olim placuere, & nunc etiam pla-

placent : quum familiae decora inſcriptio , quae in fronte eminere ſolet , ipſa perſequatur .

In puerorum autem epitaphiis veteres a communi forma deflexiſſe paullulum , & dictione ſingulari identidem eſſe delectatos , priſca exempla demonſtrant . (2)

(1) ficti nominis .

(2) v. Fabr. p. 755. n. 61. p. 25. n. 113. &c.

CXVI. (1)



VErnae *Meo* : ſic veteres appellabant ſervorum filios , qui domi nati eſſent ; quamquam eo nomine primum dictos tradunt , (2) qui ſacro vere nati erant : de quo ritu commentarium exſtat egregium Michaelis Catalani V· C· in eo libro , (3) quem de origine Picentium anno M. DCC. LXXVII· Firmi edidit . nolim vero , quia famulis nunc utimur liberis , idcirco Hipparinum hunc minus proprie *Vernam* dici exiſtimes : quippe & veteres eodem nomine ſaepe appellarunt , qui liberi eſſent . quaterna ſcilicet exempla unus tibi Fabrettus ſuppeditabit , (4) aliaque alii : cujus appellationis ea cauſſa fuiſſe videtur , ut domini quidem tamquam ſuos ſe amare ſignificarent , quos domi natos aluiſſent ; Vernae vero ſibi ſe honori vertere oſtenderent , quod apud dominum nati eſſent . quare in Caracallae inſcriptione , quae in Capitolio eſt , (5) a vigintiquatuor libertis poſita , quinque ex his *Vernae Liberti* appellantur .

(1) ficti nominis .
(2) Non. c. 1. n. 206.
(3) n. 14. & 15.
(4) v. p. 347. n. 5.
(5) Fabr. p. 291. n. 257.

CXVII. (1)

VNo *Die*: adnotanda hic, quae Gellius ex Varrone delibavit: (2) *M. Varro in libro rerum humanarum, quem de diebus ſcripſit*, Homines, *inquit*, qui ex media nocte ad proximam mediam noctem in his horis viginti quatuor nati ſunt, una die nati dicuntur. *quibus verbis ita videtur dierum obſervationem diviſiſſe, ut qui poſt ſolem occaſum ante mediam noctem natus ſit, is ei dies natalis ſit, a quo die ea nox coeperit: contra vero, qui in ſex noctis horis poſterioribus naſcatur, eo die videri natum, qui poſt eam noctem diluxerit.*

Contra Votum: formula hac abuti quis poſſit, ſi omnibus convenire epitaphiis exiſtimet. antiqua raro exhibent, & ea, opinor, exhibent tantum, quae filiis poſita a parentibus ſunt: (3) qui nempe, quum primi hanc lucem adſpexerint, eam ſibi a Deo legem jure impoſitam putant, ut primi decedant; tum caritate etiam patria impelluntur, ut, quibus vitam dederint, eoſdem ſuperſtites ſibi eſſe velint. itaque ſi quando parentes, turbato mortalitatis ordine, filiis juſta ſolvere debuiſſent, id ipſum hoc aut ſimili modo indicabant: (4) *Filius Facere Quod Debuerat Patri, Mors Iniqua Interceſſit: Filio Fecit Pater.*

PHI-

(1) fictorum nominum.
(2) N. A. l. 2. c. 3.
(3) Fabr. p. 144. n. 164. &c.
(4) id. p. 284. n. 185.

CXVIII. (1)



Filio Primigeno : id eſt πρωτογονῳ, quod Lucretii vocabulum eſt de die uſurpantis, qui primus orbi illuxit : (2)

Multaque poſt mundi tempus genitale, diemque
Primigenum maris & terrae ſoliſque coortum.

malui autem *Primigeno* ſcribere, quam *Primigenio*, quod hoc veteres ad rerum primordia ſignificanda tamquam proprio vocabulo uti ſoleant : ut quum Varro de feminibus agens ſcripſit : (3) *Non enim galbuli, qui naſcuntur, id eſt tamquam pilae parvae corticiae, id ſemen, ſed in iis intus Primigenia ſemina dedit natura.*

Horas Sedecim : horarum etiam rationem haberi, quot vixerint, in puerorum epitaphiis, alias probavimus. (4) quin veterum exempla aliquot collegit Fabrettus, in quibus ſemihora etiam & ſcrupuli adſcripti. (5)

Ave Margaritum : ſic Maecenatem ſuum Auguſtus in epiſtola *Tiberinum Margaritum* appellavit ; (6) & bimo puello in veteri epitaphio adjectum legimus diminuto nomine, (7) MARGARITIONI CARISSIMO.

VIGI-

(1) In Officinatoris hujus noſtri librarii gratiam, & ut ne ceſſet.
(2) lib. 2. v. 1104.
(3) de R. R. l. 1. c. 40.
(4) de St. inſcr. p. 343.
(5) p. 96. n. 217. &c.
(6) Macrob. Sat. l. 2. c. 4.
(7) Fabr. p. 44. n. 253.

CXVIII. (1)



Delicio: ſollemnes tenerae aetatis blanditias hanc formulam appellat Fabrettus, (2) & multis in epitaphiis uſurpatam demonſtrat, puellarum in primis. *Te In Pace*: Chriſtiana formula, cui raro verbum ſubjectum invenias: (3) integra quum utebantur, ſcribebant *Te In Pace* ℔ *Faciat*, quae mihi ſe legiſſe teſtatus eſt Vitus Giovenazzius vir doctiſſimus, quem honoris cauſſa nomino.

(1) ſidi nominis. (2) p. 43. C. &c. (3) Fabr. p. 570. n. 135.

§. III I.

EPITAPHIA SEPVLCRORVM COMMVNIVM

CXX.

(1)



DOmus *Mortalitatis* : Latini interdum *Mortalitatem* pro ipſis hominibus , qui interire debent. Quintilianus : *Publico Mortalitatis contendo nomine* . Plinius : (3) *Invenit tamen medium ſibi ipſa Mortalitas numen* . Curtius etiam : (4) *Contra fortunam non ſatis cauta Mortalitas eſt* .

(1) ficti argumenti .
(2) declam· 8· c·16·
(3) H. N· l· 2· c· 7·
(4) lib· 8· c· 4·

CXXI.

(1)



MAgnae *Animae Prodigis* : de L· Aemilio Paullo Coſ· qui ad Cannas in acie cecidit, (2) magnifice Horatius, (3)

Regulum & Scauros, Animaeque magnae
Prodigum, Poeno ſuperante, Paullum,
Gratus inſigni referam camena,
Fabriciumque.

at nos hic vere omnino & appoſite: quando nullum eſſe caritatis erga amicos argumentum illo majus, divino oraculo definitum eſt.

Extremos verſus ſic legito: *Decreto Decurionum Publice* id eſt ſumptu publico: *Quaquaverſus Pedes ſexaginta* , locus nempe ſepulturae adſignatus pedum quadratorum LX.

LO·

(1) ficti argumenti.
(2) v· Liv· l· 22· c· 49.
(3) l· 1· Od· 12· v· 37·

CXXII. (1)



EFferuntur: ſepeliendi ſcilicet cauſſa; nam *Efferre* funebre verbum eſt, quo pompa funeris ſignificatur: Terentius de Chryſidis funere, (2) *Effertur, imus:* & Nepos de Ariſtide, (3) *In tanta paupertate deceſſit, ut qui Efferretur, vix reliquerit.* in veteri autem epitaphio legimus, (4) *Hos Decuriones Funere Publico De Foro E Tribunali Efferendos Et Hic Humandos Cenſuerunt.*

(1) ficti argumenti.
(2) Andr. 1. 1. 90.
(3) in vit. c. ult.
(4) Vit. Ant. Ben. Cl. 9. n. 1.

CXXIII. (1)



PIorum *Manium*: *Manes*, ut iterum dicam, ſaepe Latini pro anima uſurparunt, in epitaphiis, ut in Vibiae titulo apud Maffejum, (2)

Molliter ad matrem placidi deſcendite Manes.

itaque non eſt verendum, quum eo vocabulo utimur, ne quis fanus ad Lares aut Lemures trahat. idem vocabulum Chriſtianis quoque in ore fuiſſe, ſuperius admonui.

MAG.

(1) ficti argumenti.
(2) M. V. p. 170. n. 2.

CXXIII. (1)

MAGDALENA· REVESIA
SAMBONIFACIA· COMES
VETERI· MONVMENTO· REVESIORVM
OB· AREAM· TEMPLI· CONSTRATAM
MARMORIBVS· PERPETVIS· OBDVCTO
NOVVM· SEPVLCRVM
VIVENS· FECIT· SIBI· ET· SVIS
POSTERISQVE· EORVM
ANNO· M· DCC· LXXXII·

OB *Aream Templi* : ſolum qualecumque aequatum *Aream* Latini dixere : eſto nomen a planitie ductum ſit, in qua frumenta ſecta teruntur & *arefcunt*, ut Varro tradit. (2) *Diviſis angiportis*, inquit Vitruvius, (3) *& plateis conſtitutis, Arearum electio ad opportunitatem & uſum communem civitatis eſt explicanda, Aedibus ſacris, foro, reliquiſque locis communibus.* & Gellius de Geometrarum ſchematis differens, *Planum*, ait, (4) *eſt, quod in duas partes ſolum lineas habet, qua latum eſt & qua longum : qualia ſunt triquetra & quadrata, quae in Area fiunt, ſine altitudine,*

(1) Patavii in templ. Max.
(2) L. L. l. 4. c. 4.
(3) lib. 1. c. 7.
(4) N. A. l. 1. c. 20.

CXXIIII. (1)

V. ☧ F.
STEPH· MAVRITIVS· BALDIANVS
PROTECTOR· SACRI· LATERIS
D· N· PII· VI· PONT· MAX·
SIBI· ET· MARCO· FRATRI
ET· LIBERIS· SVIS
ITEM· NEPOTIBVS· ET· PRONEPOTIBVS
ET· QVOS
TESTAMENTO· HONORAVERIT
LATVM· QVAQVAVERSVS
PED· XXX·

PRotector *Sacri Lateris* : apud Donium leges, (2) *Protector Divini Lateris Aug. N.* & apud Gruterum, (3) *Praefecto Protectorum Augg. NN.*

Teſtamento Honoraverit : ſic apud Gruterum , (4) *Quos Teſtamento Honoravi* . nempe honorem a teſtatore habitum dicebant veteres, cui quid legatum eſſet . Iulianus , (5) *Nec enim quaerimus , cui adquiratur , ſed cui honor habitus ſit* .

(1) ficti argumenti .
(2) Cl· 1· n· 170·
(3) p. 1028· n· 2·
(4) p· 817· n· 12·
(5) D. L· 37· t· 2· l· 3.

CXXV· (1)

LOCVS· MONVMENTI
FELICIS· TRVLLĪ· PRAEF· COH· Ī· PR·
Θ· AN· CIↃ· IↃ CC· XXXXV·
ANNAE· MARIAE· MORELLIAE
Θ· AN· CIↃ· IↃ CC· LXII·
MICH· ANGELI· TRVLLĪ· CANON· BASIL· HVIVS
Θ· AN· CIↃ· IↃ CC· LXV·
NICOLAVS· MARĪ· F· FELICIS· N· TRVLLIVS
PRAEF· COH· Ī· PR·
AVO· ET· AVIAE· ET· PATRVO
BENE· MERENTIBVS
POST· VETERIS· PAVIMENTI· RESTITVTIONEM
TITVLVM· RENOVAVIT
ANNO· CIↃ· IↃ CC· LXXVI·

NIgrum Theta lege Θανοντος & Θανωνς ; qua littera ſaepe uſi Latini , ut mortuos a vivis diſtinguerent : (2) atque etiam ut annos , quos quiſque vixiſſet, enunciarent , quemadmodum ſuperius (3) indicavi .

Baſilicae Hujus : quidni aliquando *Baſilicam* pro Templo dicere liceat ? quo jam vocabulo in eam ſententiam uſus Chriſtianorum ſcriptorum elegantiſſimus , Sulpicius Severus ; (4) & ex veterum etiam conſuetudine uſus : qui illud a publicis judiciorum & negotiorum aedibus priores ipſi ad res alias ſignificandas tranſtulerant . nam in Corſinienſi inſcriptione Sacellum a Republica reſtitutum dicitur *Adjectis Baſilicis* : (5) id eſt , ut alio loco expoſui , (6) Porticibus . & apud Capitolinum in Gordianorum villa ad viam Praeneſtinam *Baſilicas* tres fuiſſe centenarias legimus , (7) quae item Porticus erant .

M· PA-

(1) incidenda in pavimento aedis Marianae ad Schola Graecam .
(2) Maſſ· M· V· p· 108· n· 2· &c·
(3) inſcr· 9· c· 1· p· 8·
(4) Hiſt· facr· l· 2· c· 33· &c·
(5) Fabr· p· 704· n· 312·
(6) de ſr· inſcr· p· 133·
(7) in Gord· 211· c· 32·

CXXVI. (1)



Siliginiarii: antiquas inſcriptiones verſare ſoliti norunt *Corpus Piſtorum Siliginiariorum*, (2) & *Colleg.* item *Siliginiariorum*. (3) ſunt autem qui panem vendunt e farina ſiliginea confectum, qui olim lautiſſimus habitus eſt. de hoc Iuvenalis, (4)

Sed tener & niveus, mollique Siligine factus
Servatur Domino.

& Seneca, (5) *Malum panem, inquis? expecta: bonus fiet. etiam illum tenerum tibi & Siligineum fames reddet.* eſt porro *Siligo*, ut Pontedera tradit rei ruſticae veterum peritiſſimus, quae nunc ubique in Italia colitur, triticum candoris eximii, *propter quod*, inquit, (6) *ut vetuſtiſſimus vates ſolebat, expedit* (7)

Fortunatam Italiam frumento canere candido.

ex hoc tritico panem Herculani faciebat C. quidam Granius, de cujus piſtrina eſt ſemiuſtulatus ille a foſſoribus inventus panis octo buccellarum, in quo eruditi viri titulum hujuſmodi ſigillo impreſſum legerunt, SILIGO. C. GRANI. E. CICERE; (8) quamquam illud E. CICERE a Granio eſſe vix puto.

A Caſtronovanis: nomen oppido *Caſtrum Novum*, inde cives *Caſtronovani*, uti nuper in lapide antiqui operis legimus in ejus coloniae parietinis reperto. ſic & eorum, qui *Novocomenſes* appellantur, urbs dicta *Novumcomum*, non, ut Commentarium quidam exorſus ſcripſit, *Novocomum*: gentile quippe nomen ab ablativo ducendum eſt caſu *Novocomo*, *Caſtro Novo*: eodem modo efferebant veteres *Forum Iulium* & *Forojulienſes*, *Forum Novum* & *Foronovani* ceteraque hujuſmodi, quemadmodum Grammaticae leges poſcunt.

Huc Manſum: formula tota eſt ex veteri inſcriptione apud Maffejum, (9) in qua & conſules leguntur anni Vrbis Varroniani DCCXXXXII· niſi quod ſcriptum eſt

Hoc Manſum, non *Huc Manſum*, priſco ſcilicet more, ut in formula Cenſorum apud Varronem, (10) *Omnes Quirites voca inlicium Hoc ad me*: & apud Plautum, (11) *Hoc non voluntas me impulit*, nam ut Verrius apud Servium teſtificatur, (12) *in adverbiis pro* V, O *plerumque majores ponere conſueuere*.

(1) fidi argumenti.
(2) Grut. p. 81. n. 10.
(3) Dou. Cl. 9. n. 11.
(4) Sat. 5. v. 70.
(5) epiſt. 123.
(6) Ant. Lat. epiſt. 55. p. 492.
(7) v. Plin. H. N. l. 18. c. 7.
(8) Gor. Symb. R. t. 2. p. 139.
Martor. Th. Cal. p. 381.
(9) M. V. p. 108. n. 2.
(10) L. L. l. 5. c. 9.
(11) Merc. 2. 2. 49.
(12) ad Aen. c. 8. v. 423.

CAPVT IIII.

INSCRIPTIONES HISTORICAE

§. I.

FASTI

CXXVII. (1)

S. P. Q. R.
FASTOS. VRBIS. CHRISTIANOS
DESCRIBENDOS. PVBLICANDOSQVE
CVRAVIT

SAECVLVM I.

ANNO. CHRISTIANO. XXXXII.
P. V. C. DCC. LXXXXV.
CLAVDIO. AVG. ITER.
C. CAECINA. LARGO. COS.

ADVENTVS. PETRI. APOSTOLI. XV. KAL. FEBRVAR.
INITIVM. SVMMI. IN. VRBE. SACERDOTII

AEDES. PRIMA. IN. EXQVILIIS. A. PETRO. PONTIFICE
MAXIMO. DEDICATAST. MARCVS. EVANGELIO
CONSCRIPTO. LEGATVS. IN. ORIENTEM. MISSVS
DEO. AVSPICE. MVLTI. IN. VRBE. EX. OMNIBVS XXXXVIIII.
ORDINIBVS. CHRISTIANAM. SAPIENTIAM. PROFESSI

PAVLLVS. APOST. EX. IVDAEA. VINCTVS. CHRISTIANIS
OBVIAM. PROGRESSIS. VRBEM. INGRESSVS. EST LVI.

SIMO. SAMARITES. MAGVS. AEREM. VOLATV. TENTANS
PETRI. ET. PAVLLI. OBSECRATIONE. PRAECEPS
DECIDIT

CHRISTIANVM. NOMEN. INCENDI. VRBIS. INSIMVLATVM
MVLTI. SVPPLICIIS. A. NERONE. EXCRVCIATI. NECATI
MAGNIS. DEMVM. LABORIBVS. EXANTLATIS. IPSI
ETIAM. APOSTOLI. PETRVS. ET. PAVLLVS. MARTYRIVM
FECERVNT LXVI.

LINVS. IN. PETRI. LOCVM. PONTIFEX. MAXIMVS. FACTVS
EST. IDEM. ALTERO. POST. ANNO. EXTINCTVS
MARTYRVM. NVMERVM. AVXIT

CLETVS. IN. EIVS. LOCVM. PONT. MAX. FACTVS. EST
IDEM. ANNO. SEXTO. PONTIFICATVS. SVI. MARTYR. LXXIII.
OCCVBVIT

HVIC· SVFFECTVS· EST· CLEMENS· PER· EOS· DIES
HERMAS· VOLVMEN· PASTORIS· SCRIPSIT· ET
IMPENDENTEM· CHRISTIANIS· CLADEM
PRAENVNCIAVIT· CLEMENS· EPISTOLAM· AD
CORINTHIOS· MISIT· SEDITIONIS· SEDANDAE LXXVI·
CAVSSA
IDEM· COACTVS· SOLVM· VERTERE· PONTIFICATV LXXXIII·
SE· ABDICAVIT· IN· EIVS· LOCVM· F· E· ANACLETVS
CHRISTIANI· RVRSVM· VEXATI· CAESI· IVSSV
DOMITIANI· AVG· IOANNES· APOST· AD· PORT· LXXXX·
LATINAM· HONORES· MARTYRVM· DELIBAVIT
SVPERSTES· SIBI· EXSILIO· MVLTATVS· EST
PRAECLARA· MORS· FVIT· ACILII· GLABRIONIS· ET
FLAVII· CLEMENTIS· CONSVLARIVM
ANACLETVS· ANNO· XIII· PONTIFICATVS· SVI
MARTYRIVM· FECIT·IN EIVS· LOCVM· F·E·EVARISTVS LXXXXVI·
HOC· PONTIFICE· PRESBYTERI· SACRORVM·CAVSSA
VRBIS·REGIONIBVS·ADTRIBVTI·HIS·DEINDE· NOMEN
CARDINALIBVS· FVIT· ITEM· NOTARII· QVI· ACTA
MARTYRVM· SCRIBERENT· DESTINATI

SAECVLVM· II·

CHRISTIANI· TERTIVM· GRAVI· PLAGA· PERCVLSI
AVCTORE· TRAIANO· AVG· MVLTI· IN· CVSTODIAS
INCLVSI· CAPITIS· DAMNATI· IGNATIVS· PONTIFEX
ANTIOCH· IN· AMPHITHEATRO· BESTIIS· OBIECTVS CVIII·
EST
ALEXANDER· IN· LOCVM· EVARISTI· MART· PONTIFEX
MAXIMVS· FACTVS· EST· IDEM· ANNO· VIIII·
PONTIFICATVS· SVI· MARTYRIVM· FECIT CXVII·
HVNC· EXCEPIT· XYSTVS· HVIVS· TEMPORE· CLARVM
SYMPHOROSAE· ET· FILIORVM. EIVS· MARTYRIVM
FVIT· QVADRATVS· ET· ARISTIDES· LIBELLOS· PRO
CHRISTIANIS· HADRIANO· AVG· OBTVLERVNT CXXVI·
XYSTVS· ANNO· X· PONTIFICATVS· SVI· SANCTIS
MARTYRR· ADNVMERATVS· EST· IN· EIVS· LOCVM CXXVII·
F· E· TELESPHORVS· IDEM·ANNO·XI·PONTIFICATVS
SVI· MARTYRIO· DEFVNCTVS· HYGINVM
SVCCESSOREM· HABVIT CXXXVIII·

PER· EOS· DIES· CERDO· ET· VALENTINVS·AVCTORES RERVM· NOVARVM· VRBEM· AGGRESSI· VT CHRISTIANOS· CONTAGIONE· SVA· LABEFACERENT

HYGINVS· ANNO·IIII·PONTIFICATVS· SVI·MARTYRIVM FECIT· IN· EIVS· LOCVM· F· E· PIVS CXXXXII·

IVSTINVS· PHILOSOPHVS· LVDVM· CHRISTIANAE SAPIENTIAE·APERVIT·LIBELLVM· PRO· CHRISTIANIS ANTONINO· PIO· AVG· DEDIT

PIO· DEMORTVO· ANICETVS· PONTIFEX· MAXIMVS F· E· AD· HVNC· POLYCARPVS· EX· ASIA CL·
CONTROVERSIARVM· CAVSSA· VENIT· MARCIONEM GRAVITER· INCREPVIT· MVLTOS· AB· ERRORE CLVIII·
REVOCAVIT

ANICETVS· ANNO· XI· PONTIFICATVS· SVI· MARTYR DECESSIT· IN· EIVS· LOCVM· F· E· SOTER CLXII·

CHRISTIANI· QVARTVM· CRIMINIS· CAPITALIS· REI FACTI· AVCTORE· M· AVRELIO· AVG· FELICITAS· ET FILII·EIVS·SEPTEM·CLARVM·MARTYRIVM·FECERVNT CLXIIII·
IVSTINVS· LIBELLVM· ALTERVM· PRO· CHRISTIANIS VTRIQVE· AVG·INSCRIPTVM·EDIDIT·IDEM· MARTYR OCCVBVIT CLXVII·

QVARTODECVMANI· CONCILIO· EPISCOPORVM VOCATO· DAMNATI· SVNT· MISSI· PER·PROVINCIAS CLXX·
QVI· CHRISTIANIS· INOPIA· LABORANTIBVS SVPPETIAS· FERRENT

SOTER·MARTYRII·HONORES· ADEPTVS·ELEVTHERIVM SVCCESSOREM·HABVIT·HOC·PONTIFIC· CONCILIVM CLXXI·
EPISCOPORVM·INDICTVM·THEODOTVS· CORIARIVS DAMNATVS· EST

MILITES· CHRISTIANI·CONTRA·QVADOS· PVGNANTES CAELESTI·AQVA·IMPLORATA·LEGIONIBVS·ROMANIS OPITVLATI· SVNT CLXXIIII·

REX· LVCIVS· E· BRITANNIA· SACERDOTES· QVI· SE SVOSQVE· CHRISTIANIS· INSTITVTIONIBVS ERVDIRENT· AB· ELEVTHERIO· PER· LEGATOS POPOSCIT

ATHENAGORAS· LIBELLVM· PRO· CHRISTIANIS· AD M· AVRELIVM· ET· COMMODVM· AVGG·EX·ORIENTE CLXXVII·
MISIT·APOLLONIVS·SENATOR·MARTYRVM·NVMERO ADDITVS· EST

ELEVTHERIVS. ANNO. XIIII. PONTIFICATVS. SVI MARTYRIVM. FECIT. IN. EIVS. LOCVM. F. E. VICTOR HOC. PONTIFICE. CONCILIVM. EPISCOPORVM CONVOCATVM. AD. CONTROVERSIAS. PASCHALIS DIEI. DIRIMENDAS. ITEM. ADVERSVS. SABELLIVM ET. VALENTINVM CLXXXV.

CHRISTIANI. ASIATICI. VICTORIS. LITTERIS. ET INTERDICTIONE. SACRORVM. COMMVNIVM. A. QVARTODECVMANIS. TVENDIS. DETERRITI. VICTOR POST. ANNVM. XII. PONTIFICATVS. SVI. MARTYRIVM FECIT. IN. EIVS. LOCVM. F. E. ZEPHYRINVS CLXXXVII.

NATALIS. DVX. PARTIVM. THEODOTIANARVM DIVINITVS. PLAGIS. MVLTATVS. RESIPVIT TERTVLLIANVS. APOLOGETICON. PRO. CHRISTIANIS SCRIPSIT CLXXXVIIII.

SAECVLVM. III.

CHRISTIANI. QVINTVM. AD. CAEDEM. DESIGNATI EDICTIS. SEVERI. AVG. MVLTI. IN. VRBE. PLVRIMI IN. PROVINCIIS. CLARVM. MARTYRIVM. FECERVNT CCII.

ORIGENES. ALEXANDRIA. ROMAM. AD. ZEPHYRINVM PONT. MAX. VENIT. CAIVS. PRESBYT. PROCVLVM MONTANIANVM. DISPVTANDO. PERCVLIT CCXI.

ZEPHYRINVS. ANNO. XVIIII. PONTIFICATVS. SVI MARTYRVM. NVMERO. INSERTVS. EST. IN. EIVS LOCVM. F. E. CALLISTVS. HOC. PONTIFICE. AEDES MARIAE. TRANS. TIB. DEDICATAST. COEMETERIVM CALLISTIANVM. AMPLIATVM CCXVII.

M. MINVCIVS. FELIX. DIALOGVM. OCTAVIVM. SCRIPSIT

IVLIVS. AFRICANVS. E. PALAESTINA. LEGATVS NICOPOLITARVM. AD. AVG. VENIT

CALLISTVS. ANNO. SEXTO. PONTIFICATVS. SVI MARTYRIVM. FECIT. IN. EIVS. LOCVM. F. E. VRBANVS HOC. PONTIFICE. CAECILIA. VIRGO. CLARVM MARTYRIVM. FECIT. IPSE. VRBANVS. ANNO. VIII. PONTIFICATVS. SVI. MARTYR. OCCVBVIT. IN. EIVS LOCVM. F. E. PONTIANVS CCXXII. CCXXX.

CHRISTIANI. SEXTVM. IN. DISCRIMEN. CAPITIS ADDVCTI. AVCTORE. MAXIMINO. AVG. IN. SACERDOTIS. POTISSIMO. SAEVITVM. EST CCXXXV.

PONTIANVS·ANNO·VI. PONTIFICAT· SVI· MARTYRIVM
FECIT· IN· EIVS· LOCVM· F· E· ANTERVS· QVI
MENSE· ALTERO· MARTYR· DECESSIT· IN· EIVS
LOCVM· F· E· FABIANVS

HOC· PONTIFICE· SANCTI· EPISCOPI· SEPTEM·NOMINI
CHRISTIANO· PROPAGANDO· IN· GALLIAS· MISSI
CONCILIVM· EPISCOPORVM· CONVOCATVM
ADVERSVS· ORIGENEM· COEMETERIA· MARTYRVM CCXXXVII·
PRODVCTA· PLEBIS· ALENDAE· CVRA· DIACONIS
PER· REGIONES· DELATA

EODEM· PONTIFICE· IMPERIVM· P· R· CHRISTIANOS
PRINCIPES· HABVIT· M·M·IVLIOS· PHILIPPOS·AVGG· CCXXXXIIII·

FABIANVS· ANNO·XV·PONTIFICATVS· SVI·MARTYRIVM
FECIT· IN· EIVS· LOCVM· F· E· CORNELIVS· HOC CCL·
PONTIF·CONCILIVM·EPISCOPORVM· CONVOCATVM
EST· OB· CHRISTIANOS·TRANSFVGAS·RECIPIENDOS
ITEM· ADVERSVS· NOVATIANVM· PONTIFICATVM
MAXIMVM· INIVRIA· VSVRPANTEM

CHRISTIANI· SEPTIMVM· AFFLICTATI· IVSSV· DECII
AVG· HIPPOLYTVS· PRESB· CLARVM· MARTYRIVM
FECIT·CORNELIVS·ACTA· SYNODI· CARTHAGINIEN·
CONCILIO· INDICTO· PROBAVIT· IDEM· ANNO· III·
PONTIFICATVS· SVI· SANCTIS· MARTYRR·
ADNVMERATVS· EST· IN· EIVS· LOCVM· F·E·LVCIVS
QVI· ALTERO· POST· ANNO· MARTYRVM·HONORES
ADEPTVS· EST

LVCIVM· EXCEPIT· STEPHANVS· PER· EOS· DIES
NVMERVS· CHRISTIANORVM· STEPHANI.INDVSTRIA CCLII·
MIRE· AVCTVS· MVLTI· MARTYRIVM· FECERVNT

CYPRIANVS· PONTIF· CARTHAGINIENSIS· RESPONSVM
DE· BAPTISMATE· A· STEPHANO· ACCEPIT· NIHIL CCLIIII·
INNOVANDVM· CONCILIVM· CONVOCATVM CCLVII·
ADVERSVS· NOETVM· SABELLIVM·ET· VALENTINVM

CHRISTIANI· OCTAVVM· ODIA· IMPIORVM· PERPESSI
AVCTORE· VALERIANO· AVG· CLARVM· RVFINAE
ET·SECVNDAE·VIRGG·MARTYRIVM·FVIT·ANTISTITES
SACRORVM· NECI· OMNES· DEVOTI

STEPHANVS· ANNO· IIII· PONTIFICATVS· SVI· SANCTIS
MARTYRR· ADNVMERATVS· EST· IN· EIVS· LOCVM
F· E· XYSTVS· II· QVI· POST· BIENNIVM· MARTYR CCLVIIII·

OCCVBVIT· LAVRENTIVS· ARCHIDIAC· PROXIMO TRIDVO· PRAECLARVM· MARTYRIVM· FECIT

XYSTO· DIONYSIVS· SVFFECTVS·EST·HOC·PONTIFICE CONCILIVM· INDICTVM· OB· DELATVM· DIONYSII PONTIFICIS· ALEXANDR· NOMEN· ITEM· AD CONTROVERSIAS· DE· BAPTISMATE· DIRIMENDAS ITEM· ADVERSVS· PAVLLVM· SAMOSAT· ZAMAS BONONIENSIBVS· PRIMVS· PONTIFEX· DATVS· MISSI CVM· AVRO· IN· CAPPADOCIAM· QVI·CHRISTIANOS A· BARBARIS· CAPTOS· REDIMERENT CCLX·

DIONYSIVS· ANNO· X· PONTIFICATVS· SVI·HONORES MARTYRII· ADEPTVS· EST· IN· EIVS· LOCVM·FACTVS EST· FELIX· AEDES· PONTIFICALES· ANTIOCHIAE SENTENTIA· AVG· ADIVDICATAE· ILLI· QVEM·FELIX PONT· MAX· PRO· EPISCOPO· HABERET· PAVLLVS SAMOSAT· DEMIGRARE· IVSSVS CCLXVIIII·

CHRISTIANI· NONVM· VEXATI· AVCTORE·AVRELIANO AVG·CLARVM· EVTROPI·ET·SORORVM· MARTYRIVM FVIT· CONSTANTINVS· MAXIMVS· AVG· NATVS· EST TACITO·ET· PLACIDIANO· COS. CCLXXII·

FELIX· ANNO· V· PONTIFICATVS· SVI· MARTYRVM NVMERO· ADDITVS· IN· EIVS· LOCVM· F· E· CCLXXIIII·

EVTYCHIANVS· QVI· ANNO· X· PONTIFICATVS· SVI MARTYRIVM· FECIT· IN· EIVS· LOCVM· F· E· CAIVS CCLXXXIII·

PROTVS· PRESB· IANVARIVS· DIAC· IN· SARDINIAM AD· EIVS·INCOLAS·INSTITVENDOS·MISSI·EXCITATA IN·VRBE·CHRISTIANOR· VIRTVS· AD· CONTEMPTVM MORTIS

SEBASTIANVS· DEFENSOR· ECCLESIAE· APPELLATVS EST· IDEM· PRAECLARVM· MARTYRIVM· FECIT CCLXXXVII·

CAIVS· ANNO· XII· PONTIFICATVS· SVI· MARTYR· DECESSIT· IN· EIVS· LOCVM· F· B· MARCELLINVS CCLXXXV·

SAECVLVM· IIII·

CHRISTIANI· DECIMVM· IN· CRVCIATVS· ATQVE· IN EXITIVM· DEDITI· EDICTIS· DIOCLETIANI· AVG· TEMPLA· DEI· IMMORTALIS· SOLO· AEQVATA VOLVMINA· SACRARVM· LITTERARVM· FLAMMIS DEVOTA CCCII·

MAR·

MARCELLINVS· ANNO· VIIII· PONTIFICATVS· SVI MARTYRIVM· FECIT· INTERREGNVM· ANNOR· III· MENS· VI· DIER· XXIII· CCCIIII.

CONSTANTINVS· CAESAR·A·MILITIBVS· IN·BRITANNIA IMPERATOR· APPELLATVS·EST·CHRISTIANI·EDICTO EIVS· IN· ANTIQVVM· STATVM·RESTITVTI·TEMPLA REFECTA· ANTISTITES· SACRORVM· SVPPLETI ; CCCVI.

MARCELLVS· PONTIFEX· MAX· FACTVS· EST· QVI TERTIO· POST· ANNO· DECESSIT· IN· EIVS·LOCVM FACTVS· EST· EVSEBIVS· HIC· MENSES· IIII· DIES XVI· PONTIFICATVM· GESSIT CCCX.

EVSEBIVM· EXCEPIT· MELCHIADES· HOC· PONTIFICE CONSTANTINVS· AVG· PRODIGIO· CAELESTI ADMONITVS· MAXENTIVM· DEVICIT· VRBEM CHRISTIANO· NOMINI· PROPITIVS·INGRESSVS· EST VEXILLA· CRVCE· ET· CHRISTI· NOMINE· INSIGNIA PRAELATA· SVNT CCCXII.

CONCILIVM·EPISCOPORVM·INDICTVM· AD· CAVSSAM CAECILIANI· PONT· CARTHAG· IVDICANDAM

MELCHIADES· ANNO· IIII·PONTIFICAT· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· SILVESTER· EODEM ANNO· LEGATI· AB· EO· ARELATE· AD·CONCILIVM EPISCOPORVM· MISSI· CONCILIVM· IN· VRBE ADVERSVS· IVDAEOS· CONVOCATVM· DOCTORES EORVM· AD· DISPVTANDVM· ADMISSI CCCXIIII.

CONSTANTINVS·AVG·SILVESTRO· ET·SVCCESSORIBVS EIVS·AEDES·LATERANAS·DONAVIT· IDEM· TEMPLVM DEO· SERVATORI· AEDEMQ; IOANNIS· CVM·FONTE FECIT· TEMPLA· IN· VATICANO· ET· VIA·OSTIENSI HONORI· PETRI· ET· PAVLLI· APOSTT· AEDEM LAVRENTII·MARTYR·EXTRA· PORTAM· EXQVILINAM AEDEM· HAGNAE· VIRG· MART· EXTRA·VIMINALEM EXSTRVENDA· CVRAVIT CCCXVIIII.

VITVS· ET· VINCENTIVS· PRESBYTERI· A· SILVESTRO LEGATI· AD· CONCILIVM· MAGNVM· NICAENVM INDICTVM· IN· VRBE· CONCILIVM· VETERIS DISCIPLINAE· RETINENDAE· CAVSSA CCCXXI.

SILVESTER· ANNO· XII· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· MARCVS· QVI· MENSE VIIII· PONTIFICATVS· SVI· DECESSIT CCCXXXV.

POST· MARCVM· IVLIVS· PONTIFEX· MAXIMVS· F· E·
CONCILIVM· INDICTVM· AB· EO· ADVERSVS CCCXXXVII·
FACTIONEM·ARIANORVM·ITERVMQVE·ET·TERTIVM
PRO· ATHANASIO. PONTIFICE· ALEX· ADVERSVS CCCXXXXI·
EVSEBIANOS·IDEM·CONCILIVM·MAGNVM·SARDICAM
CONVOCANDVM· CVRAVIT CCCXXXXVII·
AEDES· SACRAE· A· IVLIO· QVATVOR· EXSTRVCTAE
BINAE·EXTRA·POMOERIVM·VALENTINI·ET·CALLISTI
BINAE··INTRA· QVAE· IVLIAE· APPELLATAE· SVNT
CONCILIVM· VOCATVM· ADVERSVS· PHOTINVM CCCXXXXVIIII·
IVLIVS· ANNO· XVI· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· LIBERIVS· ARIANA CCCLII·
FACTIO· CONSTANTIO·AVG·FAVTORE· PONTIFICES
CATHOLICAE· PROFESSIONIS· TERRA· MARIQVE CCCLV·
INSECTATA· EST· LIBERIVS· BEROEAM· RELEGATVS
IN· EIVS· LOCVM· ARIANI· FELICEM· II· LEGENDVM
CVRARVNT· QVI· DEINDE· PROBATVS· ATQVE· AB
OMNIBVS· RECEPTVS· PONTIFICATVM· TRIENNIO
GESSIT
IDEM· LIBERIO·REDVCE· SE·PONTIFICATV·ABDICAVIT
LIBERIVS· REGIMEN· ECCLESIAE· RECEPIT· HOC CCCLVIIII·
PONTIFICE·TEMPLVM·LIBERIANVM·DEDICATVM·EST
CHRISTIANI· VNDECIMVM· VEXATI· MVLTIMODIS
ATQVE·ASTV·ET·INSIDIIS·CIRCVMVENTI· AVCTORE CCCLXI·
IVLIANO· AVG· IOANNES· ET· PAVLLVS· CLARVM
MARTYRIVM· FECERVNT
LIBERIVS· ANNO· XV· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F·E· DAMASVS· HVIC· FACTIO CCCLXVI·
SEDITIOSORVM· VRSINVM· OPPOSVIT· TVMVLTVS
ET· CAEDES· IN· VRBE· FVIT· VRSINVS·A·IVVENCIO
PRAEF· VRB· IN· EXILIVM· ACTVS· EST
CONCILIVM· AD· MACEDONIANOS· QVI·RESIPVISSENT
RECIPIENDOS· INDICTVM· ITERVMQVE· ADVERSVS
ARIANORVM· MOTVS· TERTIVM· VTI· DAMASVS· SE
DE·CONTENTIONE·HONORIS·PVRGARET·QVARTVM
ADVERSVS· AVXENTIVM· ET· ARIANOS· QVINTVM CCCLXX·
ADVERSVS· APOLLINAREM· ET· SECTATORES· EIVS
CONCILIVM· MAGNVM· CONSTANTINOPOLIM
CONVOCATVM· EST· EODEM· ANNO· SEXTVM· IN CCCLXXXII·
VRBE· ACTVM· CONCORDIAE· FIRMANDAE·CAVSSA
ASCHOLVS· PONT· THESSALON· VICE· PONTIFICIS

MA·

MAXIMI· PER· ILLYRICVM· FVNGI· IVSSVS
AEDES· LAVRENTII· AD· THEATRVM.POMPEII·ALTERA
VIA· ARDEATINA· A· DAMASO· CONDITAE· MVLTA
MARTYRVM· SEPVLCRA· TITVLIS· DONARIISQVE
EXCVLTA
DAMASVS·ANNO· XVIIII·PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· SIRICIVS· CONCILIVM
AB· EO· INDICTVM· VETERIS· DISCIPLINAE CCCLXXXV·
RETINENDAE· CAVSSA· RESPONSVM· HIMERIO
PONT· TARRACON· SECVNDVM· QVAESITA·DATVM
PRESBYTERI· ET·DIACONI·EX·VETERI·PRAESCRIPTO
CAELIBEM· VIVERE· VITAM· IVSSI
THEODOSIVS· AVG· CVM· HONORIO· CAESARE·VRBEM
INGRESSVS· CONGIARIVM· POPVLO· DEDIT CCCLXXVIIII·
MONVMENTA·VETERIS·SVPERSTITIONIS·RITVSQVE
OMNES· PROFANOS· EDICTO· SVSTVLIT
CONCILIVM· ITERVM· COACTVM· ADVERSVS
IOVINIANVM· ADMONITI· PER· EPISTOLAS·EPISCOPI CCCLXXXX·
NE· QVIS· IN· LOCVM·EPISCOPI·DEMORTVI· INSCIO
PONTIFICE· MAXIMO· INITIARETVR
SIRICIVS· ANNO· XIIII· PONTIFICATVS· SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F·E· ANASTASIVS·CONCILIVM CCCLXXXXVIIII·
AB· EO· CONVOCATVM· VETERIS· DISCIPLINAE CCCC·
RETINENDAE· CAVSSA

SAECVLVM· V·

AEDES· CRESCENTIANA· IN· COELIO· AB· ANASTASIO
P· M· CONDITA· DEDICATAQVE· EST· RVFINVS· DE
STVDIO· IN· ORIGENEM· REPREHENSVS· LEGATI CCCCI·
EX· AFRICA· AD· POPVLARIVM· INSTITVTIONEM
SACERDOTES·A·PONTIFICE·MAXIMO·POSTVLARVNT
ANASTASIVS·ANNO· III· PONTIFICATVS· SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· INNOCENTIVS· HOC
PONTIFICE· HONORIVS· AVG· VRBEM· INGRESSVS
SEPVLCRVM· PETRI· ET· PAVLLI· APOSTT· INVISIT CCCCIII·
LVDOS· GLADIATORIOS· EDICTO· SVSTVLIT
AEDES· GERVASI· ET· PROTASI· MARTYRR· VALLE
QVIRINI· AB· INNOCENTIO· DEDICATAST·RESPONSA

EPISCOPIS· DE· SACRO· IVRE· MVLTIS· PETENTIBVS
DATA·IOANNIS· CHRYSOSTOMI· CAVSSA· SVSCEPTA
ACTA·CONIVRATIONIS· THEOPHILIANAE· RESCISSA cccccv·
INNOCENTIVS· GOTHICO· BELLO· INGRVENTE
RAVENNAM·CVM·LEGATIS·SENATVS·AD· HONORIVM
AVG· PROFECTVS· EST· PACIS· CONSTITVENDAE
CAVSSA· VRBS· DIV· OBSESSA· CAPTAQVE· AB·REGE cccccx·
ALARICO
CAELESTIVS· CARTHAGINE·IN· CONCILIO.DAMNATVS
AD· PONT· MAX· PROVOCAVIT· IDEM· ET·PELAGIVS
AB· INNOCENTIO· PERCVLSI· ET· INTERDICTO· A cccccxvii·
SACRIS· COMMVNIBVS· AMOTI
INNOCENTIVS· ANNO· XVI· PONTIFICATVS· SVI
MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· ZOSIMVS
CONCILIVM· EPISCOPORVM· AB· EO· INDICTVM
VETERIS· DISCIPLINAE· RETINENDAE· CAVSSA
PELAGIVS· ET· CAELESTIVS· ITERVM· DAMNATI cccccxviii·
ZOSIMVS· ANNO· II· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· BONIFACIVS· HVIC
FACTIO· SEDITIOSORVM· EVLALIVM· OPPOSVIT
TVMVLTVS· IN· VRBE· FVIT· EVLALIVS· HONORII
AVG· IVSSV·IN·EXILIVM· ACTVS· EST
TEMPLVM· PAVLLI· APOSTOLI· VIA· OSTIENSI· A
THEODOSIO· AVG· RESTITVI· COEPTVM· AB
HONORIO· AVG· PERFECTVM· EST· CAVTVM· A
BONIFACIO· NE· ILLYRICVM· PONTIFICI cccccxxii·
CONSTANTINOPOL· ADTRIBVERETVR
BONIFACIVS· ANNO· IIII· PONTIFICATVS· SVI
MORTVVS· EST·IN·EIVS· LOCVM· F·E· CAELESTINVS
HOC· PONTIFICE· FACTIONIBVS· HAERETICORVM
EX· AVCTORITATE· PLACIDIAE· AVG· PVRGATA
VRBS· CAELESTIVS· EX· TERRA· ITALIA· PVLSVS cccccxxv·
CONCILIVM· EPISCOPORVM· IN· VRBE· BIS· ACTVM
ADVERSVS· NESTORIVM· CONCILIVM· MAGNVM
CONVOCATVM· EPHESVM·LEGATI·QVI· PRAEESSENT
ARCADIVS· ET· PROIECTVS· EPISCOPI· PHILIPPVS cccccxxxi·
PRESB· EODEM· ANNO· PALLADIVS· PONTIFEX· IN
HIBERNIAM· AD· EIVS· INCOLAS· INSTITVENDOS
MISSVS· EST
AEDES· SABINAE· MART· IN· AVENTINO· A· PETRO

PRESB. DOMO. ILLYRICO. AEDIFICATA. EST
MEMORIAE. ET. SCRIPTIS. AVGVSTINI. LVCVLENTVM
TESTIMONIVM. A. PONT. MAX. IMPERTITVM
CAELESTINVS. ANNO. X. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. XYSTVS. III. HOC CCCCXXXII.
PONTIFICE. CONCILIVM. INDICTVM. ADVERSVS CCCCXXXIII.
PELAGIANOS. ET. NESTORIANOS
AEDES. LAVRENTII. ET. LVCINAE. A. XYSTO. CONDITA
TEMPLVM. LIBERIANVM. RESTITVTVM. TESTVDO
SACRI. FONTIS. IN. LATERANO. EXORNATA CCCCXXXVI.
IVLIANI. DVCIS. PARTIVM. PELAGIANARVM. DETECTAE
FRAVDES. IPSE. AECLANO. INTERCLVSVS. DAMNATVS
XYSTVS. ANNO. VIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. LEO. MAGNVS. HOC CCCCXXXX.
PONTIFICE. CONCILIVM. EPISCOPORVM. QVOTANNIS
ACTVM. III. K. OCTOBR. ANNIVERSARIO. INITI. AB
EO. PONTIFICATVS. DIE
MAVRITANI. ET. SICVLI. AD. PRAESCRIPTA. MAIORVM
LEONIS. LITTERIS. REVOCATI. PASCHAE. DIES
SECVNDVM. KALENDARIVM. ALEXANDRINORVM
DEFINITI CCCCXXXXIII.
MANICHAEI. ROMA. PVLSI. SCRIPTA. EORVM. FLAMMIS
DEVOTA. FACTIO. PELAGIANORVM. ET CCCCXXXXVII.
PRISCILLIANORVM. REPRESSA
LEO. PER. EPISTOLAM. AD. FLAVIANVM. SENTENTIAM
SVAM. DE. DEO. HOMINE. EXPOSVIT. CONIVRATIONIS
EPHESIAE. ACTA. OMNIA. RESCIDIT CCCL.
EVDOXIA. AVG. AEDEM. PETRI. IN. EXQVILIIS CONDIDIT
EADEM. CATENAS. QVIBVS. VINCTVS. FVERAT. IN
EAM. INTVLIT. DEMETRIA. VIRGO. AEDEM. STEPHANI
VIA. LATINA. FECIT
CONCILIVM. MAGNVM. LEGITIMVM. CHALCEDONE
CELEBRATVM. EST. EVTYCHES. ET. DIOSCORVS CCCCLI.
DAMNATI
ATTILA. DVX. HVNNORVM. VRBI. INHIANS. LEONIS
OCCVRSV. ET. ADLOQVIO. DETERRITVS. VICTOREM
EXERCITVM. TRANS. ALPES. REDVXIT CCCCLII.
ACTA. CONCILII. CHALCEDONENSIS. A. LEONE
PROBATA. LITTERIS. AD. VNIVERSAM. ECCLESIAM CCCCLIII.
MISSIS. CANON. XXVIII. REIECTVS

GEN-

GENSERICVS. DVX. VANDALORVM. LEONE DEPRECANTE. AB. INCENDIO. VRBIS. ET COMPILATIONE. AEDIVM. SACRARVM. MILITES COHIBVIT CCCCLV.

LEONIS. LITTERIS. EXCITATI. ORIENTIS. EPISCOPI ADVERSVS. TIMOTHEVM. ELVRVM. QVI. PONTIFIC. ALEXANDR. INVASERAT. AEGYPTII. AD. TVENDAM MAIORVM. DOCTRINAM. CONFIRMATI CCCCLVII.

AEDES. CORNELII. VIA. APPIA. A. LEONE. CONDITA NONNVLLAE. QVAE. VETVSTATE. DILABEBANTVR RESTITVTAE. MVLTAE. DONARIIS. AVCTAE

LEO. ANNO. XXII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. HILARVS. LITTERAE CCCCLXI. AB. EO. AD. ORIENTIS. EPISCOPOS. MISSAE. DOCTRINAE VETERIS. TVENDAE. CAVSSA. CONTROVERSIAE INTER. EPISCOPOS. GALLIARVM. COMPOSITAE CCCCLXII.

TEMPLA. VRBIS. REFECTA. EXORNATA. AEDICVLAE TRES. AD. FONTEM. IOANNIS. AB. INCOHATO EXSTRVCTAE. BIBLIOTHECAE. BINAE. IN. LATERANO INSTITVTAE. COENOBIA. DVO. MONACHIS. APERTA DITATA

CONCILIVM. EPISCOPORVM. INDICTVM. VETERIS DISCIPLINAE. RETINENDAE. CAVSSA. EPISCOPIS CCCCLXV. HISPANIARVM. PRAESCRIPTVM. NE. QVIS. SIBI SVCCESSOREM. MORTIS. CAVSSA. DESIGNARET. NEVE PONTIFICATVS. COMMVTARENTVR

ANTHEMIVS. AVG. HILARO. AVCTORE. PHILOTHEVM MACEDONIANVM. REBVS. NOVIS. STVDENTEM CCCCLXVII. COERCVIT

HILARVS. ANNO. VII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. SIMPLICIVS. A. PROBO CCCCLXVIII. HVIVS. LEGATO. AMBITIOSA. ACACII. PONT. CONSTANTINOP. AVCTORITAS. INTRA. VETERES FINES. COHIBITA. ZENO. EPISC. HISPALENSIVM. VICE PONTIFICIS. MAXIMI. PER. HISPANIAS. FVNGI. IVSSVS

SIMPLICII. LITTERIS. BASILISCVS. AVG. AB. ELVRO ET. EVTHYCHIANIS. TVENDIS. DETERRITVS. DAMNATI CCCCLXXVI. QVI. IN. ANTIOCH. ET. ALEXANDR. PONTIFICATVM CCCCLXXVIII. INVASERANT

AEDES. STEPHANI. IN. COELIO. ALTERA. AD. LAVRENTI

EXTRA· POMOERIVM· ITEM· VIVIANAE· AD· DOMVM
LICINIANAM·ET·ANDREAE·IN·EXQVILIIS· CONDITAE
PRONAON· TEMPLO· VATICANO· ADIECTVM
TALAIAS·PONTIFICAT·DETVRBATVS· ET·ALEXANDRIA
PROFVGVS· IN· VRBEM· AD· PONT· MAX· VENIT CCCCLXXXII·
SIMPLICIVS· ANNO· XV· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· FELIX· III· CONCILIVM CCCCLXXXIII·
AB· EO· INDICTVM·ADVERSVS·ACACIVM·FAVTOREM
HAERETICORVM· QVERELAE· TALAIAE· EXSVLIS
AVDITAE· LEGATI· CONSTANTINOPOLIM· VITALIS
ET· MISENVS· EPISCOPI
ZENO· AVG· DE· OFFICIO· GRAVITER· ADMONITVS
ACACIVS· ROMAM· IN· IVDICIVM·VOCATVS·LEGATI
OB· PRAEVARICATIONEM· PONTIFICATV· ABIRE
IVSSI·ET·A·SACRIS·COMMVNIBVS·AMOTI·SENTENTIA CCCCLXXXIIII·
IN· ACACIVM· CONTVMACEM· DICTA· VT· HONORE
OMNI· SPOLIATVM·IN·ALIENORVM· NVMERO·OMNES
HABERENT·QVI·NON· PARVERVNT· EODEM·NVMERO
HABITI
CONCILIVM· VOCATVM· OB· EOS· QVI· IN· AFRICA
ARIANIS· IN· ECCLESIAM· SAEVIENTIBVS·A·VETERIS CCCCLXXXVII·
DOCTRINAE· PROFESSIONE· DEFECERANT· AEDES
AGAPETI· EXSTRVCTA· AD· LAVRENTII· EXTRA
POMOERIVM
FRAVITAE· SVCCESSORI· ACACI· DESIGNATO· HAC
LEGE·SPES·FACTA·CONCORDIAE·VT·NOMINA·ACACI CCCCLXXXVIIII·
ET· MONGI· SACRIS· E· TABVLIS· DELERET
FELIX· ANNO· VIIII· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· GELASIVS· RECVSATA CCCCLXXXXII·
AB· EO· EVPHEMI· PONTIFIC· CONSTANTINOPOL·
CONSENSIO·NI·NOMEN·ACACI·DELERET·REFVTATAE CCCCLXXXXIII·
GRAECORVM· DE· ACACI· IVDICIO· QVERELAE
CONCILIVM· ROMAE· ACTVM· VT· LIBRORVM· CENSVS
FIERET· ET· AVCTORITAS· CVIVSQ· DEFINIRETVR
ITEM· VT· MISENO· LEG· PONTIFICATVS·CVMANVS
RESTITVERETVR·MANICHAEI·IN·VRBE· LATITANTES CCCCLXXXXV·
IN· EXSILIVM· PVLSI· PELAGIANI· ET· EVTYCHIANI
REPRESSI
AEDES· A· GELASIO· TRES·DEDICATAE·SVNT·TIBVRE
VIA· LABICANA· ET· VIA· LAVRENTINA·SACERDOTES

CANONICI· IN· LATERANVM· DEDVCTI
GELASIVS· ANNO· V· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F·E· ANASTASIVS· II· LEGATI AB· EO· CONSTANTINOPOLIM· CRESCONIVS· ET GERMANVS· QVI· DE· PACE· CONCORDIAQVE· CVM GRAECIS· AGERENT CCCCLXXXXVI·
LITTERAE· AB· ANASTASIO· IN· GALLIAM· AD·REGEM CLODOVAEVM·GRATVLANDI·CAVSSA·MISSAE·QVOD IS· CHRISTIANAM· PROFESSIONEM· AMPLEXVS·ESSET CCCGLXXXXVII·
ANASTASIVS·ANNO· II· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· SYMMACHVS· HVIC FESTI· PATRICI· FACTIO· LAVRENTIVM· OPPOSVIT ANASTASI· AVG· CONSENSIO· A· SYMMACHO REPVDIATA· NI· ACACI· NOMEN· DELERETVR CCCCLXXXXVIII·
CONCILIVM· BIS· VOCATVM· ADVERSVS·LAVRENTIVM PONTIFICIS· MAXIMI·CREANDI·RATIO·IN·POSTERVM LEGIBVS· CONSTITVTA D·

SAECVLVM· VI·

CONCILIVM·ITERVM·VOCATVM·ADVERSVS·LAVRENTI FACTIONEM· LEGES· DE· AMBITV· LATAE· TERTIO DI·
ITEM· ET· QVARTO· LEGITIMA· SYMMACHI AVCTORITAS· AB· INIVRIIS· ADSERTA· QVINTO ACTVM· DE· POENIS· EORVM· QVI· IN· FVNDOS ECCLESIAE· INVASISSENT DV·
SYMMACHVS· AEDEM· PETRI· VIA· TIBVRTINA DEDICAVIT. AEDEM· SILVESTRI· ET· MARTINI· IN EXQVILIIS· BINAS· VIA· AVRELIA· AGATHAE· ET PANCRATII· CONDIDIT· HAGNAE· ET· FELICITATIS RESTITVIT· TEMPLVM· VATICANVM· AMPLIAVIT EXCOLVIT· ET· IN· PROXIMO· AEDEM· ANDREAE APOST· FECIT· IDEM·DOMOS·ALENDIS· PAVPERIBVS TERNAS· APERVIT
EPISCOPI· PER· ILLYRICVM· SYMMACHI· LITTERIS CONTRA·EVTYCHIANOS·CONFIRMATI· ORIENTALES ECCLESIAE· OPEM· AB· EODEM· ADVERSVS HAERETICOS· IMPLORARVNT DXII·
SYMMACHVS· ANNO· XVI· PONTIFICATVS· SVI MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· HORMISDAS DXIIII·

LEGATOS. QVI. DE. PACE. AGERENT. ANASTASIVS AVG. AD. EVM. MISIT. IDEM. LEGATOS. HORMISDAE CONSTANTINOPOLI. MALE. HABITOS. ROMAM. RE INFECTA. REDIRE. IVSSIT DXVII.

CONCILIVM. VOCATVM. ADVERSVS. GRAECOS DISCORDIAE. VETERIS. TOLLENDAE. CAVSSA. LEGATI DXVIII. CONSTANTINOPOLIM. ITERVM. MISSI. QVI. RES COMPONERENT. PAX. IVSTINO. AVG. CONCILIATORE CVM. EPISCOPIS. CONFECTA. DAMNATI. HAERETICI NOMINA. ACACI. EVPHEMI. MACEDONI. ET SECTATORVM. SACRIS. E. TABVLIS. DELETA. SVNT DXVIIII.

HORMISDAS. ANNO. VIIII. PONTIFICATVS. SVI MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. IOANNES DXXIII. HVNC. REX. THEODORICVS. CONSTANTINOPOLIM CVM. LEGATIS. IRE. COEGIT. QVI. IVSTINVM. AVG. ARIANIS. PLACARENT

IOANNES. A. IVSTINO. AVG. ADORATIONE. ATQVE OMNI. HONORE. ACCEPTVS. EST. IDEM. TEMPLA DE. ARIANIS. RECEPTA. SACRIS. LEGITIMIS. EXPIAVIT DXXV.

REX. THEODORICVS. IOANNEM. ET. LEGATOS. QVOD LEGATIONEM. EX. IPSIVS. SENTENTIA. NON PEREGISSENT. IN. CARCEREM. INCLVSIT. IOANNES ANNO. III. PONTIFICATVS. SVI. RAVENNAE. IN VINCVLIS. MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS EST. FELIX. IIII. LITTERAE. AB. REGE. ATALARICO DXXVI. AD. SENATVM. MISSAE. GRATVLANDI. CAVSSA. QVOD PONTIFEX. MAXIMVS. RENVNCIATVS. IS. ESSET QVEM. PATER. EIVS. COMMENDAVERAT

DIONYSIVS. EXIGVVS. CYCLVM. SVVM. EDIDIT. ANNOS DX<VII. CHRISTIANOS. PRIMVS. COMPVTANDO. VSVRPAVIT FELIX. QVOD. ROMVLI. TEMPLVM. FVERAT. AEDEM COSMAE. ET. DAMIANI. FECIT. IDEM. SATVRNINI MART. AEDEM. VIA. SALARIA. INCENDIO CONSVMPTAM. RESTITVIT

EDICTVM. AB. REGE. ATALARICO. DE. LITIBVS ADVERSVS. CLERVM. VTI. IVDICIVM. A. PONTIFICE DXXVIII. MAXIMO. EXERCERETVR

FELIX. ANNO. V. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS. EST IN. EIVS. LOCVM. F. E. BONIFACIVS. II. HVIC. FACTIO DXXX. SEDITIOSORVM. DIOSCORVM. OPPOSVIT. CVIVS

TAMEN. CONATVS. MORS. BREVI. COMPRESSIT
CONCILIVM. A. BONIFACIO. VOCATVM. VT. DE SVCCESSORE. DELIBERARET. EVNDEM. QVVM DESIGNATVS. ESSET. MOX. VITIO. FACTVM PRONVNCIAVIT.CONCILIVM.RVRSVS.BIS. INDICTVM PRIMO.ACTVM. DE. ADMINISTRATIONE. ECCLESIAR. ILLYRICARVM. SECVNDO. DE. VETERI. DOCTRINA ADVERSVS. EVTYCHIANOS DXXXII.
BONIFACIVS.ANNO. III. PONTIFICATVS.SVI.MORTVVS EST.IN.EIVS.LOCVM.F.E.IOANNES. II. EO.PONTIFICE CAPTATORIBVS.SVFFRAGIORVM.ADITVS.AD.SACROS HONORES. SENATVS. CONSVLTO. INTERCLVSVS IIDEM. AB. REGE. ATALARICO. POENA. MVLTATI
LEGATI. AB. IVSTINIANO.AVG.VENERE. QVI.PONTIF. MAXIMO. LITTERAS. CATHOLICAE. PROFESSIONIS DXXXIII. TESTES. OFFERRENT. DONAQVE.PETRO.APOSTOLO IN. VATICANO. DICARENT
IOANNES. ANNO. III. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. AGAPETVS. HVNC.REX DXXXV. THEODOTVS. PACIS. CONSTITVENDAE. CAVSSA ORATOREM. AD. IVSTINIANVM. AVG. MISIT.MAGNI EIDEM. HONORES. CONSTANTINOPOLI. HABITI AVTHIMVS. AVCTOR. RERVM. NOVARVM. EX. EIVS AVCTORITATE. PONTIFICATV. SE. ABDICARE COACTVS.MVLTI. HAERETICARVM.PARTIVM. DVCES IN. EXSILIVM. PVLSI
AGAPETVS. MENSE. XI. PONTIFICATVS.SVI.MORTVVS DXXXVI. EST. CONSTANTINOPOLI. IN. EIVS. LOCVM. F. E. SILVERIVS.QVEM.REX.THEODOTVS.COMMENDARAT
BELISARIVS.DVX.GOTHICI.BELLI.CAMPANIA.RECEPTA VRBEM. INGRESSVS. MOENIA. ET. PROPVGNACVLA DXXXVII. RESTITVIT. FOSSAM. CIRCVMDVXIT. GOTHORVM IMPETVM. RETARDAVIT
REX. VITIGES. VRBEM. OBSIDIONE. CLAVSIT. IN. EO RERVM. DISCRIMINE. THEODORA. AVG. SILVERIO EXSILIVM. IRROGAVIT. QVOD. ANTHIMI RESTITVTIONI. ADVERSATVS. ESSET. EIDEM VIGILIVM. PER. VIM. SVFFECIT
SILVERIVS. ANNO. II. PONTIFICATVS.SVI.IN.EXSILIO MARTYRIVM. FECIT. AB. EIVS. MORTE. VIGILIVS DXXXVIII.

PON-

PONTIFEX· MAXIMVS· HABITVS· EST

GOTHI· OBSIDIONEM·VRBIS· SOLVERVNT·BELISARIVS AFRICA· SVBACTA· ET· VRBE· ATQVE· ITALIA LIBERATA· CRVCEM· AVREAM· CENTVM· PONDO GEMMIS· DISTINCTAM· PETRO· APOSTOLO·DONVM DEDIT· IDEM· HOSPITALES· DOMOS· ALENDIS PAVPERIBVS· BINAS· EXSTRVXIT

ARATOR· ACTA· APOSTOLORVM· QVAE· VERSIBVS COMPLEXVS· ERAT· AD· PETRI· IN· EXQVILIIS RECITAVIT· HYPODIACONVS· A· VIGILIO· FACTVS EST DXXXXIII·

REX· TOTILAS· VRBEM· OBSIDERE· INSTITVIT IVSTINIANVS·AVG· VIGILIVM· CONSTANTINOPOLIM ARCESSIVIT DXXXXV·

VRBS· A· REGE· TOTILA· CAPTA· EST· MOENIA INTERRVPTA· OPES· DIREPTAE· MAGNVS· CIVIVM NVMERVS·DIFFVGIT·MVLTI·A· REGE· IN·CAMPANIAM DEDVCTI DXXXXVI·

BELISARIVS· VRBEM· IMPROVISO· ADVENTV·RECEPIT COMMVNIVIT· GOTHOS· OPPVGNATIONEM INFERENTES· FVGAVIT DXXXXVII·

VRBS·ITERVM· AB·REGE· TOTILA· OBSESSA· CAPTAQVE EST· GRAECI· MAGNAM· PARTEM· CAESI· CIVES BENE· HABITI· SVNT DXXXXVIIII·

VIGILIVS· COSTANTINOPOLI· MVLTIS· PRECIBVS A· IVSTINIANO· AVG· CONTENDIT· VT· BELLVM ADVERSVS·GOTHOS·RENOVARET· CONTROVERSIAE IBIDEM· MOVERI·COEPTAE·DE·SCRIPTIS·THEODORI ET· THEODORETI· ET· IBAE· VIGILIVS· SENTENTIAE AVGVSTI· ADVERSATVS·CHALCEDONEM·IN·ASYLVM SECESSIT DL·

VRBS· A· NARSETE· PVLSIS· GOTHIS· RECEPTA· QVI MAVSOLEVM· HADRIANI· COMMVNIVERANT· IN DEDITIONEM· VENERVNT DLI·

CONCILIVM· MAGNVM· CONSTANTINOPOLI· ACTVM VIGILIVS·CVM·SENTENTIAE·EIVS·SVFFRAGATORIBVS OB· CONSTANTIAM· PROPOSITI· IN· EXSILIVM PVLSVS· PAVLLO· POST· REVOCATVS· EXPOSITA SENTENTIAE· SVAE· FORMVLA· ACTA· CONCILII COMPROBAVIT· IDEM· QVVM· ROMAM· REDIRET DLII·

SYRACVSIS. MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E.
PELAGIVS. QVEM. IVSTINIANVS. AVG. COMMENDARAT DLV.
SVMMA. INTER. EPISCOPOS. DE. CONCILII. QVINTI
AVCTORITATE. DISSENSIO. FVIT. EAM. PELAGIVS
LITTERIS. SEDARE. CONATVS. EST. NARSETE DLVI.
AVCTORE. TEMPLA. VRBIS. INSTAVRATA. DOMVS
RESTITVTAE. AVCTA. A. PELAGIO. AEDES. LAVRENTI
EXTRA. POMOERIVM. ET. SEPVLCRVM. MARTYRIS
SIGNIS. ARGENTEIS. EXCVLTVM. IDEM. DOMI. AEDES
HOSPITALES. SENIBVS. EGENIS. CONSTITVIT
TEMPLVM. PHILIPPI. ET. IACOBI. APOSTT. INCHOAVIT
PELAGIVS. ANNO. V. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. IOANNES. III. HOC DLX.
PONTIFICE. TEMPLVM. PHILIPPI. ET. IACOBI. APOSTT.
ABSOLVTVM. EST
PESTILENTIA. GRAVIS. IN. VRBE. TERRAQVE. ITALIA
OMNE. MORTALIVM. GENVS. DEPOPVLATA. EST DLXVI.
IOANNES. NEAPOLIM. PROFECTVS. NARSETEM. IAM
IN. GRAECIAM. SOLVENTEM. RETINVIT. ET. IN DLXVII.
VRBEM. REDVXIT
REX. ALBOINVS. MAGNVM. LANGOBARDORVM
ALIARVMQVE. GENTIVM. EXERCITVM. IN. ITALIAM DLXVIII.
INFVDIT
IOANNES. ANNO. XIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. BENEDICTVS. HOC DLXXIII.
PONTIFICE. GREGORIVS. QVI. MAGNVS. DICTVS
EST. QVVM. SE. PRAEFECTVRA. VRBIS. ABDICASSET
COENOBIVM. DOMI. SVAE. AD. CLIVVM. SCAVRI
CONDIDIT. IBIQVE. MONACHVM. AGERE. INSTITVIT
MAGNAE. PASSIM. A. LANGOBARDIS. INLATAE. ITALIAE
CLADES. PLERAQVE. OPPIDA. CAPTA. INCVRSIONES DLXXV.
IN. FINES. ROMANOS. FACTAE
BENEDICTVS. ANNO. V. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS DLXXVIII.
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. PELAGIVS. II. LEGATI
AB. EO. AD. TIBERIVM. AVG. QVI. AVXILIVM
ADVERSVS. HOSTES. IMPLORARENT. SVBMISSAE
GRAECORVM. COPIAE. LANGOBARDOS. VRBI
IMMINENTES. IN. OFFICIO. TENVERE. PROCVRATIO
NEGOTIORVM. PONTIFICALIVM. APVD. TIBERIVM
AVG. GREGORIO. DATA. EST

LAN.

LANGOBARDI· COENOBIVM· AGRI· CASINATIS IRRVPTIONE· FACTA· CEPERVNT· MONACHOS DILAPSOS· VAGOSQVE· PELAGIVS· COLLEGIT SEDEMQVE· IIS· AD· LATERANVM· DEDIT — DLXXXII·

MAVRITIVS· AVG· DE· VRBIS· PERICVLO· ADMONITVS GREGORIVS·IN·PATRIAM·REDIIT·GRAVES·LITTERAE A· PELAGIO· MISSAE· AD· HELIAM· PONTIFICEM AQVILEIENSIVM· ET· AD· OMNES· VENETIAE EPISCOPOS· VT· A· PERVERSA· SENTENTIA DIMOVERET· ZMARAGDI· HEXARCHAE· RAVENNAT. AVCTORITAS· ATQ· OPERA· INTERPOSITA· EST — DLXXXIII·

CONCILIVM· INDICTVM· AD· EOS· IN· GRATIAM RECIPIENDOS· QVI· OB· ACTA· CONCILII· MAGNI CONSTANTINOPOLITANI· II· A·PONTIFICE·MAXIMO DISSEDERANT· PRAEFATIONVM· QVAE· IN· SACRIS SOLLEMNIBVS· CANTANTVR· EXEMPLAR· GALLIS ET· GERMANIS· DATVM — DLXXXVIIII·

TIBERIS· EXVNDATIO· ET· PESTILENTIA· IN· VRBE FVIT· FVNESTAE· VBIQVE· DOMVS· PELAGIVS· IPSE ANNO· XII· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS· EST·IN EIVS· LOCVM· F· E· GREGORIVS· MAGNVS SVPPLICATIONES· AB· EO·AD·TEMPLA· INSTITVTAE PLACANDI· NVMINIS· CAVSSA — DLXXXX·

ARIOLFI· DVCIS· SPOLETINORVM· CONATVS GREGORIO· AVCTORE· REPRESSI· REX· AGILVLFVS OBSIDIONEM· VRBIS· SOLVERE· COACTVS· REGINA THEODELINDA· DE· CONTROVERSIIS· CONCILII QVINTI· A· GREGORIO· EDOCTA· MVLTI· PACIS STVDIO· LABORES· EXANTLATI — DLXXXXI·

GREGORIVS· LEGATIS· IN·SARDINIAM· SACERDOTIBVS MVLTOS· INANIVM· DEORVM· CVLTORES· VETERI SVPERSTITIONE· LIBERAVIT· IOANNEM·EPISCOPVM CONSTANTINOPOL· QVI· SE· PONTIFICEM OECVMENICVM· APPELLABAT· ABSTINERE· EO TITVLO· IVSSIT· CONCILIO· VOCATO· IOANNEM PRESBYTERVM· CHALCEDONENSEM· HAERESIS INSIMVLATVM· ABSOLVIT — DLXXXV·

AVGVSTINVS· ET· SOCII·MONACHI·MISSI·A·GREGORIO IN· BRITANNIAM·QVI·EAS·GENTES·AD·CHRISTIANAM PROFESSIONEM· INSTITVERENT· CROTONIATES — DLXXXVI·

CON·

CONTVMELIIS. CAPTIVITATIS. EXEMPTI. PAX. EO CONCILIATORE. ITALIAE. REDDITA DLXXXXVIIII.

AEDES. AGATHAE. VICO. SVBVRRA. QVAM. FLAVIVS RICIMER. ADORNARAT. EXPIATA. DEDICATAQVE EST. TEMPLA. PASSIM. ORNATV. EXCVLTA. DONARIIS AVCTA

SAECVLVM. VII.

CONCILIVM. A. GREGORIO. INDICTVM. AD LATERANVM. CONTROVERSIAE. DE. IVRE MONACHORVM. DIREMPTAE. ANDREAS. PLANVS DAMNATVS. EST DCI.

DONA. A. GREGORIO. REGINAE. THEODELINDAE MISSA. LAGVNCVLAE. OLEI. PLENAE. DE. LYCHNIS AD. MARTYRVM. SEPVLCRA. ARDENTIBVS DCII.

GREGORIVS. ANNO. XIIII. PONTIFICAT. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. SABINIANVS. HOC PONTIFICE. FAMES. IN. VRBE. FVIT. RAVENNAE ACTVM. EX. EIVS. AVCTORITATE. DE. DISSIDIO EPISCOPOR. TOLLENDO. CANDIDIANVS. PONTIFEX MAIOR. AQVILEIENSIVM. RITE. FACTVS. IN. INSVLAM GRADVM. CONCESSIT DCIIII.

SABINIANVS. ANNO. II. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. BONIFACIVS. III. HVIVS OPERA. PHOCAS. AVG. ADVERSVS. PONTIFICES CONSTANTINOPOLITANOS. EDIXIT. VNVM. ESSE QVI. EPISCOPVS. OECVMENICVS. HABENDVS. SIT PONTIFICEM. ROMANVM DCVII.

CONCILIO. IN. VRBEM. CONVOCATO. ACTVM. DE PONTIFICVM. CREATIONE. DECRETVMQVE. FACTVM EST. A. DEFVNCTI. SEPVLTVRA. TRIDVVM. SVFFRAGIIS SVPERSEDENDVM. VIDERI

BONIFACIVS. MENSE. VIIII. PONTIFICATVS. SVI MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. BONIFACIVS IIII. PANTHEON. AB. EO. EXPIATVM. DEDICATVMQVE EST. CONSENSV. PHOCAE. AVG. QVI. NOVAE. AEDI FVNDOS. ADTRIBVIT DCVIII.

CONCILIVM. VOCATVM. AD. COMPONENDAS BRITANNORVM. CONTROVERSIAS. DE. IVRE DCX.

MONACHORVM· RESPONSA· DATA
BONIFACIVS·ANNO· VII· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· ADEODATVS·ORIENTE
OMNI· PERSARVM· INCVRSIONIBVS· INFESTO· PAX DCXV·
IN· ITALIA· FVIT· LANGOBARDI· ARIANAS· PARTES
PLERIQVE· DESERVERVNT
TERRAE· PRIMVM· MAXIMVS· MOTVS· DEINDE· LVES
VRBEM· ADTRIVIT· ADEODATVS·ANNO·IIII·PONTIF·
SVI· MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· DCXVIIII·
BONIFACIVS· V·
LEGATI· E· BRITANNIA· NVNCIAVERVNT· REGEM
ATHELVALDVM· FACTVM· ESSE· CHRISTIANVM·REX DCXXI·
NORTHVMBRIORVM· BONIFACII· LITTERIS· AD
CHRISTIANAM· PROFESSIONEM· EXCITATVS· EST
PONTIFICIS· CANTVARIENSIS· HONORES· AVCTI
BONIFACIVS·ANNO· VI· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS·LOCVM· F·E·HONORIVS·HOC·PONTIF· DCXXV·
SACROSANCTA· CRVX· D· N· IESV· AB· HERACLIO
DE· PERSIS· RECEPTA· EST DCXXVIIII·
TVRBATVM· IN· ORIENTE· OB· HAERESIM
MONOTHELETARVM· FRAVDOLENTAE· AD DCXXXIII·
HONORIVM· DE· EA· LITTERAE· A· FAVTORIBVS
MISSAE· RESPONSVM· AB· EODEM· SECVNDVM
QVAESITA· DATVM· CYRVS· PONTIFEX
ALEXANDRINORVM· SILERE· IVSSVS
SAXONES· QVI· INSVLAM· BRITANNIAM· AD
OCCIDENTEM· INCOLEBANT· HONORII· OPERA
CHRISTIANAM· PROFESSIONEM·AMPLEXI·DISSIDIVM DCXXXVII·
DIOECESIS· AQVILEIENSIS· IN· MVLTOS· ANNOS
SVBLATVM
TEMPLVM· VATICANVM· AB· HONORIO· TEGVLIS
AEREIS· DE· AEDE· ROMAE· AVVLSIS· CONTECTVM
EST· AEDES· HAGNAE· VIA· NOMENTANA·PANCRATII
VIA· AVRELIA· RESTITVTAE· ITEM· AEDES
APOLLINARIS·IN·VATICANO· IIII· CORONATORVM
IN· COELIO· LVCIAE· AD· CLIVVM· SVBVRRAE
HADRIANI· IN· TRIBVS· FORIS· ANASTASII· AD
AQVAS·SALVIAS·CYRIACI·VIA· OSTIENSI· CONDITAE
HONORIVS·ANNO· XIII· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS DCXXXVIII·
EST· INTERREGNVM· AB· EIVS· MORTE· ANNI· ET

MENSIVM. VII. DIERVMQ. XVII. PER. ID. TEMPVS
SACRI. THESAVRI. TEMPLI. LATERAN. AB. ISAACO
HEXARCHA. PVLSIS. IN. EXSILIVM. CVSTODIBVS
COMPILATI
SEVERINVS. PONTIFEX. MAXIMVS. F. E. CONCILIVM
AB. EO. VOCATVM. ADVERSVS. MONOTHELETAS DCXXXX.
EKΘΕΣΙΣ. HERACLII. AVG. ET. ACTA. SYNODI
CONSTANTINOP. RESCISSA. DAMNATA
SEVERINVS.MENSE. III. PONTIFICATVS.SVI.MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM.F.E.IOANNES. IIII. LITTERAE
AB. HOC. AD. HERACLIVM. CONSTANTINVM. AVG. DCXXXXI.
MISSAE. VT. EVM. DE. HONORII.PONT.MAX. RECTA
SENTENTIA.ET.DE.SERGII.PONTIF.CONSTANTINOI.
PERVERSA. DOCTRINA. EDOCERET
DALMATAE. AB. EODEM. ATQVE. HISTRI. INOPIA
LEVATI. QVIQVE. A. BARBARIS. RAPTI. IN DCXXXXII.
SERVITVTEM. FVERANT. PRETIO. REDEMPTI
AEDES. VENANTII. ET. ANASTASII. AD. FONTEM
LATERAN. EXSTRVCTA
IOANNES. ANNO. II. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. THEODORVS. HOC
PONTIFICE. PYRRHVS. QVI. PONTIFICATV
CONSTANTINOP. SE. ABDICARAT. ROMAM. VENIT DCXXXXV.
ET. MONOTHELETARVM. DOCTRINA. REIECTA
SACRAMENTVM. EX. FORMVLA. CATHOLICAE
PROFESSIONIS. DIXIT
PAVLLVS. PONTIFEX. CONSTANTINOP.A.THEODORO
GRAVITER. ADMONITVS. VT. ANIMI.DOCTRINAEQ.
SVAE. SENSA. APERIRET. AEDES. VALENTINI.MART. DCXXXXVI.
VIA. FLAMINIA. CONDITA. EST
PYRRVS. QVOD. RAVENNAE. DEGENS. AD. PARTES
MONOTHELETARVM. REDIERAT. A. THEODORO
DAMNATVS. EST. SENTENTIA. IN. EVM. AD. PETRI DCXXXXVIII.
APOST. SEPVLCRVM. D.N.IESV. SANGVINE.SCRIPTA
THEODORVS.ANNO.VII.PONTIFICATVS.SVI.MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F.E. MARTINVS.CONCILIVM
AB. HOC. VOCATVM. IN. LATERANVM. REIECTA DCXXXXVIIII.
OMNIVM. SVFFRAGIIS. EKΘΕΣΙΣ. HERACLII. ΤΥΠΟΣ
CONSTANTIS. AVGG. DAMNATI. PARTIVM. DVCES
CYRVS. SERGIVS. PYRRHVS. PAVLLVS

MARTINVS· A· KALLIOPA· HEXARCHA· IN· TEMPLO LATERAN· CAPTVS· CONSTANTINOPOL· ADDVCTVS EST· IBIQVE·CONSTANTIS·AVG·IVSSV·IN·CARCEREM CONIECTVS· AD· TRES· MENSES· IN· VINCVLIS·FVIT PRODITIONIS· ACCVSATVS· CRIMEN· DILVIT CALVMNIAM· OBTRIVIT·IDEM·EXSVTVS· INSIGNIBVS PONTIFICATVS· ET· IN· EXSILIVM· ACTVS PRAECLARVM· MARTYRIVM· FECIT· ANNO· VII· PONTIFICATVS· SVI DCLIII·

EVGENIVS· SEX· ANTE· MENSES· CREATVS· A·MARTINI MORTE· PONTIFICATVM· SVSCEPIT· ET· LEGATOS CONSTANTINOPOLIM· MISIT. LITTERAE· AD· EVM A· PETRO· PONTIFICE·CONSTANTINOP·VENERVNT DOLI·PLENAE·QVAS·POPVLVS·ROMANVS·VNIVERSVS QVVM·RECITARENTVR·REIICIENDAS·CONCLAMAVIT DCLV·

EVGENIVS· ANNO· III· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· VITALIANVS· LEGATI AB· HOC·CONSTANTINOPOLIM· QVI· CONSTANTEM AVG· DE· OFFICIO· ADMONERENT· IS· LIBRVM EVANGELIORVM· FRONTIBVS· AVREIS· GEMMATIS PETRO· APOST· DONVM· MISIT DCLVII·

MARINVS· A· VITALIANO· PRIMVS· FERRARIENSIBVS EPISCOPVS· DATVS DCLXI·

CONSTANS· AVG· CLASSE· TARENTVM· APPVLIT· ET ROMAM· CVM· EXERCITV· VENIT· VITALIANVS· CVM PATRIBVS· POPVLOQVE· AD· MILLIARIVM· VI· OBVIAM· PROGRESSVS· EVM· IN· VRBEM· ATQVE· AD TEMPLVM· VATICANVM· DEDVXIT· ILLE· DONIS PETRO· APOST· DICATIS· LVSTRATAQVE· VRBE AERIS· QVANTVM· VBIQVE· RELIQVVM·NACTVS· EST ABSTVLIT· ET· DVODECIMO· AB· ADVENTV· DIE NEAPOLIM· REVERSVS· IN· SICILIAM· NAVIGAVIT DCLXIII·

MAVRVS· PONTIFEX· RAVENNATIVM· QVOD· IMPERII EXPERS·PONTIFICEM·MAXIMVM·TAMQVAM·ALIENVM HABERET· NEC· IN· IVDICIVM· VOCATVS· ADESSET VITALIANI· SENTENTIA· A· SACRIS· COMMVNIBVS REMOTVS· EST. DCLXVI·

CONCILIVM· ACTVM· OB·DELATVM· NOMEN· IOANNIS PONTIFICIS·LAPPENSIVM· IN· INSVLA·CRETA· ISQVE ABSOLVTVS· EST. THEODORVS· E· GRAECIA DCLXVII·

MONACHVS. IN. BRITANNIAM. MISSVS. IVVENTVTIS
INSTITVENDAE. ET. DISCIPLINARVM. TRADENDARVM
CAVSSA

VITALIANVS. ANNO. XV. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. ADEODATVS. II. HOC DCLXXII.
PONTIFICE. AEDES. PETRI. VIA. PORTVENSI
RESTITVTA. DEDICATAQVE. EST. IDEM. COENOBIVM
QVOD. IN. COELIO. INCOLVERAT. REFECIT. DITAVIT

AVDOENVS. PONTIFEX. RODVMNATIVM. IN. VRBEM
SEPVLCRI. APOSTOLORVM. VISENDI. CAVSSA. VENIT DCLXXV.
MVLTAQVE. GALLICARVM. GENTIVM. DONARIA
ATTVLIT. ET. DEDICAVIT

ADEODATVS. ANNO. V. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. DONVS. HVIC. REPARATVS DCLXXVI.
PONTIFEX. RAVENNATIVM. REVERENTIAM. QVAM
DEBEBAT. AMBITV. RELICTO. PRAESTITIT

QVADRIGEMINA. TEMPLO. VATICANO. PORTICVS
ADDITA. AEDESQVE. APOSTT. VIA. OSTIENSI
EVPHEMIAE. VIA. APPIA. RESTITVTAE

LITTERAE. AB. CONSTANTINO. BARBATO. AVG. AD
DONVM. MISSAE. VT. CONCILIVM. MAGNVM DCLXXVIII.
CONSTANTINOPOLIM. VOCARETVR

DONVS. ANNO. III. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN EIVS. LOCVM. F. E. AGATHO. CONCILIVM
AB. HOC. INDICTVM. VT. VILFRIDO. PONTIFICI
QVEM. EBORACENSES. IN. EXSILIVM. EGERANT
POSTLIMINIVM. DARETVR. CONTROVERSIAE
BRITANNORVM. DIREMPTAE

CONCILIVM. ITERVM. ACTVM. ADVERSVS
MONOTHELETAS. LEGATI. CONSTANTINOPOLIM DCLXXVIIII.
QVI CONCILIO. MAGNO. PRAEESSENT

PESTILENTIA GRAVIS. IN. VRBEM. TOTAMQ. ITALIAM
INCIDIT. OPE. SEBASTIANI. MARTYRIS. IMPLORATA DCLXXX.
CONTAGIO. MORBI. PROHIBITA. EST

CONSTANTINVS. BARBATVS. AVG. EDICTO. CAVIT
NE. QVIS. IN. POSTERVM. CVI. PONTIFICATVS DCLXXXI.
MAXIMVS. DELATVS. ESSET. AVRVM. DONATICVM
AVGVSTIS. PENDERE. COGERETVR

AGATHO. ANNO. III. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. LEO. II. PRAESCRIPTVM DCLXXXII.

A· CONSTANTINO· BARBATO· AVG· VT· PONTIFEX
RAVENNATIVM· IN· VRBE· A· PONTIFICE· MAXIMO
CONSECRARETVR· DECRETVM· A· LEONE· NE· QVID
AB· EO· OB· HONORIS· INSIGNIA· EXIGERETVR
AEDES· A· LEONE· TRES· CONDITAE· INLATISQVE
CINERIBVS· MARTYRVM· DEDICATAE· PAVLLI· AD
VIVIANAE· SEBASTIANI· ET· GEORGII· IN· FORO
BOARIO
LEO· MENSE· XI· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS· EST DCLXXXIIII·
IN· EIVS· LOCVM· F· E· BENEDICTVS· II· HVIC
CONSTANTINVS· BARBATVS· AVG· CAESARIEM
IVSTINIANI· ET· HERACLII· FILIORVM· HONORIS
ERGO· TAMQVAM· PARENTI· ALTERI· ET· DOMINO
MISIT· IDEM· DECREVIT· VT· QVI· DEINDE· PONTIFEX
MAXIMVS· CREATVS· ESSET· AVGVSTO· IN· INCERTVM
AVCTORE PROTINVS· CONSECRARETVR
TEMPLVM· VATICANVM· AEDES· ROTVNDA· AEDES
LAVRENTI· ET· LVCINAE· AEDES· VALENTINI· VIA
FLAMINIA· RESTITVTAE· ORNATAE· DONARIIS
AVCTAE
BENEDICTVS· MENSE· XI· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· IOANNES· V· HOC DCLXXXV·
PONTIFICE· GISOLFVS· DVX· BENEVENTANORVM
INCVRSIONEM· IN· FINES· ROMANOS· FECIT
IOANNES· ANNO· II· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· CONON· QVI· PETRVM DCLXXXVI·
ET· THEODORVM· COMPETITORES· HABVIT
CONON· MENSE· XI· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· SERGIVS· HVIC DCLXXXVII·
FACTIONES· BINAE· ADVERSATAE· ALTERA
THEODORVM· ALTERA· PASCHALEM· OPPOSVIT
THEODORVS· OMISSO· HONORIS· CERTAMINE· SERGIVM
ADORAVIT· PASCHALIS· AB· HEXARCHA· QVEM
RAVENNA· ACCIVERAT· DESERTVS· MAGICIS· EI
SVPERSTITIONIBVS· OBIECTATIS· IN· COENOBIVM
DEPORTATVS· EST
REX· CEDOALDVS· E· BRITANNIA· IN· VRBEM· ADVENIT
IBIQVE· A· SERGIO· SANCTAE· HEBDOMADIS· DIE DCLXXXVIII·
SABBATO· CHRISTIANVS· SACRO· BAPTISMATE
FACTVS· ET· PETRVS· APPELLATVS· EST· IDEM

AN EQVAM ALBAS DEPONERET ROMAE DEFVNCTVS
ACTA CONCILII TRVLLANI A SERGIO REIECTA
MINIS IVSTINIANI II AVG CONTEMPTIS INSIDIIS DCLXXXXI
MILITVM SVBMISSORVM DETECTIS
NOMEN CHRISTIANVM SERGII CVRA PER
GERMANIAM PROPAGATVM DIOECESIS
AQVILEIENSIS DISSIDIA RESTINCTA CONCILII V
ACTIS IN PERPETVVM RECEPTIS DCLXXXXVIII
TEMPLI VATICANI LACVNARIA REFECTA FRONS
OPERE MVSIVO EXORNATA MVLTAE AEDES
SACRAE RESTITVTAE AVT DONARIIS DITATAE

SAECVLVM VIII

SERGIVS ANNO XIIII PONTIFICATVS SVI MORTVVS
EST IN EIVS LOCVM F E IOANNES VI HVIVS DCCI
OPERA TVMVLTVS ITALIAE ADVERSVS
THEOPHYLACTVM HEXARCHAM COMPRESSVS EST
IDEM GISOLFVM DVCEM BENEVENTANORVM
COPIAS AD VRBEM HOSTILITER ADMOVENTEM
MVNERIBVS PLACAVIT CAPTIVOS DE EODEM DCCII
MVLTOS REDEMIT
IOANNES ANNO IIII PONTIFICATVS SVI MORTVVS
EST IN EIVS LOCVM F E IOANNES VII HVIC DCCV
IVSTINIANVS II AVG ACTA CONCILII TRVLLANI
MISIT FIDEM IN EA SVAM VT INTERPONERET
ROGAVIT ILLE CONCILIO EPISCOPOR VOCATO
NIHIL IMMVTAVIT IISDEM IVDICIBVS VILFRIDVS
PONTIFEX EBORACENSIVM ITERVM ABSOLVTVS
EST
REX ARIBERTVS PATRIMONIVM QVOD ECCLESIAE
ROMANAE IN ALPIBVS COTTIIS MAIORES DCCVII
ERIPVERANT IOANNI RESTITVIT
CELLA SANCTAE VIRGINIS IN TEMPLO VATICANO
A IOANNE EXSTRVCTA AEDES EVGENIAE
LAQVEARI REFECTO EXORNATA
IOANNES ANNO III PONTIFICATVS SVI MORTVVS
EST IN EIVS LOCVM F E SISINNIVS QVI VICESIMO
DIE PONTIFICATVS SVI INTERCEPTVS DCCVIII
CONSTANTINVM SVCCESSOREM HABVIT HOC

PONTIFICE· FAMES· IN· VRBE· TRIENNIO· FVIT
CONSTANTINVS· A· IVSTINIANO· II· AVG·
CONSTANTINOPOLIM· ACCITVS· PORTV· ROMANO DCCX·
SOLVIT· MAGNVS· EI· HONOS· AVG· IVSSV· IN
MARITIMIS· ITALIAE· VRBIBVS. MAXIMVS
CONSTANTINOPOLI· HABITVS· EST· EO· ABSENTE
CAEDES· PROCERVM· IN· VRBE· A· RIZOCOPO
HEXARCHA· FACTA· EST
CONSTANTINVS· RECTIS· CONSILIIS· AVGVSTO· DATIS
REBVSQVE· COMPOSITIS· IN· ITALIAM· REDIIT· EVM DCCXI·
POPVLVS· ROMANVS· A· PORTV· CAIETAE· FREQVENS
IN VRBEM· DEDVXIT
LITTERAE· A· PHILIPPICO· AVG· ADLATAE· VETERIS
DOCTRINAE· ALIENAE· ET· ACTA· CONCILII· VI· DCCXII·
IMPROBANTES· QVIBVS· A· CONSTANTINO
REPVDIATIS· POPVLVS· ROMANVS· SEX· CONCILIA
IN· TEMPLI· VATIC· PORTICV· PINGENDA· CVRAVIT
EAQVE· NE· DELERENTVR· EFFECIT· PHILIPPICVM
NVLLO· HONORE· DIGNATVS· EST· PRAEFECTVMQ·
REIECIT· QVI· EIVS· NOMINE· INDVCTVS· ERAT
NVNCII· CONSTANTINOPOLI· VENERE· PHILIPPICO
DETVRBATO· ANASTASIVM· IMPERATOREM DCCXIII·
AVGVSTVM· ESSE· FACTVM· IDEM· LITTERIS· AD
PONTIFICEM· MAXIMVM· MISSIS· SE· VLTRO
CONCILIVM· VI· VENERARI· PROFESSVS· EST
CONSTANTINVS· ANNO· VIII· PONTIFIC· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· GREGORIVS· II· EO DCCXVI
AVCTORE· MOENIA· VRBIS· RESTITVI· COEPTA
PATRIMONIVM· ALPIVM· COTTIARVM· ADVERSVS
REGIS· LIVTPRANDI· CVPIDITATEM· EIVSDEM
INSTANTIA· CONSERVATVM
TIBERIS· EXVNDATIO· IN· VRBE· FVIT· EIVS· PERICVLI
AVERTENDI· CAVSSA· SVPPLICATIONES· AD· TEMPLA DCCXVI·
INDICTAE
LEO· ISAVRICVS· AVG. CATHOLICAM· PROFESSIONIS
SVAE· FORMVLAM· AD· GREGORIVM· MISIT· IMAGO
EIVS· POPVLO· PLAVDENTE· IN· VRBEM· INLATA
CVMAE· GREGORII· CONSILIO· EIECTIS· LANGOBARDIS
RECEPTAE· PETRONAX· DECVRIO· BRIXIANVS DCCXVII·
CASINVM· DESTINATVS· COENOBII· RESTITVENDI

CAVSSA. MONACHI. FREQVENTES. INCOLERE COEPERVNT·ET·ROMAE·ITEM·MVLTI·IN· COENOBIA AEDIBVS·PARTIM·REFECTIS·PARTIM· AB·INCHOATO EXSTRVCTIS. REDVCTI. SVNT

IVRA. PONTIFICVM. GRADENSIS. ET. AQVILEIENSIS GREGORII. LITTERIS. DEFINITA. CONCILIVM. IN VRBE. ACTVM. ADVERSVS. ILLICITA. CONVBIA DCCXVIIII.

BONIFACIVS. NOMINE. CHRISTIANO·APVD·BARBARAS NATIONES. PROPAGATO. ROMAM. VENIT. ET. A GREGORIO. PONTIFEX. FACTVS. IN. GERMANIAM ITERVM·MISSVS·EST·CONCILIVM·ITERVM·VOCATVM VT. CORBINIANI. PONTIFICIS. FRISINGENSIVM CAVSSA. AGERETVR DCCXXIIII.

PETRVS·PONTIFEX·POLATIVM·QVOD·PONTIFICATVM GRADENSEM. ACCEPISSET. PRIORE. ETIAM. A GREGORIO. SPOLIATVS. EST. VENETI. ADMONITI VT. PONTIFICES. EX. VETERI. PRAESCRIPTO CREARENT. DATVM. HIS. DEPRECANTIBVS. VT PETRVS·POLAM. AD. PRISTINOS·HONORES·REDIRET DCCXXV.

EODEM. ANNO. EDICTVM·A·LEONE·AVG·PROPOSITVM EST·VT·IN·PROVINCIIS. IMPERII·ROMANI. IMAGINES SACRAE. NVLLAE. ESSENT. GREGORIVS. CONCILIO CONVOCATO. ICONOCLASTAS. OMNES·DAMNAVIT ET. GRAVIBVS. LITTERIS. LEONEM. AVG. A PROPOSITO. DETERRERE. CONATVS. EST. IDEM SPE. FRVSTRATVS·POPVLVM·ROMANVM·ET·ITALIAE CIVITATES·AD·VETEREM·DOCTRINAM·RETINENDAM CONFIRMAVIT DCCXXVI. DCCXXVII.

INSIDIAE. A. LEONE. AVG. GREGORIO. PARATAE MILITES. AD. VRBIS. PERNICIEM. RAVENNA. ET NEAPOLI. ACCITI. REX. LIVTPRANDVS. RAVENNAM CEPIT. GRAECOS. INSECTATVS. ROMANIS. FAVIT DCCXXVII.

RAVENNA. VENETORVM. OPE. A. GRAECIS. RECEPTA LIVTPRANDVS. ROMAM. CVM. EXERCITV. VENIT DONAQVE. PETRO. APOSTOLO. IN. VATICANO DICAVIT. EVTYCHIO. HEXARCHA. QVI. DE. P. R. PESSIME. MERITVS. ERAT. GREGORII. PRECIBVS CONDONATO. IN. REGNVM. SVVM. VRBE·INTACTA RECESSIT DCCXXVIIII.

ANASTASIO. QVEM. LEO. AVG. GERMANO. EIECTO

CON-

Digitized by Google

CONSTANTINOPOLITANIS· PONTIFICEM· DEDERAT IVS· OMNE· OB· HAERESIM· GREGORII· SENTENTIA ADEMPTVM DCCXXX·

TEMPLVM· PAVLLI· VIA· OSTIENSI· A· GREGORIO LAQVEARIBVS· RESTITVTIS·ET·ALTARI·EXSTRVCTO RENOVATVM· EST· AEDES· SESSORIANA· AEDES LAVRENTII· EXTRA· POMOERIVM·REFECTAE· AEDES AGATHAE·SOLO·PRIVATO·CONDITA·AQVA· MARTIA IN· VRBEM· REDVCTA

GREGORIVS·ANNO· XVI· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST·IN·EIVS·LOCVM·F·E· GREGORIVS· III· LITTERAE AB· EO· AD· AVGG· MISSAE· COMMONENDI· CAVSSA QVAS· LEGATVS· OB· METVM· NON· PERTVLIT· IS CONCILIO· VOCATO·INCREPITVS·ET·VIAM·BANDEM INIRE· IVSSVS· EST D CCXXXI·

CONCILIVM·ITERVM·IN·VATICANO·ACTVM·ADVERSVS ICONOCLASTAS· IIDEM· A· SACRIS· COMMVNIBVS EXCLVSI· ET· ACTORVM· EXEMPLAR· AD· AVGG· MISSVM· NEC· PERLATVM· EO· QVI· FEREBAT· IN SICILIA· DEPREHENSO DCCXXXII·

LEONIS· AVG· IVSSV· EREPTA· ECCLESIAE· ROMANAE PATRIMONIA·QVAE·IN·SICILIA·QVAEQ· IN·BRVTTIIS HABEBAT DCCXXXIII·

LITTERAE· A· GREGORIO· SCRIPTAE· AD· NOVOS GERMANIAE· CHRISTIANOS· QVAS· BONIFACIVS APOSTOLVS· ATTVLIT DCCXXXVIII·

REX·LVITPRANDVS·INCVRSIONEM·IN·FINES·ROMANOS FECIT· QVOD· HOSTIS· EIVS· TRASMONDVS· DVX SPOLETINORVM· PERFVGIVM· IN·VRBE·INVENISSET EVNDEM· ROMANI· POST· REGIS· DISCESSVM· IN PRISTINVM· STATVM· RESTITVERVNT DCCXXXX·

LEGATI· CVM· MVNERIBVS· A· GREGORIO·IN·GALLIAS QVI· OPEM· A· KAROLO· MARTELLO· ADVERSVS LANGOBARDOS· ET· GRAECOS· IMPLORARENT DCCXXXXI·

TEMPLA· BINA· VATICANVM· ET· LIBERIANVM· A GREGORIO· EXCVLTA· AEDESQ· PLVRES·REFECTAE CHRYSOGONI· CALLISTI· GENESII· MARCI· ITEM MARIAE· AD· MARTYRES· MARIAE· AD· EQVIRIA SERGII·ET·BACCHI·PETRI·ET·MARCELLINI·PROCESSI

ET·MARTINIANI·IDEM·MVROS·VRBIS·RESTITVENDOS CVRAVIT

GREGORIVS·ANNO· XI· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· ZACHARIAS· MISSI· AB HOC· ORATORES· AD· REGEM· LIVTPRANDVM· QVI DE· PACE· AGERENT· ET· RES· BELLO· CAPTAS REPETERENT·IISDEM·RE·INFECTA·DOMVM·REVERSIS ZACHARIAS· IPSE· HORTANVM· PROFECTVS· CVM REGE· TRANSEGIT· OPPIDIS· PRAEDIISQVE· ET CAPTIVIS· RECEPTIS· SVPPLICATIONEM· REDVX INDIXIT· GRATIARVM· DEO· AGENDARVM· CAVSSA EVTYCHIVS· HEXARCHAS· RAVENNATIVM· TERRORE BELLI· INGRVENTE· ZACHARIAE· AVXILIVM· ET FIDEM· INVOCAVIT· HIC· ITINERE·TICINVM·VSQVE SVSCEPTO· ET· LIVTPRANDO· RAVENNATIBVS PLACATO· PACEM· ITALIAE· CONSTITVIT DCCXXXXIII·

CONCILIVM· IN· VRBE· ACTVM· DISCIPLINAE·VETERIS RETINENDAE·CAVSSA·ITEM·ADVERSVS·ALDEBERTVM ET· CLEMENTEM· A· BONIFACIO· SEDITIONIS· PER GERMANIAM· DELATOS DCCXXXV·

KARLOMANNVS· REGIS· PIPINI· FRATER· SEPVLCRA APOSTOLORVM· INVISIT· MVNERA· DICAVIT· IDEM A· ZACHARIA· VOLENS· LIBENSQVE· INTER MONACHOS· ADLECTVS· IN· SORACTE· SECESSIT DCCXXXVII·

MANGONES· A· ZACHARIA· COERCITI· QVI· SERVOS IN· AFRICAM· VENVM· PORTABANT· ET· PRETIO SOLVTO· LIBERATI· QVI· IAM· EMPTI· FVERANT DCCXXXVIII·

REX· RACHIS· ZACHARIAE· HORTATV· PERVSIAE OBSIDIONEM·SOLVIT·IDEM·PAVLLO·POST·RELICTO REGNO· CASINVM· PROFECTVS·MONACHVM·AGERE COEPIT· ET· PROXIMVM· VXORI· ET· FILIABVS COENOBIVM· CONDIDIT DCCXXXVIIII·

LEGATI· E· GALLIIS· QVI· PROCERVM· CONSILIVM DE· SVMMA· IMPERII· AD· PIPINVM· DEFERENDA ZACHARIAE· PROBARENT· REX· CHILPERICVS·INTER MONACHOS· RELATVS· EST DCCLI·

ZACHARIAS· ANNO· XI· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· CREATVS· STEPHANVS· II· QVI· QVARTO· POST· DIE· ANTE· IPSAM DCCLII·

CON-

CONSECRATIONEM· INTERCEPTVS· STEPHANVM·III·
SVCCESSOREM· HABVIT
TVRBATVM· IN· ITALIA· EST· RAVENNA· A· REGE
ASTOLFO· CAPTA· STEPHANVS·POSTQVAM·IRRITAS
LEGATIONES· FVISSE· ACCEPIT· IPSE· TICINVM
PROFECTVS·PACE·INFECTA·IN·GALLIAS· PERREXIT DCCLIIII·
REX· PIPINVS· STEPHANI·ROGATV· BELLVM·ASTOLFO
INTVLIT· ET· PACEM· PETERE· COEGIT· EVNDEM
QVIA· VIOLATO· IVREIVRANDO·AD·ARMA·REDIENS
VRBEM· OBSIDIONE· CINXERAT· EXPEDITIONE
ITERVM·SVSCEPTA·TICINVM·COMPVLIT· ET·GRAVES DCCLV·
EI· PACIS· CONDITIONES· DEDIT
REGIS· PIPINI· BENEFICIO· AEMILIA· ATQVE· VMBRIA
PONTIFICI· MAXIMO· PARERE· COEPIT· GRAECI
IMPERIO· PLERAEQVE· ITALIAE· EXCIDERE
LANGOBARDI· REGE· ASTOLFO· MORTVO· REGNVM DCCLVI·
DESIDERIO· EX· AVCTORITATE· STEPHANI
DETVLERVNT
DOMVS· HOSPITALES· PAVPERIBVS· ALENDIS·IN·VRBE
QVATERNAE· RESTITVTAE· BINAE· REDITIBVS
ANNVIS· INSTRVCTAE· AEDES· PETRONILLAE· IN
VATICANO· CONDITA
STEPHANVS·ANNO· VI· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· PAVLLVS· TRES· CVM DCCLVII·
HOC· DE· HONORE· CONTENDERVNT
THEOPHYLACTVS· CONSTANTINVS· PHILIPPVS
REX· DESIDERIVS· RVPTO· IVREIVRANDO· FVNDOS
ECCLESIAE·ROMAN· NON·REDDIDIT· INCVRSIONEM
IN· FINES· ROMANOS· FECIT· LEGATI. A· REGE DCCLX·
PIPINO·MISSI· EIVSQ. ARBITRIO· RES· COMPOSITAE
COENOBIVM· CVM· AEDE. STEPHANI· ET· SILVESTRI
SOLO· PRIVATO· A· PAVLLO· CONDITVM· IDEM
AVGVSTOS· GRAVIBVS· LITTERIS· DE· OFFICIO
ADMONITOS· VT· SACRIS· IMAGINIBVS· HONOREM DCCLXII·
HABERENT· HORTATVS· EST
SENATVS· POPVLVSQVE· ROMANVS· REGEM·PIPINVM
PATRICIVM· APPELLAVIT· DATISQVE· LITTERIS DCCLXIII·
GRATIAS· EI· OB· ADLATAM· CONTRA· HOSTES
OPEM· AMPLISSIMAS· EGIT
SACRI· MARTYRVM· CINERES· SOLLEMNI· POMPA· E

CRYPTIS. IN. TEMPLA. TRANSLATI. AEDES. PETRI
ET. PAVLLI. VIA. SACRA. DICATAST
PAVLLVS. ANNO. XI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS DCCLXVII.
EST. IN. EIVS. LOCVM. FACTIO. TOTONIS
CONSTANTINVM. PER. VIM. CREAVIT. PRINCIPES
CLERI. REGE. DESIDERIO. IN. AVXILIVM. ADVOCATO
AD. SVFFRAGIA. QVVM. VENISSENT. STEPHANVM. IIII. DCCLXVIII.
PONTIFICEM. MAXIMVM. DESIGNARVNT
CONCILIVM. A. STEPHANO. VOCATVM. AMBITVS DCCLXVIIII.
COERCENDI. CAVSSA. LEGES. LATAE. DE. CVLTV
IMAGINVM. SACRARVM. ACTAQVE. CONCILII. AD
AVGVSTOS. CONSTANTINOPOLIM. MISSA
REX. DESIDERIVS. AD. VRBEM. CVM. EXERCITV. VENIT
STEPHANOQ. ADVERSVS. FACTIONES. SEDITIOSORVM
PRAESTO. FVIT. PACE. CVM. POPVLO. ROMANO DCCLXX.
CONFIRMATA. IN. REGNVM. REVERTIT
STEPHANVS. ANNO. IIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS DCCLXXII.
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. HADRIANVS. LEGATI
AD. HVNC. AE. REGE. DESIDERIO. VENERE. FOEDERIS
RENOVANDI. CAVSSA. HADRIANVS. DE. VIOLATIS
CONDITIONIBVS. QVESTVS. EST
REX. DESIDERIVS. IN. FINES. ROMANOS. CVM. EXERCITV
INGRESSVS. FAVENTIAM. COMACVLAM. FERRARIAM
PRAESIDIIS. OCCVPAVIT
ORATORES. AB. HADRIANO. IN. GALLIAS. PERGERE DCCLXXIII.
IVSSI. QVI. REGEM. KAROLVM. DE. PERICVLO
EDOCERENT
REX. KAROLVS. COMPARATO. EXERCITV. ALPES
SVPERAVIT. ET. REGE. DESIDERIO. FVGATO DCCLXXIIII.
TICINVM. OBSIDIONE. CLAVSIT. IPSE. ROMAM. AD
HADRIANVM. VENIT. EIQVE. SE. QVAE. PIPINVS
PATER. DECESSORIBVS. DEDERAT. DONARE. ATQVE
ADTRIBVERE. PROFESSVS. EST
EODEM. ANNO. DESIDERIVS. A. REGE. KAROLO
CAPTVS. EST. PONTIFEX. MAXIMVS. OPPIDA. AMISSA
RECEPIT. LEONIS. PONTIFICIS. RAVENNATIVM DCCLXXX.
DOMINATIO. COERCITA. DITIONIS. IVRA. DEFINITA
LITTERAE. CONSTANTINOPOLI. ADLATAE. SVNT
LEONE. MORTVO. IRENEN. AVGVSTAM. IMPERARE

PACEMQVE·POPVLO·HONOREM·SACRIS· IMAGINIBVS REDDITVM

REX· KAROLVS· ROMAM· AD· SOLLEMNIA· PASCHAE CVM· LIBERIS· VENIT· EX· HIS· KARLOMANNVS· AB HADRIANO· BAPTISMATE· ABLVTVS· ET· PIPINVS DCCLXXXI· APPELLATVS· EST. EVNDEM· REGEM· ITALIAE LVDOVICVM· REGEM· AQVITANIAE· RITE CONSECRAVIT

CONCILIVM· MAGNVM· CONSTANTINOPOLIM VOCATVM· ADVERSVS· ICONOCLASTAS· LEGATI DCCLXXXVI· AB· HADRIANO· MISSI·QVI· PRAEESSENT· FACTIONE DOMINANTE· IPSI· ET· PONTIFICES· VNIVERSI· EX AVCTORITATE· IRENES·AVG·NICAEAM·CONCESSERE ICONOCLASTAE· OMNIVM· SVFFRAGIIS· DAMNATI DCCLXXXVII· SACRAEQVE· IMAGINES· TEMPLIS· ET· ALTARIBVS REDDITAE

REX· KAROLVS· VRBEM·TERTIO·INVISIT· PHONASCOS GRAMMATICOS· ARITHMETICOS· AD· INCREMENTA LITTERARVM· IN· GALLIAS· ABDVXIT

HADRIANI· MVNIFICENTIA· AEDES· MARIAE· AD SCHOLAM· GRAECAM· AEDES· PANCRATII· VIA AVRELIA· A· SOLO· RESTITVTAE·AEDES·PRAETEREA LAVRENTII· MART· OMNES· ORNATV· EXCVLTAE ALIAE· PLVRES· DONARIIS· AVCTAE· COENOBIA MONACHORVM· ET· VIRGINVM· CONDITA· IDEM MVROS· AC· TVRRES· REFECIT·PORTICVM· A·PORTA OSTIENSI· AD· TEMPLVM· PAVLLI· A· MAIORIBVS PERDVCTAM· RENOVAVIT· DVCTVS· AQVARVM VIRGINIS· SABATINAE· CLAVDIAE· RESTITVIT

TIBERIS· EXVNDATIO· IN· VRBE· FVIT· HADRIANVS DVM· AQVAE·DEFLVERENT·SVMPTV·SVO·ALIMENTA DCCXXXXI· AD· AEDES· EGENTIVM· LENVNCVLIS· DEFERENDA CVRAVIT

CONCILIVM· ACTVM·ADVERSVS·FELICEM·PONTIFICEM DCCLXXXXII· VRGELLITANOR·VENIA·OB·POENITENTIAM·PRIMVM DATA· VT· HONORIS· SVI·GRADVM·TENERET·IDEM POSTEA·OB·HAERESIM·RENOVATAM·CVM·ELIPANDO PONTIFICE· TOLETANOR· FRANCOFVRTI· IN CONCILIO· DAMNATVS· EST· AT· QVAE· IBIDEM· DE CVLTV· IMAGINVM· SACRARVM· PROLATA· FVERVNT DCCLXXXXIIII·

AB. HADRIANO. REPVDIATA. SVNT
HADRIANVS·ANNO·XIIII·PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS DCCLXXXXIIII.
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. LEO. III. FOEDVS·CVM
HOC. A. REGE. KAROLO. RENOVATVM. LEGATI
VICISSIM. CVM. DONIS. MISSI
AEDES. SVSANNAE. AEDES. NEREI. ET. ACHILLEI. A
LEONE. REFECTAE. SACRARIVM. MICHAELIS DCCLXXXV.
ARCHANG. TRICLINIVM·GEMINVM·AVLA·PORTICVS
TEMPLI. IN. LATERANO. EXAEDIFICATA. IDEM
TEMPLVM. LIBERIANVM. ET. VATICANVM
LAQVEARIBVS. VBIQVE. RESTITVTIS. ORNAVIT
AVXIT. AEDESQVE. PROXIMAS. MAGNIFICIS
OPERIBVS. EXCOLVIT. HOSPITALES. DOMOS
AEGROTIS. ET. EGENTIBVS. BINAS. EXSTRVXIT
CONCILIVM. ITERVM. VOCATVM·ADVERSVS. FELICEM
PONT. VRGELLITANOR. POENAQVE. NI. SERIO DCCLXXXVIIII.
TANDEM. AB. ERRORE. RESIPERET. INTENTATA·VT
A. SACRIS. COMMVNIBVS. EXCLVSVS. HABERETVR
EODEM·ANNO·CONIVRATVM·IN·LEONEM. A·PASCHALI
ET. CAMPVLO. EIQVE. VIS. INLATA.QVVM·POMPAM
SOLLEMNEM. SVPPLICATIONIS. CAVSSA. DVCERET
LEO. DIVINITVS·SERVATVS·TVMVLTV·A·GVINIGISO
DVCE. SPOLETINORVM. COMPRESSO. IN. GALLIAS
AD. REGEM. KAROLVM. PROFECTVS. EST
REX. KAROLVS. ROMAM. QVARTO. VENIT DCCC.
CONIVRATIONIS. VINDICANDAE. CAVSSA. LEO
NOMENTVM. VSQVE. PROGRESSVS. EST. SALVTANDI
CAVSSA·IDEM. POSTRIDIE·REGEM·SOLLEMNI·POMPA
IN. VRBEM. INGRESSVM. PRO. GRADIBVS. TEMPLI
VATICANI. ACCEPIT
NATALI. DIE. D. N. IESV. REX. KAROLVS·IN·TEMPLO
VATICANO. POST. SACRVM. SOLLEMNE. A. LEONE
RITE. REDIMITVS·SENATV·POPVLOQ.ADCLAMANTE
IMPERATOR. AVGVSTVS. APPELLATVS. EST
CONCILIVM. A. LEONE. VOCATVM. VTI. RERVM
GESTARVM. RATIONEM. ET. CAVSSAS. EXPONERET

SAE.

SAECVLVM· VIIII·

LEONIS· PRECIBVS· QVI· IN· MORTEM· EIVS CONIVRAVERANT·A·KAROLO· AVG·POENA· CAPITIS LIBERATI· IN· EXSILIVM· ACTI· SVNT DCCCI·

CVRATORES· A· A· A· F· F· PECVNIAM· LEONIS· ET KAROLI· NOMINE· SIGNARE· COEPERVNT

HIEROSOLYMA· AB· REGE· SARACENORVM· KAROLO AVG· PERMISSA· LEGATI· AD· EVM· A· PONTIFICE HIEROSOLYMORVM· INSIGNIA· POTESTATIS· IN VRBEM· ATTVLERE· DIE· A· DISCESSV· AVG·SEPTIMO TERRAEMOTVS· TOTA· IN· ITALIA· IN GALLIIS· IN GERMANIA· FACTVS· EST· TEMPLVM· PAVLLI· VIA OSTIENSI· CONCIDIT· VRBS· RVINARVM· LABE CONCVSSA

ORIENS· OCCIDENSQVE· FOEDERE· IVNCTVS· ET PAX· MVTVIS· AVGVSTORVM· LEGATIONIBVS CONFIRMATA DCCCIII·

LEO· MANTVAM· PROFECTVS· PRIMVM· MANTVANIS PONTIFICEM·GREGORIVM·DEDIT·INDE· IN· GALLIAS AD· KAROLVM· AVG· PERREXIT· MAGNIS· AB· EO MVNERIBVS·CVMVLATVS·IN·ITALIAM·PER· NORICVM REDIIT DCCCIIII·

KAROLVS·AVG·REGNA· IN· FILIOS· PARTITVS·TABVLAS TESTAMENTI· AD· LEONEM· VT· SVBSCRIBERET·PER EGINARDVM· LEG· MISIT· INSVLAM· CORSICAM PONTIFICI· MAXIMO· PARERE· IVSSIT DCCCVI·

TEMPLVM· PAVLLI·VIA·OSTIENSI·A·LEONE·REFECTVM ADDITA· PORTICVS· OPERA· EX· AVRO· ARGENTOQ· RENOVATA· ET· AVCTA

LEGATI· AB·CONCILIO·AQVISGRANENSI· AD· LEONEM VENERE· CONSVLTVRI· DE· ADDITAMENTO· FILIOQVE AN· EA· VOX· CHRISTIANAE· PROFESSIONIS FORMVLAE· INSERENDA· ESSET DCCCVIIII·

MICHAEL· AVG· LEGATOS· CONSTANTINOPOLI· AD LEONEM· MISIT· FOEDERIS· COMPONENDI· CAVSSA LEO· IN· KAROLI· AVG· CONDITIONES· CONVENIT DCCCXII·

LVDOVICI· AVG· IVSSV· MVNERA· IN· VRBEM·ADLATA QVAE· KAROLVS· PATER· PETRO· APOSTOLO DCCCXIIII·

VLTIMA. TESTAMENTO. LEGARAT
TEMPLVM. APOLLINARIS. RAVENNAE. SVMPTIBVS CIVIVM. RESTITVI. COEPTVM. IMPENSA. LEONIS ABSOLVTVM. EST DCCCXV.
CONIVRATVM. ITERVM. IN. MORTEM. LEONIS AVCTORES. CONIVRATIONIS. POENAS. DEDERE MISSI. A. LEONE. IN. GALLIAS. QVI. DE. EA. RE LVDOVICVM. AVG. EDOCERENT
LEO. ANNO. XXI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS. EST IN. EIVS. LOCVM. F. E. STEPHANVS. V. HVIC LVDOVICVS. AVG. REMOS. AD. SE. VENIENTI SVMMO. HONORE. OCCVRRIT. HOSPITIVMQVE MAGNIFICVM. PRAEBVIT. IDEM. ET. ERMENGARDA VXOR. INSIGNE. IMPERI. AB. EO. SOLLEMNIBVS CAEREMONIIS. CORONAM. ACCEPERE. INDE STEPHANVS. IN. VRBEM. REDIENS. EXSVLES. REDVXIT DCCCXVI.
MONACHIS. FARFENSIBVS. IVRA. PRAEDIORVM PONTIFICIS. MAXIMI. AVCTORITATE, CONFIRMATA SVNT DCCCXVII.
STEPHANVS. MENSE. VIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. PASCHALIS. LEGATI AB. EO. AD. LVDOVICVM. AVG. QVI. DE. CREATIONE SVA. CERTIOREM. FACERENT. FOEDVSQVE. CVM EO. RENOVARENT
LEONE. ARMENO. AVG. AVCTORE. ATQVE. DVCE ICONOCLASTARVM. SEDITIO. PER. ORIENTEM RECRVDVIT. LITTERAE. IN. EOS. A. PASCHALI. MISSAE AD. ECCLESIAS. DOCTRINAE. VETERIS. TVENDAE CAVSSA. GRAECI. QVOS, LEO. OB. CONSTANTIAM PROPOSITI. EXSVLARE. COEGIT. IN. VRBEM. RECEPTI SVNT DCCCXVIIII.
LOTHARIVS. LVDOVICI. AVG. F. IN. VRBEM. SOLLEMNI POMPA. INGRESSVS. ET. IN. TEMPLVM. VATICANVM DEDVCTVS. INSIGNIBVS. IMPERI. A. PASCHALI. RITE ORNATVS. EST DCCCXXIII.
EBBO. PONTIFEX. REMORVM. IN. DANIAM. EX AVCTORITATE. PONTIFICIS. MAXIMI. PROFECTVS EST. VT. EAS. GENTES. EX. INANI. SVPERSTITIONE AD. CHRISTIANOS. RITVS. TRADVCERET
TEMPLVM. LIBERIANVM. A. PASCHALI. EXCVLTVM

COENOBIVM· VIRGINVM· CONDITVM· AEDESQVE CAECILIAE· SACRO· CORPORE· EIVS· INLATO DEDICATAST· ITEM· AEDES· MARIAE· IN· COELIO PRAXEDIS· IN· EXQVILIIS· RESTITVTA CRYPTOPORTICVS· A· VATICANO· AD· ARCEM REFECTA

PASCHALIS· ANNO·VIII·PONTIFICATVS·SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· EVGENIVS· II· HVIC FACTIO· SEDITIOSORVM· ZISINNVM· OPPOSVIT EVNDEM· MVTATA· DESERVIT — DCCCXXIII·

LOTHARIVS· AVG· ITERVM· IN· VRBEM· VENIT IVDICIORVM· RESTITVENDORVM· CAVSSA CONTROVERSIIS· CIVIVM· DIREMPTIS· LEGIBVS POPVLO· CONSTITVTIS· IN· GALLIAS· REDIIT — DCCCXXVI·

CONCILIVM· AB· EVGENIO· VOCATVM· VT· DE IVVENTVTIS· ITALICAE· INSTITVTIONE· AGERETVR ITEM· VT· CONVICTVS· SACERDOTVM· CANONICOR, RETINERETVR — DCCCXXII·

AEDES·SABINAE· IN·AVENTINO·AB·EVGENIO·EXCVLTA PICTVRISQVE· ET·ARGENTEIS·OPERIBVS·EXORNATA

EVGENIVS· ANNO·III· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· VALENTINVS· CVI QVADRAGESIMVS· PONTIFICATVS· DIES· VITAE EXTREMVS· EVIT· HVIC· INVITVS· ET· RECVSANS GREGORIVS· IIII· SVFFECTVS· EST — DCCCXXVII·

OSTIA· A· GREGORIO· FOSSA· MVROQVE· ADVERSVS SARACENOS· MVNITA — DCCCXXVIIII·

IVDITHA· AVG· GREGORII· IVDICIO· E· COENOBIO IN· THALAMVM· LVDOVICI· AVG· REDVCTA — DCCCXXXI·

LOTHARIVS· AVG· GREGORIVM· IN·GALLIAS·PARENTE INVITO· DEDVXIT· CONTROVERSIARVM COMPONENDARVM· CAVSSA· GREGORIVS· RE INFECTA· ROMAM· REVERSVS· EST — DCCCXXXIII·

KALENDAE· NOVEMBRES· DIES· SOLLEMNIS· HONORI CAELITVM· VNIVERSORVM·A·GREGORIO· TRIBVTVS

AEDES· RESTITVTAE· QVATVOR· SATVRNINI· MARCI HADRIANI· GREGORII· HVIC· ITEM· CELLA· IN TEMPLO·VATIC· EXSTRVCTA·COENOBIVM·PROPTER AEDEM· MARIAE· TRANSTIBERINAE· CONDITVM DOMVS· PONTIFICALES· BINAE. AEDIFICATAE·AQVA

SABATINA. IN. IANICVLVM. ET. VATICANVM REDVCTA

LEGATI. IN. GALLIAS. A. GREGORIO. MISSI. REGVM CONCILIANDORVM. CAVSSA. BELLVM. ACRIVS EXARSIT. LEGATI. FVGAM. ARRIPERE. COACTI. SVNT — DCCCXXXXI.

GREGORIVS. ANNO. XVII. PONTIFICATVS. SVI MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. SERGIVS II. AB. HOC. LVDOVICVS. LOTHARII. AVG. F. INSIGNIA REGALIA. ACCEPIT. ET. REX. ITALIAE. DICTVS. EST — DCCCXXXXIII I.

AEDES. ROMANI. MART. A. SERGIO. CONDITA AEDESQVE. SILVESTRI. ET. MARTINI. REGIONE MONTANA. COENOBIO. ADIECTO. RESTITVTA. CELLA PRAESEPIS. IN. TEMPLO. LIBERIANO. EXORNATA PORTICVS. AD. TEMPLVM. CONSTANTIN. EXSTRVCTA ALTARE MAXIMVM. OMNI. ORNAMENTO. EXCVLTVM DOMVS. PVPILLARIS. REFECTA

SARACENI. TIBERI. INVECTI. TERROREM. VRBI INTVLERE. TEMPLIS. PETRI. ET. PAVLLI. COMPILATIS AGRVM. CIRCA. OMNEM. VASTAVERVNT — DCCCXXXXVI.

SERGIVS. ANNO. IIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. LEO. IIII. HOC. PONTIFICE CLASSIS. SARACENORVM. QVVM. NEAPOLI. SOLVISSET COORTA. TEMPESTATE. FLVCTIBVS. OBRVTA. EST — DCCCXXXXVII.

POMOERIVM. AMPLIATVM. TEMPLO. VATICANO ADVERSVS. INCVRSIONES. BARBARORVM. MOENIBVS CLAVSO. ID. OPVS. QVADRIENNIO. ABSOLVTVM EST. TVRRES. ITEM. AD. OSTIA. TIBERIS. FACTAE PVGNAQVE. CVM. SARACENIS. COMMISSA. NAVES FVGATAE. AVT. CAPTAE. — DCCCXXXXVIII.

REX. LVDOVICVS. LOTHARII. AVG. F. ROMAM. A. PATRE MISSVS. SOLLEMNI. RITV. AVGVSTVS. A. LEONE APPELLATVS. EST — DCCCL.

SVPPLICATIO. INDICTA. ADIECTAE. VRBIS LVSTRANDAE. CAVSSA. POMPAQVE. CIRCVM. NOVA MOENIA DVCTA. EST. NOMEN. VRBI. A. CONDITORE LEONIANAE. IMPOSITVM. EODEM. ANNO. CORSIS PATRIA. EXTORRIBVS. SEDES. DATAE. AD. PORTVM ROMANVM. AGERQVE. ADSIGNATVS. ITEM. OPPIDA HORTANVM. ET. AMERIA. MVRO. CINCTA. SVNT — DCCCLIII.

CONCILIVM. A. LEONE. VOCATVM. DISCIPLINAE

VE-

VETERIS· RETINENDAE· CAVSSA· ANASTASIVS
CARDINALIS· TITVLO· MARCELLO· QVOD
COMMEATV· NON· IMPETRATO· QVINQVENNIVM
ABFVISSET· LOCO· MOTVS· EST
ALFREDVS· E· BRITANNIA· AB· REGE· ETELVOLFO
PATRE· MISSVS· AD· LEONEM· VENIT· VT· RITE
AB· EO· INSIGNIA· REGALIA· FERRET
CENTVMCELLAE· RESTITVTAE· OPPIDO· MVRIS· ET DCCCLIIII·
TVRRIBVS· COMMVNITO· AEDES· IN· VRBE· MARIAE
VIRGINI· AB· INCHOATO· EXSTRVCTA· AD· SCHOLAM
SAXONVM· ET· CELLA· LEONI· MAGNO· CONDITA
IN· TEMPLO· VATICANO· REFECTAE· AEDES· MARIAE
TRANSTIBERINAE· ET· QVATVOR· MARTYRVM· IN
COELIO COENOBIVM· MONACHIS· GRAECIS· DATVM
BINAE· VIRGINIBVS· ADTRIBVTAE· DOMVS
ORNAMENTA· TEMPLIS· PETRI· ET· PAVLLI· QVAE
SARACENI· DERIPVERANT· REDDITA
LEO· ANNO VIII· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS· EST DCCCLV·
IN· EIVS· LOCVM· INVITVS· AC· RECVSANS· FACTVS
EST· BENEDICTVS· III· HVIC· FACTIO· SEDITIOSORVM
IMPETV· IN· LATERANVM· FACTO· ANASTASIVM· IAM
GRADV· SVO· MOTVM· OPPOSVIT· QVI· AB· OMNIBVS
ORDINIBVS· REIECTVS· EST
TIBERIS· EXVNDATIO· IN· VRBE· FVIT· EXINDE· LVES
VIAE· PASSIM· MVLTAEQVE· MORTIBVS· FVNESTAE DCCCLVI·
DOMVS
AEDES· MARIAE· TRANSTIBERINAE· ABSOLVTA· EST
AEDES· PETRI· ET· MARCELLINI· LAQVEARI
RENOVATO· PORTICIBVSQVE· ADIECTIS· REFECTA
BENEDICTVS· ANNO· III· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· NICOLAVS· LVDOVICO DCCCLVIII·
AVG· ROMAE· AGITANTE· QVI· HONOREM· EI· HABVIT
MAXIMVM
EPISCOPI IN· CONCILIVM· VOCATI· ADVERSVS
IOANNEM· PONTIFICEM· RAVENNATIVM· TYRANNICE DCCCCLXI·
DOMINANTEM· ISQVE· A· SACRIS· COMMVNIBVS
EXCLVSVS· EST· NICOLAVS· RAVENNAM· SE
CONTVLIT· TVRBARVM· SEDANDARVM CAVSSA
IOANNEM· OB· POENITENTIAM· REDVXIT
LEGATI· QVOS· NICOLAVS· ADVERSVS· PHOTIVM

CONSTANTINOPOLIM· MISERAT· VT· IGNATIVM PONTIFICEM· RESTITVERENT· PRAEVARICATI·SVNT IIDEMQVE· IN· GALLIAS· IRE· IVSSI· VT· REGEM LOTHARIVM·DE·REPVDIATA·VXSORE·ADMONERENT MVNERIBVS· CORRVPTI· FIDEM· PRODIDERVNT

NICOLAVS· REGEM· KAROLVM· CALVVM· BALDVINO COMITI· OB· RAPTAM· FILIAM· INFENSVM·LITTERIS PLACAVIT· DOSQVE· ILLI· VT· DARETVR· EFFECIT

CONCILIVM· VOCATVM· ADVERSVS· LEGATOS PRODITORES· REIECTA· ACTA·CONCILII·METENSIS SPOLIATIQVE· PONTIFICATV· EPISCOPI· COLONIAE AGRIPPINAE· ET· COLONIAE· TREVERORVM·ATQVE A· SACRIS· REMOTI· QVOD· INCESTVM· REGIS LOTHARII· MATRIMONIVM· PROBASSENT DCCCLXIII·

LVDOVICVS· AVG· NICOLAO·OB·CONCILLI·IVDICIVM IRATVS·ITER·AD·VRBEM·SVSCEPIT·SVPPLICATIONES INDICTAE· PERICVLI·AVERTENDI· CAVSSA·VIOLATI SACERDOTES· QVI· POMPAM· DVCEBANT· NICOLAVS AVGVSTVM· MORBO· IMPLICITVM· INVISIT· ET· AB IRA· REVOCAVIT DCCCLXIIII·

TEVTBERGA· IN· REGIS· LOTHARII· THALAMVM· PER ARSENIVM· LEGATVM· A· NICOLAO· REDVCTA DCCCLXV·

BVLGARI· REGE· BOGORI· AVCTORE· LEGATOS· AD NICOLAVM· MISERVNT· VT· CONTROVERSIAS· DE CHRISTIANAE· PROFESSIONIS· OFFICIIS PROPONERENT· ET· VITAE·MAGISTROS·IN·REGNVM ADDVCERENT

LEGATI· A· BASILIO· AVG· NVNCIAVERE· IGNATIVM PHOTIO· EIECTO· REDVCTVM· PONTIFICIS·MVNERE CONSTANTINOPOLI· SANCTE· PERFVNGI·

AEDES· MARIAE· NOVAE· A· NICOLAO· ABSOLVTA DOMVS· PONTIFICALIS· AD· SCHOLAM· GRAECAM EXSTRVCTA· ET· QVAE· IN· LATERANO· ERAT AEDIFICIIS· AVCTA· ET· NOVO· CVLTV· EXORNATA RIVI· AQVARVM· REFECTI·OSTIA·TVRRIBVS·MVNITA ET· ADITVS· PRAESIDIIS· FIRMATI

NICOLAVS· ANNO· X· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· HADRIANVS· II·EXSVLES AB· HOC· IN· PATRIAM· REVOCATI DCCCLXVII·

CONCILIVM· AB· HADRIANO· INDICTVM· CONTRA

FO·

PHOTIVM· ACTA· EIVS· RESCISSA· GRAVE· LAVDVM
PRAECONIVM· IGNATIO· REDVCI· TRIBVTVM
ANASTASIVS· AVCTOR· RERVM· NOVARVM·A·SACRIS
REMOTVS· EST· ELEVTHERIVS·FRATER·EIVS·CAEDIS
PATRATAE· POENAS· DEPENDIT
CONCILIVM· MAGNVM· CONSTANTINOPOLI· ACTVM
ADVERSVS· PHOTIVM· ISQVE· OMNIVM·SENTENTIIS DCCCLXVIIII·
DAMNATVS· ET· SCRIPTA· IGNI· DEVOTA
HADRIANVS· CASINVM· PROFECTVS· REGEM
LOTHARIVM· AD· IVSIVRANDVM· ADEGIT
GVALDRADAE· PELLICI· NVNCIVM·SE· REMISSVRVM
EODEM· MORTVO· LEGATOS·CVM·MANDATIS·MISIT
QVI· REGNVM· EIVS·LVDOVICO·AVG·BELLI·CAVSSA
ABSENTI· VINDICARENT· EIQVE· IN· VRBE· REGNI DCCCLXXII·
PATERNI· INSIGNIA· DEDIT
ADELGISVS· DVX· BENEVENTANORVM· OB
CONIVRATIONEM·HOSTIS·APPELLATVS·EST·SERGIO
DVCI· NEAPOLITANORVM· ET·CIVITATI·VNIVERSAE
OB· VEXATVM· ATHANASIVM· EPISCOP· ET
COMPILATOS· ECCLESIAE· THESAVROS· SACRIS
INTERDICTVM EST
HADRIANVS· ANNO· V· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· IOANNES· VIII· HOC DCCCLXXIII·
CONCILIATORE·LVDOVICVS·AVG·ADELGISO·PACEM
DEDIT· BELLOQVE· ABSTINVIT
IOANNES· VERONAM· PETIIT· VT· LVDOVICVM·AVG·
CVM· REGE· GERMANIAE· LVDOVICO· DISSIDENTEM
CONIVNGERET
LVDOVICO· AVG· MORTVO· REX· KAROLVS·CALVVS
ROMAM· ADVENIT· ET· DONARIA· PETRO· APOST DCCCLXXV·
DICAVIT· IDEM· INSIGNIBVS· IMPERI· A· IOANNE
ACCEPTIS· AVGVSTVS· DICTVS· EST
IOANNES· NEAPOLIM· PROFECTVS· EST· VT·SERGIVM
DVCEM· A· FOEDERE· SARACENORVM· DIVELLERET
IDEM· KAROLVM·AVG· PER· LITTERAS· DE· ITALIAE
DISCRIMINE· ADMONVIT
ADELARDVS· PONTIFEX· VERONENSIVM· A· SACRIS
RBMOTVS· QVOD· BONA· COENOBII·NONANTVLANI
SIBI· AB· AVGVSTO· ADTRIBVENDA· CVRASSET
CONCILIVM· A· IOANNE· ROMAE· INDICTVM· VT

KAROLI. AVG. AVCTORITAS. ADVERSVS. SEDITIOSOS RETINERETVR. ET. ALIVD. PROTINVS. RAVENNAE ACTVM. AD. CONTROVERSIAS. VENETORVM DIRIMENDAS. INDE. VERCELLAS. OBVIAM. AVGVSTO PROGRESSVS. EST. VT. DE. BELLO. IN. SARACENOS AGERET

KAROLO. AVG. MORTVO. VRBS. REGIS. KARLOMANNI IVSSV. OCCVPATA. EST. A. LAMBERTO. DVCE SPOLETIN. ET. ADALBERTO. DVCE. ETRVSCOR IOANNES. TEMPLO. VATICANO. CLVSO. IN. GALLIAS ABIIT. CONCILIOQVE. AVGVSTAM. TRICASSINOR. VOCATO. LAMBERTVM. ET. SOCIOS. SCELERIS. A SACRIS. REMOVIT. REGI. LVDOVICO. INSIGNIA REGALIA. RITE. DEDIT DCCCLXXVIII.

CONCILIVM. A. IOANNE. IN. VRBEM. VOCATVM IMPERATORIS. CREANDI. CAVSSA. ITEM. VT. LEGATVS CONSTANTINOPOLIM. MITTERETVR. QVI. PHOTIVM OB. POENITENTIAM. SACRIS. COMMVNIBVS. REDDERET DCCCLXXVIIII.

REX. KAROLVS. CRASSVS. QVVM. ROMAM. ADVENISSET NATALI. DIE. D. N. IESV. IMPERI. INSIGNIA. A IOANNE. ACCEPIT. ET. AVGVSTVS. APPELLATVS. EST ATHANASIVS. IVNIOR. PONTIFEX. NEAPOLIT. QVOD SOCIETATEM. CVM. SARACENIS. INIISSET. EAMQVE DIRIMERE. IVSSVS. NON. PARERET. A. SACRIS COMMVNIBVS. IOANNIS. SENTENTIA. EXCLVSVS. EST DCCCLXXX.

ANGILBERGA. AVG. LVDOVICI. AVG. VXSOR. IOANNE ROGANTE. IN. SOLATIVM. VIDVITATIS. ROMAM. E GERMANIA. MIGRARE. PERMISSA EST DCCCLXXXII.

IOANNES. ANNO. XI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. MARINVS. HVIVS. ROGATV KAROLVS. AVG. IN. ITALIAM. VENIT. ET. NONANTVLAM AD. COLLOQVIVM. ACCESSIT DCCCLXXXIII.

MARINI. SENTENTIA. DATVM. FORMOSO. VT. AD. SEDEM HONORIS. SVI. PORTVM. REDIRET. PHOTIVS. ITERVM DAMNATVS. EST

MARINVS. ANNO. II. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. HADRIANVS. III. HOC PONTIFICE. FAMES. IN. VRBE. FVIT. QVOD. EXAMINA LOCVSTARVM. INFESTA. MESSIBVS. AGROS INFESTASSENT DCCCLXXXIIII.

CON-

CONCILIVM· IN· VRBE· ACTVM· AD·CONTROVERSIAS PONTIFICVM· ITALICORVM· COMPONENDAS DCCCLXXXV·

HADRIANVS· QVVM· IN· GERMANIAM· AD·AVGVSTVM PERGERET· IN· AGRO· MVTINENSI· MORBO INTERCEPTVS· ET· NONANTVLAE· SEPVLTVS· EST IN· EIVS· LOCVM·F.E·STEPHANVS· VI· HOC·PONTIF· AQVA·RITE·PIATA·LVSTRATI·AGRI·EOQVE·PIACVLO LOCVSTARVM· AVERSA· PESTIS

KAROLVS· AVG· STEPHANI· LITTERIS· INVITATVS·IN ITALIAM· VENIT· EODEM·ANNO· PHOTIVS·A·LEONE SAPIENTE· AVG· CONSTANTINOPOLI· EXACTVS·EST DCCCLXXXVI·

GVIDO·DVX·SPOLETINORVM·BELLO·IN.BERENGARIVM SVSCEPTO· REGNVM· ITALIAE·AFFECTAVIT·IDEMQ;· OB·SARACENOS·DEVICTOS·AVGVSTVS· APPELLATVS EST DCCCLXXXVIII·

STEPHANVS·ANNO· VII· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOGVM· F· E· FORMOSVS· AB· HOC LAMBERTVS· GVIDONIS· AVG· F· INSIGNIA· IMPERI ACCEPIT DCCCLXXXXI·

REX· ARNVLFVS· FORMOSI· LITTERIS·AD· PACANDAM ITALIAM· VOCATVS·EST·BELLVM·INTER· GVIDONEM ET· BERENGARIVM· RECRVDVIT DCCCLXXXXIII·

LAMBERTVS· AVG· VRBEM· COPIIS· OCCVPAVIT TVRBATVM· ADVERSVS· FORMOSVM· FACTIO SERGIVM· OPPOSVIT· IPSE· IN· CVSTODIA· HABITVS EST DCCCLXXXXVI·

REX· ARNVLFVS· VRBEM· CEPIT· ET· FORMOSVM LIBERAVIT· EXINDE· AB·EO·AVGVSTVS·APPELLATVS EST· HONORE· AVCTVS· IN· GERMANIAM· REDIIT

FORMOSVS· ANNO· V. PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F·E· BONIFACIVS· VI· QVEM MORS· DIE· XV· PONTIFICATVS· SVI· INTERCEPIT HVIC· SVFFECTVS· STEPHANVS· VII·

CONCILIVM· A· STEPHANO· VOCATVM· VT·FORMOSI NOMEN· ATQVE· ACTA· ABOLERENTVR·LAMBERTVS AVG· FAVTORVM· STVDIO· RECEPTVS· EST

STEPHANVS· MAGNO· CIVIVM· ODIO· SVSCEPTO CARCERI· INCLVSVS· ET· INLATA·VI·MORTVVS·EST DCCCLXXXVII·

HVIC· SVFFECTVS· THEODORVS· QVEM· PACI· DVM STVDET· XX· DIE· PONTIFICATVS· SVI· MORS

IN·

INTERCEPIT. IN. EIVS. LOCVM. F. E. IOANNES. VIIII.
CONCILIVM. A. IOANNE. INDICTVM. VT. STEPHANI. VII.
ACTA. RESCINDERENTVR. ARNVLFO. REIECTO DCCCLXXXVIII.
MAIESTAS. IMPERI. PENES. LAMBERTVM. AVG. STETIT
IOANNES. RAVENNAM. AD. LAMBERTVM. AVG.
PROFECTVS. EST. VT. CVM. EO. DE. PACE. ET
CONCORDIA. REVOCANDA. DEQVE. REBVS. AFFLICTIS
RESTITVENDIS. AGERET. ACTA. CONCILII. ROMANI
VOCATIS. EPISCOPIS. CONFIRMATA. SVNT
IOANNES. ANNO. III. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. BENEDICTVS. IIII. DCCCC.

SAECVLVM. X.

REX. LVDOVICVS. INSIGNIA. IMPERI. A. BENEDICTO
ACCEPIT. ET. AVGVSTVS. APPELLATVS. EST DCCCCI.
CONCILIVM. IN. VRBE. ACTVM. VT. ARGRINVS
PONTIFEX. LINGONENSIVM. IN. HONORIS. SVI. SEDEM
RESTITVERETVR
BENEDICTVS. ANNO. V. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. LEO. V. QVEM. FACTIO DCCCCIIII.
CHRISTOPHORI. POST. XXXVIII. DIEM. CARCERE
INCLVSIT. HIC. QVVM. EX. ANIMI. MOERORE. PAVLLO
POST. OBIISSET. CHRISTOPHORO. EIECTO DCCCCV.
PONTIFICATVS. MAXIMVS. SERGIO. III. DELATVS. EST
BARBARIS. PLERAMQVE. ITALIAM. VEXANTIBVS
SARACENI. STATIVIS. AD. LIRIM. FACTIS. PRAEDAM
E. FINIBVS. ROMANIS. EGERVNT
SERGIVS. TEMPLVM. LATERANVM. TERRAE. MOTV
PRIDEM. CONCVSSVM. PROLAPSVMQVE. MAGNA
MOLITIONE. RESTITVIT. ET. PICTVRIS. ORNATVM
DONARIIS. DITAVIT DCCCCVII.
SERGIVS. ANNO. VIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. ANASTASIVS. III. HVNC DCCCCXI.
MENSE. VIII. DEFVNCTVM. CONSEQVVTVS. EST
LANDO. QVEM. MENSE. V. PONTIFICATVS. SVI. MORS
INTERCEPIT. IN. EIVS. LOCVM. F. E. IOANNES X. DCCCCXIII.
LEGATI. AB. EO. TICINVM. AD. REGEM BERENGARIVM
CVM. MVNERIBVS. MISSI. QVI. DE. SARACENORVM DCCCCXIIII.
INCVRSIONIBVS. EDOCERENT. ET. IMPERIO. POPVLI

RO-

ROMANI· PROPOSITO· AD· BELLVM· SARACENICVM DVCEM· DEPOSCERENT

REX· BERENGARIVS· EXERCITV· COMPARATO· ROMAM ACCESSIT· ET· INSIGNIA· IMPERI· SOLLEMNI· RITV A· IOANNE· ACCEPIT — DCCCCXV·

IOANNES· EXERCITVM· IN· CAMPANIAM· SEQVVTVS AD· PVGNAM· HORTATVS· EST· SARACENI· OMNES CAESI· AVT· CAPTI — DCCCCXVI·

MARIA· MAROTIA· ARCEM· ROMANAM· PRAESIDIO IMPOSITO· OCCVPAVIT· ET· GVIDONI· DVCI ETRVSCORVM· NVPTA· IMPERITARE· VRBI· COEPIT — DCCCCXXIIII·

LEGATI· A· IOANNE· QVI· REGEM· HVGONEM· IN ITALIAM· REGNI· CAPESSENDI· CAVSSA· VENIENTEM SALVTARENT — DCCCCXXVIII·

IOANNES· MANTVAM· PERREXIT· VT· FOEDVS· CVM REGE· HVGONE· RENOVARET

GVIDO· ET· MAROTIA· LICTORIBVS· IN· LATERANVM IMMISSIS· ET· IOANNIS· FRATRE· SVBLATO· IOANNEM IPSVM· TENEBRIS· VINCVLISQVE· MANDARVNT — DCCCCXXVIIII·

IOANNES· ANNO· XV· PONTIFICATVS· SVI· IN· VINCVLIS MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· LEO· VI· HVIC· QVVM· SEPTIMO· POST· MENSE· MORTVVS ESSET· SVFFECTVS· EST· STEPHANVS· VIII· QVI· ANNO III· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS· EST· IN· EIVS LOCVM· F· E· IOANNES· XI· MAROTIAE· FILIVS — DCCCCXXXI·

REX· HVGO· IN· VRBEM· AD· MAROTIAM· NVPTIARVM CAVSSA· VENIT· ET· IN· ARCEM· RECEPTVS· EST ALBERICVS· IOANNIS· FRATER· LECTA· IVVENVM MANV· ARCEM· OBSIDIONE· CLAVSIT· HVGO· FVGAM ARRIPVIT — DCCCCXXXII·

ALBERICVS· EODEM· ANNO· SVFFRAGIIS· POPVLI ROMANI· PRINCIPATVM· ADEPTVS· MAROTIAM MATREM· CARCERE· INCLVSIT· IOANNEM· FRATREM IN· CVSTODIA· HABVIT

REX· HVGO· FINIBVS· ROMANIS· VASTATIS· VRBEM OBSIDERE· INSTITVIT· EXERCITV· FAME· AFFLICTATO PACIS· CONSILIA· PRAETVLIT· ET· ALDAM· FILIAM ALBERICO· VXOREM· DEDIT — DCCCCXXXIII·

IOANNES· ANNO· V· PONTIFIC· SVI· MORTVVS· EST· IN EIVS· LOCVM· F· E· LEO· VII· HVIVS· LITTERIS· ODO — DCCCCXXXVI·

MONACHVS. IN. VRBEM. INVITATVS. EST. VT. EO AVCTORE. MONACHI. AD. PRISTINAM SANCTIMONIAM. REVOCARENTVR.

ALBERICVS. COENOBIO. FARFENSI. MONACHORVM COERCENDORVM. CAVSSA. CAMPONE. SCELESTO HOMINE. EIECTO. DAGIBERTVM. VIRVM SANCTISSIMVM. PRAEFECIT — DCCCCXX XVIIII.

LEO. ANNO. IIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST IN. EIVS. LOCVM. F. E. STEPHANVS. VIIII. HOC PONTIFICE. REX. HVGO. IN. FINES. ROMANOS INCVRSIONEM. ITERVM. FECIT — DCCCCXXXXI.

STEPHANVS ANNO. IIII. PONTIFICATVS SVI MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. MARINVS. II. AB. HOC MONACHIS. CASINATIBVS. ET. VVLTVRNENSIBVS IVRA. OMNIA. ET. BENEFICIA. A. PONTT. MAXX. AVT. A. SVPERIORIBVS. CONCESSA. PRINCIPIBVS VNO. DIPLOMATE. CONFIRMATA. SVNT — DCCCCXXXXIII. DCCCCXXXXIIII.

MARINVS. TEMPLA. VRBIS. VETVSTATE. COLLAPSA RESTITVIT

PAX ITERVM INTER REGEM HVGONEM. ET ALBERICVM PRINCIPEM. COMPOSITA

MARINVS. ANNO. IIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. AGAPETVS. II. LEGATI AB. EO. IN. GALLIAS. QVI. ARTALDVM. PONTIFICEM ENGILENHEIMENSIVM. CONCILIO. VOCATO. IN PRISTINVM HONORIS SVI. GRADVM. RESTITVERENT — DCCCCXXXXVI. DCCCCXXXXVIII.

CONCILIVM. AB. AGAPETO. IN. VRBE. INDICTVM. VT ACTA. CONCILII. ENGILENHEIMENSIS CONFIRMARENTVR. HVGO. QVI. ARTALDVM DETVRBARAT. A. SACRIS. REMOTVS. EST — DCCCCXXXXVIIII.

REGIS. OTHONIS. LEGATIO. AD. AGAPETVM. OB INSIGNIA. IMPERI. RITE. IMPETRANDA. ALBERICI PRINCIPIS. DOMINATIONE. REIECTA. EST — DCCCCLII.

ALBERICVM ANNO. XXII. PRINCIPATVS SVI MORTVVM OCTAVIANVS FILIVS EXCEPIT QVI POST AGAPETVM — DCCCCLIIII.

ANNO X PONTIFICAT SVI DEMORTVVM PONT MAX. ESSE. COEPIT. ET. IOANNES. XII. APPELLATVS. EST — DCCCCLVI.

FOEDVS. A. IOANNE. INITVM. CVM. GISOLFO. DVCE SALERNITAN. LEGATI IN GERMANIAM. AD. REGEM OTHONEM. MISSI QVI AD BELLVM. PRO. VRBE ATQ. — DCCCCLX.

ITA.

ITALIA· CONTRA· TYRANNIDEM· HORTARENTVR
OTHO· ITALIAE· REGNO· POTITVS· QVVM· AD·VRBEM
ACCESSISSET· EFFVSA· OBVIAM· CIVITATE· IN
VATICANVM· DEDVCTVS· INSIGNIA· IMPERI· A DCCCCLXII·
IOANNE· TVLIT· ET· AVGVSTVS· APPELLATVS· EST
NVNCII· TICINVM· AD· OTHONEM· AVG· PERLATI
IOANNEM· OB· PERVERSOS· MORES· IN· PROBRO DCCCCLXIII·
ESSE· EVNDEMQVE· REBVS· NOVIS· STVDERE
OTHO· AVG· ROMAM· CVM· EXERCITV· ACCESSIT
IOANNES· CVM· ADALBERTO· REGIS· BERENGARI
FILIO· AB· VRBE· PROFVGIT
CONCILIVM EPISCOPORVM· ACTVM· OTHONIS· AVG·
IVSSV· ET· LEO· VIII· IOANNI·¡PER· VIM·OPPOSITVS
AB·OTHONIS·DISCESSV· IOANNES· VRBE· RECEPTVS DCCCCLXIIII·
LEONEM· FVGAVIT· DVCESQ· PARTIVM· VLTVS· EST
IOANNES· ANNO· VIII· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· INVITO· AVGVSTO· FACTVS
EST· BENEDICTVS·V·QVEM· DIE·XVIII·PONTIFICATVS
SVI· VRBE· PVLSVM· LEO· EXCEPIT· AT· EO· INTRA
NONVM· MENSEM· DEMORTVO· PONTIFICATVS
RVRSVM· PENES· BENEDICTVM· FVIT· ISQVE
TRICESIMO· POST· DIE· INTERCEPTVS· IOANNEM
XIII· SVCCESSOREM· HABVIT
PRIMORES· VRBIS· IOANNEM· AVERSATI· VI· INLATA
CAPTVM· IN· CAMPANIAM· RELEGARVNT
OTHONIS· AVG· ADVENTV· IN· ITALIAM· AVDITO
IOANNES· AB· EXSILIO· REVOCATVS· EST DCCCCLXVI·
OTHO· AVG· VRBEM· INGRESSVS· PRO· TRIBVNALI
DE· AVCTORIBVS· SEDITIONIS· COGNOVIT· MVLTI DCCCCLXVII·
CAPITIS· DAMNATI· AVT· IN· EXSILIVM· PVLSI
CONCILIVM· A· IOANNE·ACTVM· AD·MORES·VETERES
REVOCANDOS· ET· CONTROVERSIAS· PONTIFICVM
ITALICORVM· DIRIMENDAS· IDEM·OTHONEM· AVG·
RAVENNAM· SEQVVTVS· CONCILIO· IBIDEM· ACTO
OPPIDA·AB·REGIBVS·ITALIAE·QVONDAM·OCCVPATA
VOLVNTATE· AVGVSTI. RECEPIT
REX· OTHO· OTHONIS· AVG· F· ROMAM· EODEM
ANNO· A· IOANNE· ET· A· PATRE·INVITATVS·NATALI
DIE· D· N· IESV· INSIGNIBVS· IMPERI· ORNATVS· EST
CONCILIVM. ITERVM· A· IOANNE· IN· VRBEM

VOCATVM· VT· PONTIFICEM· BENEVENTANORVM ARCHIEPISCOPVM· DICERET DCCCCLXVIIII·

STEPHANIA· CLARISSIMA· FEMINA· OPPIDVM PRAENESTE· VECTIGALI· IMPOSITO· A· IOANNE ACCEPIT DCCCCLXX·

CONCILIVM· TERTIO· INDICTVM· VT· IVRA MONACHOR· GLASTONIENSIVM· CONFIRMARENTVR DCCCCLXXII·

IOANNES· ANNO· VII· PONTIFICATVS·SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· BENEDICTVS· VI· HVNC ROMANI· PROCERES· CRESCENTIO· AVCTORE· VT OTHONIS· AVG· MAGNI· AVDITA· MORS· EST·ANNO II· PONTIFICATVS· EIVS· IN· CARCEREM CONIECERVNT· ET· IN· EIVS· LOCVM· BONIFACIVM CREARVNT· HIC· QVINTO· POST· MENSE· EXACTVS EST· BENEDICTVS· PER· VIM· SVBLATVS DCCCCLXXIIII·

DONVS· II· BENEDICTO· SVFFECTVS· ANNO· II· PONTIFICATVS· SVI·MORTVVS·EST· IN·EIVS·LOCVM F· E· BENEDICTVS· VII· DCCCCLXXV·

CONCILIVM· VOCATVM· ADVERSVS· BONIFACIVM· ET FAVTORES· EIVS· POENAE· IN· EOS· CONSTITVTAE QVI· BENEDICTVM· NECAVERANT

OTHO· II· AVG· BENEDICTI· LITTERIS· INVITATVS ITALIA·PERAGRATA·IN·VRBEM·VENIT·CONCORDIAE STABILIENDAE· CAVSSA· REBVS· PER· ITALIAM PLERAMQVE· COMPOSITIS· QVVM· BELLVM· IN SARACENOS· PARARET· ROMAE· DIEM· OBIIT SVPREMVM·CORPVS·EIVS· AD·TEMPLVM·VATICANVM SOLIO· PORPHYRETICO· CONDITVM DCCCCLXXX· DCCCCLXXXIII·

CONCILIVM· IN·VRBE·ACTVM·ADVERSVS·SIMONIACOS GISELERI· PONTIFICIS· MAGDEBVRGENSIVM·CAVSSA COGNITA· AMATVS· PONTIFEX· SALERNITANORVM ARCHIEPISCOPVS· APPELLATVS· EST

BENEDICTVS· ANNO· VIIII· PONTIFICATVS· SVI MORTVVS· EST· IN· EIVS·LOCVM· F·E· IOANNES· XIIII· QVI· OCTAVO· POST· MENSE· BONIFACII· FACTIONE DOMINANTE· IN· ARCEM· CONIECTVS· VENENO INTERIIT DCCCCLXXXIIII·

BONIFACIVM· REPENTINA· MORS· SVSTVLIT· ET· QVI SVFFECTVS· ERAT· IOANNES· ROBERTI· FILIVS· NEC

CON·

CONSECRATVS. QVARTO. POST. MENSE. REIECTVS EST

IOANNES. XV. CONSENSV. OMNIVM. ORDINVM PONTIFEX. MAXIMVS. FACTVS. EST. HOC. PONTIFICE VRBS. IN. CRESCENTII. CONSVLIS. DESIGNATI DOMINATV. ESSE. COEPIT. IOANNES. SOLVM VERTERE. COACTVS. IN. ETRVRIAM. PROFVGIT REGIS. OTHONIS. III. OPEM. IMPLORAVIT DCCCCLXXXV.

CRESCENTIVS. ORATORES. AD. IOANNEM. MISIT. QVI EVM. IN. VRBEM. CVM. HONORE. REDVCERENT. IPSE ET. SENATVS. REDVCEM. VENERATI. SVNT DCCCCLXXXVII.

THEOPHANA. AVG. REGIS. OTHONIS. MATER. ROMAM VENIT. ET. ADVENTV. SVO. RES. ITALIAE. COMPOSVIT EA. IOANNEM. CALABRVM. PONTIFICEM PLACENTINORVM. CREATVM. EX. AVCTORITATE PONT. MAX. ARCHIEPISCOPVM. DICENDVM. CVRAVIT DCCCCLXXXVIII.

CONCILIVM. BIS. ACTVM. PRIMO. AD. TVENDVM ADALBERTVM. PONTIFICEM. PRAGENSIVM. ITERVM VT. SANCTO. VIRO. VLDARICO. PONTIFICI AVGVSTANORVM. CAELESTES. HONORES DECERNERENTVR DCCCCLXXXIX.

ARNOLFVS. PONTIFEX. REMORVM. A. IOANNE. IN PRISTINAM. HONORIS. SVI. SEDEM. PER. LEGATVM RESTITVTVS. REMOTI. A. SACRIS. QVI. IN. EVM SENTENTIAM. DIXERANT DCCCCLXXXV.

IOANNES. ANNO. XI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. GREGORIVS. V. QVEM REX. OTHO. RAVENNA. IN. VRBEM. MISSVM. POPVLO ROMANO. COMMENDARAT DCCCCLXXXVI.

CONCILIVM. A. GREGORIO. VOCATVM. VT. BONA HELVINO. PONTIFICI. CAMERACENSIVM. EREPTA IVDICIO. SVSCEPTO. REDDERENTVR

GREGORIVS. REGI. OTHONI. INSIGNIA. IMPERI. DEDIT ET. AVGVSTVM. APPELLAVIT. OTHO. AVG. DE SEDITIOSIS. COGNOVIT. CRESCENTIVM. IAM. EXSILII DAMNATVM. GREGORII. PRECIBVS. POENA LIBERAVIT

CRESCENTIVS. VIOLATO. IVREIVRANDO. GREGORIVM VRBE. EXEGIT. ET. IOANNE. ARCHIEPISCOP. PLACENTINOR. IN. EIVS. LOCVM. CREATO. AVGVSTOS DCCCCLXXXVII.

ORIEN-

ORIENTIS. SIBI. PATRONOS. ADSCIVIT
GREGORIVS. CONCILIO. TICINVM. VOCATO
CRESCENTIVM. A. SACRIS. REMOVIT. LEGATI. QVOS
ROMAM. MISIT. IN. CARCEREM. CONIECTI. SVNT
OTHO. AVG. GREGORIVM. IN. VRBEM. CVM. EXERCITV
REDVXIT. IOANNES. IN. FVGA. CAPTVS. OCVLISQVE DCCCCLXXXXVIII.
EFFOSSIS. ET. NARIBVS. AC. LINGVA. DECISIS. CARCERE
INCLVSVS. EST. CRESCENTIVS. IN. ARCE. CVM
DVODECIM. CONIVRATIS. COMPREHENSVS. ET
CAPITIS. DAMNATVS
CONCILIVM. ACTVM. VT. INCESTVM. REGIS. ROBERTI
MATRIMONIVM. DISSOLVERETVR. EXCLVSI. A
SACRIS. QVI. EARVM. NVPTIARVM. AVCTORES
FVERANT
GREGORIVS. ANNO. III. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. SILVESTER. II. CVI DCCCCLXXXXVIIII.
OTHO. AVG. FAVEBAT
SILVESTER. VRBIVENTVM. PROFECTVS. REM. PVB.
LATIS. LEGIBVS. ORDINAVIT. INDE. CAESENAM M.
ACCESSIT. ET. OPPIDVM. OBSIDIONE. CLAVSIT

SAECVLVM. XI.

AEDES. ADALBERTI. IN. INSVLA. TIBERINA. AB. OTHONE
AVG. CONDITA. CONCILIVM. VOCATVM. OB
CONTROVERSIAS. INTER. BERNARDVM. PONTIFICEM MI.
HILDESIENSIVM. ET. VILLIGISVM. ARCHIEPISCOP.
MAGONTIAC. EIVSQVE. REI. CAVSSA. FRIDERICVS
CARD. IN. GERMANIAM. LEGATVS
TVMVLTVS. TIBVRE. ADVERSVS. POPVLVM. ROMAN.
FVIT. OTHO. AVG. OPPIDVM. OBSIDERI. IVSSIT
IDEM. SILVESTRI. OBSECRATIONE. PLACATVS
MILITEM. A. CAEDE. COHIBVIT
OTHO. AVG. VRBANIS. REBVS. COMPOSITIS. TVDER
SILVESTRO. ITINERIS. COMITE. ACCESSIT. CONCILIVM
EODEM. A. SILVESTRO. COACTVM. ET. BERNARDI
LEGATIO. ADVERSVS. VILLIGISVM. AVDITA
CONCILIVM. IN. VRBE. ITERVM. A. SILVESTRO. ACTVM
VT. IVRA. COENOBII. PERVSINI. ET. CONRADI MII.

PONTIFICIS· DITIO· CAVSSA· COGNITA DEFINIRENTVR

SILVESTER· ANNO· V· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· IOANNES· XVI· QVEM MENSE· SEXTO· PONTIFICAT·SVI·MORS·INTERCEPIT HVIC· SVFFECTVS· EST· IOANNES· XVII· MIII·

POPVLVS· ROMANVS· GRAVI· PESTILENTIA CONFLICTATVS· EST· SARACENI· MARE·INFESTVM HABVERE MIIII·

BAMBERGA· EX· IOANNIS· AVCTORITATE· THRONI PONTIFICALIS· HONORE· HONESTATA· ET· A·REGE HENRICO· PONTIFICI· MAXIMO· ADTRIBVTA· EST

IOANNES ANNO· VI· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· SERGIVS· IIII· PER· EA TEMPORA· MONACHI· ROMVALDO· AVCTORE· AD PRISTINOS· MORES·REVOCATI·MVLTA·PER·ITALIAM COENOBIA· RESTITVTA· AVT· CONDITA

SERGIVS· ANNO· III· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· BENEDICTVS· VIII· HVIC FACTIO· SEDITIOSORVM· GREGORIVM· OPPOSVIT MXII·

BENEDICTVS· VRBE· DISCORDIIS· FLAGRANTE· IN GERMANIAM· AD· REGEM· HENRICVM· CONFVGIT

REX· HENRICVS· IN· ITALIAM· VENIT· ET·ARNALDVM FRATREM· RAVENNATIBVS· PONTIFICEM· DEDIT QVI· A· BENEDICTO· IN· VRBE· CONSECRATVS·EST IDEM· REGI· ET· CVNEGONDAE· VXSORI· INSIGNIA IMPERII· SOLLEMNI· RITV· IN· TEMPLO· VATICANO IMPOSVIT

BENEDICTVS· COMPARATA· CLASSE· SARACENOS· AD PORTVM· LVNENSEM· INGENTI· PROELIO· DELEVIT MXIII· LEGATOS· PISAS· MISIT· VTI· IVNCTO· FOEDERE SARDINIAM· BARBARIS· ERIPERET· SARACENI SARDINIA· EIECTI· EAQVE· INSVLA· PISANIS· A MXV· BENEDICTO· ADTRIBVTA

BENEDICTVS· BAMBERGAM· AD· HENRICVM· AVG· PERREXIT· ET· AEDEM· STEPHANI· PROTOMART· MXVI· SOLLEMNI· RITV· DEDICAVIT· IMPERATOREM·AVG· AD· TVTELAM· ITALIAE· CONTRA· GRAECOS HORTATVS· EST

HENRICVS· AVG· EXERCITVM· IN· ITALIAM· DVXIT

ET. NOVVM. APVLIAE. OPPIDVM. TROIAM. AD DEDITIONEM IMPVLIT. NEAPOLIM. ET. FINITIMAS VRBES. RECEPIT. NORMANNIS. SEDES. DEDIT. INDE CASINVM. CVM. BENEDICTO. PROFECTVS. EST

BENEDICTVS. ANNO. XII. PONTIFICAT. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. IOANNES. XVIII. DECESSORIS FRATER MXXVI.

ARDERICVS. PONTIFEX. VERCELLENSIVM. BONONIO PATRI. MONACHORVM. LVCEDIENSIVM. CAELESTES HONORES. EX. AVCTORITATE. IOANNIS. DECREVIT

REX. CONRADVS. REGNO. ITALIAE. POTITVS. ROMAM VENIT. ET. INSIGNIA. IMPERII. CVM. GISELA. CONIVGE A. IOANNE. ACCEPIT. REGESQVE. DVO. AVGVSTIS ADSTITERE. CANVTVS. ET. RODVLFVS MXXVII.

CONCILIVM. VOCATVM. OB. CONTROVERSIAS. DE HONORIS. GRADV. DECRETVMQVE VT. PONTIFEX RAVENNATIVM. A. PONTIFICE. MEDIOLANENSIVM SECVNDVS. ESSET

IOANNES. ANNO. X. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. BENEDICTVS. VIIII. ALBERICI. PATRIS. STVDIO. QVVM. PVER. ESSET MXXXIII.

CONRADO. AVG. CREMONAE. DEGENTE. BENEDICTVS EO. PERREXIT. SALVTANDI. CAVSSA. IMPERATOR VT. CIVILES. MOTVS. COMPONERET. IN. VRBEM VENIT. ERIBERTVS. PONTIFEX. MEDIOLANENSIVM OB. CONIVRATIONEM. IN. AVGVSTVM. A. SACRIS REMOTVS. EST MXXXVIII.

CONCILIVM. IN. VRBE. ADVERSVS. PONTIFICEM AQVILEIENSIVM. OB. INCVRSIONEM. IN. FINES GRADENSES. FACTAM. IVS. EIDEM. EREPTVM. QVOD IN. PONTIFICEM. GRADENSIVM. PER. FRAVDEM IMPETRARAT MXXXIIII.

PROCERES. ROMANI. BENEDICTVM. OB. PROBRA. PEROSI VRBE. EXEGERVNT. EIVSQVE. LOCO. IOANNEM PONTIFICEM. SABINORVM. CREARVNT

BENEDICTVS. TERTIO. POST. MENSE. RECEPTVS. SE PONTIFICATV. ABDICAVIT. ET. MONACHVM. EXINDE EGIT. IN. EIVS. LOCVM. F. E. GREGORIVS. VI. HVIVS OPERA. FVRVM. MANVS. A. TEMPLIS. PROHIBITAE ET. LATROCINIIS. SVBLATIS. ITINERA MXXXV.

COM-

COMMEANTIBVS. EXPLICATA
GREGORIVS. REGE. HENRICO. AVCTORE. CONCILIVM
EPISCOPORVM. SVTRIVM. VOCAVIT. ET MXXXXVI.
PONTIFICATV. SPONTE. ABIIT. IN. EIVS. LOCVM
FACTVS. EST. CLEMENS. II. QVI. PRIMO. HONORIS
SVI. DIE. INSIGNIA. IMPERI. HENRICO. II. AVG. ET
HAGNAE. VXSORI. DEDIT
CONCILIVM. IN. VRBE. FVIT. AD. CONTROVERSIAS
PONTIFICVM. MAIORVM. ITALIAE. DIRIMENDAS MXXXXVII.
CLEMENS. MENSE. VIIII. PONTIFICATVS. SVI. IN. AGRO
PISAVRENSI. MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM
REDIIT. BENEDICTVS. VIIII. TENVITQVE
PONTIFICATVM. MENSIBVS. VIIII. DONICVM
DAMASVS. II. HENRICI. AVG. IVSSV. CONSECRATVS
EST. QVEM. VICESIMO. POST. DIE. MORS. INTERCEPIT MXXXXVIII.
IN. EIVS. LOCVM. F. E. LEO. VIIII. QVEM. HENRICVS
II. AVG. INVITVM. E. GERMANIA. IN. VRBEM
MISERAT
CONCILIVM. A. LEONE. ROMAE. ACTVM. ADVERSVS
SIMONIACOS. EXINDE. TICINI. ALTERVM MXXXXVIIII.
DISCIPLINAE. VETERIS. RESTITVENDAE. CAVSSA
IDEM. IN. GERMANIAM. AD. AVG. PROFECTVS. RES
BELLO. TVRBATAS. COMPOSVIT. CONCILIVM. REMOS
OB. VETERES. MORES. REVOCANDOS. MAGVNTIACVM
ADVERSVS. SIMONIACOS. VOCAVIT
LEO. IN. VRBEM. REVERSVS. RE. PVBLICA. ORDINATA
IN. APVLIAM. PERREXIT. ET. CONCILIO. SIPONTVM ML.
COACTO. ARCHIEPISCOPOS. BINOS. QVOD. LABE
SIMONIACA. INSIGNES. ESSENT. GRADV. HONORIS
MOVIT
CONCILIVM. IN. VRBE. ITERVM. ACTVM. CONTRA
BERENGARIVM. AVCTOREM. RERVM. NOVARVM
SCRIPTA. EIVS. DAMNATA. SVNT. INDE. LEO
VERCELLAS. PETIIT. ET. CONCILIO. RVRSVM
VOCATO. BERENGARII. SIMVL. ET. ERIGENAE
SCOTI. LIBROS. DAMNAVIT. VNFREDO. PONTIFICI
RAVENNATIVM. SACRIS. INTERDIXIT. IDEM. TVLLVM
LEVCORVM. SEDEM. HONORIS. SVI. PRIMAM. REVISIT
VT. SACROS. CINERES. GERARDI. PONTIFICIS. RITV

SOLLEMNI. IN. MONVMENTVM. NOVVM TRANSFERRET

CONCILIVM. A. LEONE. IN. VRBEM. TERTIO. VOCATVM ADVERSVS. SIMONIACOS. GREGORIVS. PONTIFEX VERCELLENSIVM. ADVLTERII. ACCVSATVS. A. SACRIS REMOTVS. EST. EXINDE. LEO. SVBLAQVEVM PROFECTVS. VMBERTVM. MONACHIS. PRAESIDEM IMPOSVIT. DIPLOMATA. QVAE. IBIDEM. CONFICTA DEPREHENDIT. CORAM. INCENDI. IVSSIT. TVM. IN CAMPANIAM. ET. SAMNIVM. PERREXIT. VT INCVRSIONES. NORMANNORVM. AVERTERET. EIVSQ. REI. ERGO. OPEM. A. CONSTANTINO. AVG. IMPLORAVIT MLI.

BELLO. INTER. HENRICVM. AVG. ET. REGEM. PANNONIAE ANDREAM. EXORTO. LEO. IN. GERMANIAM. REDIIT ET. PACIS. AVCTOR. CONTROVERSIAS AVCTORITATE. DIREMIT. COENOBIVM. FVLDENSE ET. VRBS. BENEVENTVM. LEONI. ADTRIBVTA. IPSE BAMBERGAM. AVGVSTO. CONDONAVIT MLII.

CONCILIVM. A. LEONE. MANTVAM. VOCATVM. ET OB. SEDITIONES. DIMISSVM. INDE. VENETIAS. VENIT ET. TEMPLVM. MARCI. INVISIT. IN. VRBEM. REGRESSVS CONCILIVM. QVARTO. COEGIT. BERENGARIVS DAMNATVS. IVRA. PONTIFICVM. AQVILEIENSIS. ET GRADENSIS. DEFINITA. CAELESTES. HONORES GERARDO. PONT. TVLLENSIVM. DECRETI MLIII.

EXERCITV. A. LEONE. ADVERSVS. NORMANNOS COMPARATO. PVGNA. IN. APVLIA. COMMISSA INFAVSTO. EXITV. LEO. CAPTVS. A. NORMANNIS BENEVENTVM. CVM. HONORE. DEDVCTVS EMISSVSQVE. EST

LEGATI. A. LEONE. CONSTANTINOPOLIM. MISSI ADVERSVS. MICHAELEM. CERVLARIVM. QVI. GRAECOS PONTIFICES. IN. OFFICIO. CONCORDIAQVE RETINERENT MLIIII.

LEO. ANNO. VI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS. EST IN. EIVS. LOCVM. F. E. VICTOR. II. CONCILIVM. AB EO. FLORENTIAM. VOCATVM. ADVERSVS BERENGARIVM. SIMONIACI. DAMNATI. QVIQVE EOS. COERCERET. ILDEBRANDVS. IN. GALLIAS MLV.

LE-

LEGATVS· CAVTVM· NE· BONA· ECCLESIARVM ALIENARENTVR

VICTOR· IN· VRBEM· REVERSVS· QVVM· EI· SACRVM FACIENTI· VENENVM· CALICE· PROPINATVM·ESSET FRAVDEM· DIVINITVS· DETEXIT MLVI·

ITER· A· VICTORE· IN· GERMANIAM· SVSCEPTVM EST· HENRICI· AVG· CAVSSA· CVI· ET· ADFVIT MORIENTI· HENRICVS· AVG· F· REX· GERMANIAE OPERA· EIVS· ITERVM· APPELLATVS·EST·GERMANIA PACATA· IN· VRBEM·REDIIT·VOCATOQ· CONCILIO PONTIFICEM· MARSORVM· QVIBVS· BINI· PRAEESSE COEPERANT· VNVM· ESSE· IVSSIT MLVII·

VICTOR· FLORENTIAM· PROGRESSVS· IBIDEM· ANNO III· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS· EST· IN· EIVS LOCVM· F· E· STEPHANVS· X· CONCILIVM· AB· EO IN· VRBE· ACTVM· DISCIPLINAE· VETERIS RESTITVENDAE· CAVSSA· CONTVBERNIA CLERICORVM· POENIS· IRROGATIS· SVBLATA

STEPHANVS· CASINVM· PROFECTVS· AVARITIAM MONACHORVM· COERCVIT· COENOBIIQVE PRAEFECTVRAM· DESIDERIO· DETVLIT· EVNDEM CONSTANTINOPOLIM· TERTIVM· E· LEGATIS DESTINAVIT· GRAECORVM· RECONCILIANDORVM CAVSSA MLVIII·

STEPHANVS· MENSE· VIII· PONTIFICAT· SVI· MORTVVS EST· FLORENTIAE· IN· EIVS· LOCVM· GREGORIVS ALBERICI·F·COMES·TVSCVLANVS·IOANNEM·PONTIF· VELITERNORVM· PER· VIM· CREANDVM· CVRAVIT MLVIIII·

CONCILIVM· SENIS· COACTVM· PONTIFICIS· MAXIMI RITE·LEGENDI·CAVSSA·NICOLAVM· II· DESIGNAVIT IS· SVTRIVM· QVVM· VENISSET· ET· CONCILIVM VOCASSET· NVNCIATVM· EST· IOANNEM· SPONTE SE· PONTIFICATV· ABDICASSE· INDE·VRBEM·EFFVSO OBVIAM· POPVLO· ROMANO· INGRESSVS· EST

CONCILIVM· IN· LATERANO· ACTVM· VT·PONTIFICIS MAXIMI· CREANDI· RATIO· PRAESCRIBERETVR BERENGARIVS· OB· POENITENTIAM· RECEPTVS SIMONIACI· NOTATI· LEGES· IN· SACERDOTVM CONTVBERNIA· LATAE

LEGATI· A· NORMANNIS· VENERE· QVI· NICOLAVM

IN. APVLIAM. INVITABANT. IPSE. EO. PROFECTVS
CONCILIVM. MELPHIM. VOCAVIT. ADVERSVS
CONTVRBERNIA. SACERDOTVM. NORMANNOS
FOEDERE. SIBI. DEVINXIT. ET. VECTIGALES. FECIT
APVLIA. BRVTTIIS. SICILIA. DVCI. ROBERTO
GVISCARDO. ADTRIBVTIS. CAPVA. CVM. ADIECTIS
CAMPANIAE. OPPIDIS. DVCI. RICCARDO. ADSIGNATA
NICOLAVS. PETRVM. DAMIANI. FRATREM. ET
ANSELMVM. BADAGIENSEM. LEGATOS. MORVM
CORRIGENDORVM. CAVSSA. MEDIOLANVM. MISIT
IPSE. FLORENTIAM. SEDEM. HONORIS. SVI. PRIMAM
INDE. CASINVM. PROFECTVS. ODERISIVM. CARDINAL. MLX.
FECIT. PONTIFICEMQVE. AQVINATIVM. HONORE
ABIRE. IVSSIT. MARTINO. MONACHO. IN. EIVS
LOCVM. SVFFECTO. FLORENTIAM. REVERSVS. ANNO
III. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS. EST. IN. EIVS MLXI.
LOCVM. F. E. ALEXANDER. II. HVIC. TRANSPADANA
SEDITIOSORVM. FACTIO. CADALOVM. PONTIFICEM
PARMENSIVM. OPPOSVIT
CADALOVS. EXERCITV. CONFECTO. VRBEM. ACCESSIT
ET. MILITVM. MANVM. PRO. ALEXANDRO. PVGNANTEM MLXII.
FVDIT. IPSE. GOTIFREDI. DVCIS. ETRVSCORVM
AVXILIARIBVS. COPIIS. FVGATVS. EST. BELLO
RENOVATO. TEMPLVM. VATICANVM. OCCVPAVIT
IN. ARCEM. A. FACTIONE. RECEPTVS. OBSIDIONEM
BIENNIO. TOLERARE. COACTVS. EST
CONCILIVM. AB. ALEXANDRO. INDICTVM. ADVERSVS
SIMONIACOS. DAMNATI. SACERDOTES. QVI. FEMINAS MLXIII.
CONTVBERNALES. ALEBANT
HAGNE. AVG. ROMAM. E. GERMANIA. VENIT. VT. EX
PRAESCRIPTO. ALEXANDRI. PRIVATAM. IN. VRBE
VITAM. SANCTE. TRANSIGERET
LEGATI. AB. ALEXANDRO. AD. ROGERIVM. COMITEM
NORMANNORVM. MISSI. QVI. OB. VICTORIAM. DE
SARACENIS. IN. SICILIA. PARTAM. GRATVLARENTVR
ET. IPSVM. OB. MERITA. VEXILLO. DONARENT
ALEXANDER. LVCAM. SEDEM. HONORIS. SVI. PRIMAM
INVISIT. COLLEGIOQVE. CANONICORVM. INSIGNIA MLXIIII.
PONTIFICALIA. TRIBVIT
RICCARDVS. DVX. CAMPANORVM. VIOLATO

IVREIVRANDO· INCVRSIONEM· IN· FINES·ROMANOS FECIT

GVIDO· PONTIFEX· MEDIOLANENSIVM· QVOD SIMONIACVS· HABERETVR· ET· CONTVRBENIA SACERDOTVM· FERRET. ALEXANDRI· SENTENTIA·A SACRIS· REMOTVS· EST

ALEXANDER· CONCILIVM· MANTVAM· VOCAVIT ADVERSVS· CADALOVM· ET· FAVTORES· EIVS MLXVII· CONCORDIA· CONSTITVTA· MEDIOLANVM· PETIIT PATRIAM· SVAM· SEDITIONVM· PLACANDARVM CAVSSA· INDE· CAPVAM· PROFECTVS· RICCARDVM DVCEM· IN· OFFICIVM· REDEGIT

PETRVS· DAMIANI· FRATER· AB· ALEXANDRO· IN GERMANIAM· LEGATVS· VT· REGEM· HENRICVM· A MLXVIIII· BERTAE· VXSORIS· REPVDIO· DETERRERET

CONCILIVM· IN· VRBE· ACTVM· VT· DE· ATTONIIS PONTIF· MEDIOL· CREATIONE· CAVSSA·AGERETVR MLXXII· REIECTVS· GOTIFREDVS· ATTO· PROBATVS· EST

ALEXANDER·ANNO· XII· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F·E· GREGORIVS· VII· QVEM MLXXIII· INVITVM·ET·RECVSANTEM·REX·HENRICVS· ADSENSV ETIAM· SVO· CONFIRMAVIT

GREGORIVS·CAPVAM·ET·BENEVENTVM· ADIIT· ATQVE A·DVCIBVS·RICCARDO.ET·LANDOLFO·IVSIVRANDVM EXEGIT· SE· IN· PONTIFICIS· MAXIMI· POTESTATE FVTVROS

HAGNE· AVG· IN· GERMANIAM· A· GREGORIO· CVM LEGATIS· MISSA· AD· REGEM· HENRICVM· VT· AD MLXXIIII· MELIOREM· IS· FRVGEM· REVOCARETVR

GREGORIVS· CONCILIO· INDICTO· SIMONIACOS· ET CLERICOS· QVI· IN· CONTVBERNIO· VIVERENT· A SACRIS· REMOVIT· ITEM· ROBERTVM· GVISCARDVM QVOD· IVRISIVRANDI· OBLITVS· IMPERIVM DETRECTARET· TVM· GRAVES· LITTERAS·AD·REGEM GALLIAR· PHILIPPVM· MISIT· VT· EVM· DE·OFFICIO ADMONERET

CONCILIVM· ITERVM·IN·VRBEM·VOCATVM· VT· SACRI HONORIS· DEFERENDI· RATIO· PRAESCRIBERETVR MLXXV· VETITVM· NE· REGES· PONTIFICATVS· SACRASVE PRAEFECTVRAS· TRADITIS· INSIGNIBVS· DARENT

ITEM. SVPERIORIS. CONCILII. ACTA. CONFIRMATA
GREGORIVS. DIE. NATALI. D. N. IESV. QVVM. SACRVM
SOLLEMNE. IN. TEMPLO. LIBER. FACERET. DE. ALTARI
PER. VIM. RAPTVS. IN. TVRRIM. CINCIANAM
CONIECTVS. EST. CONCLAMATVM. AD. ARMA
CINCIVS. GREGORIVM. ILLICO. EMISIT. ET. FVGA
ARREPTA. DOMVM. ET. BONA. POPVLO. COMPILANDA
RELIQVIT
CONCILIO. IN. LATERANVM. COACTO. QVVM MLXXVI.
GREGORIVS. PRO. TRIBVNALI. SEDERET. ROLANDVS
AB. REGE. HENRICO. LEGATVS. IN. MEDIVM
PROGRESSVS. ABIRE. EVM. PONTIFICATV. INSIGNIAQ.
CORAM. DEPONERE. IVSSIT. QVVM. IAM. LEGATVS
COMPREHENDERETVR. GREGORIVS. PRAEFECTVM
VRBIS. QVOMINVS. VIM. INFERRET. COHIBVIT
ACTVM. DE. REGIS. SCELERE. PLACVITQVE. VT
HENRICVS. A. SACRIS. REMOTVS. REGNI. EXPERS
HABERETVR. STIPENDIARIIQVE. EIVS. OBLIGATIONE
FIDEI. SOLVERENTVR
GREGORIVS. ITINERE. IN. GERMANIAM. SVSCEPTO
QVVM. VERCELLAS. PERVENISSET. NVNCIIS. ADLATIS MLXXVII.
REGEM. ADVENTARE. STIPATVS. COHORTIBVS
MATILDAE. COMITIS. CANOSSAM. RECESSIT. IBI. REX
HENRICVS. INSIGNIBVS. REGALIBVS. POSITIS. POST
TRIVM. DIERVM. IEIVNIVM. RITE. AD. SACRA
RECEPTVS. EST
CONCILIVM. ROMAE. ACTVM. VT. LEGATIONES
HENRICI. ET. RIDOLFI. DE. REGNO. CONTENDENTIVM MLXXVIII.
AVDIRENTVR. AVCTORIBVS. SEDITIONVM. SACRA
INTERDICTA. SVNT
DESIDERIO. CARDINALI. AVCTORE. FOEDVS. INTER
GREGORIVM ET. ROBERTVM. GVISCARDVM. AQVINI
RENOVATVM. EST
CONCILIVM. ROMAM. VOCATVM. ADVERSVS
NICEPHORVM. BOTONIATEM. ISQVE. A. SACRIS
EXCLVSVS. QVOD. IN. REGNVM. MICHAELIS. ET
CONSTANTINI. AVGG. INVASISSET. POENAE. IIS
IRROGATAE. QVI. SVPERIORVM. CONCILIORVM
DECRETA. CONTEMNERENT
CONCILIVM. INDICTVM. BERENGARII. CAVSSA. VT

IS· ERRORE· DEPVLSO· VERITATEM· CATHOLICAE
PROFESSIONIS· AMPLEXVS· AD·SACRA·RECIPERETVR MLXXVIIII·
PONTIFICES· QVI· HENRICO· HAESERANT·. IN
ALIENORVM· NVMERO· HABITI
CONCILIVM· ACTVM· VT· RIDOLFVS· HENRICI·LOCO
REX· GERMANIAE· APPELLARETVR· EIQVE·CORONA MLXXX·
AVREA· A· GREGORIO· DONO· MISSA
HENRICVS· COACTIS· AD· CONCILIVM· FACTIONIS
SVAE· EPISCOPIS· GVIBERTVM· PONTIFICEM
RAVENNATIVM· GREGORIO·REIECTO·PONTIFICEM
MAXIMVM· DICENDVM· CVRAVIT
NVNCII· TRISTES· A· GERMANIA· VENERE· REGEM
RIDOLFVM· VVLNERE· IN· PVGNA· ACCEPTO
OCCVBVISSE· ET· AB· GALLIA· TRANSPADANA
NVNCIATVM· MATILDAE· EXERCITVM· IN· AGRO
MANTVANO· AB. HENRICIANIS· FVSVM· ESSE
HENRICVS· EXERCITV· IN· ITALIAM· DVCTO· VRBEM
OBSIDIONE· TER· CINXIT· LVE· PER· AESTATEM MLXXXI·
PREMENTE· BIS· ABIRE· COACTVS· GVIBERTVM
QVEM· PRO· PONTIFICE·MAXIMO· HABEBAT·TIBVRE
MILITIBVS· IMPERITARE· IVSSIT
CONCILIVM· A· GREGORIO· VOCATVM· ADVERSVS
HENRICVM· ET. PONTIFICES· QVI· SECTAM· EIVS
SEQVVTI· ERANT· SENTENTIA· IN· OMNES· ITERVM
DICTA· NE· QVIS· SACRA· CVM· IIS· COMMVNIA
HABERET
FACTIO· SEDITIOSORVM· HENRICVM· PORTA
COELIMONTANA· RECEPTVM· IN· LATERANVM MLXXXIIII·
DEDVXIT· GREGORIVS· IN· ARCEM·CONFVGIT· EIVS
LOCO· GVIBERTVS· CONSECRATVS· EST· ET
CLEMENS· III· APPELLATVS· AB· HOC· HENRICVS
INSIGNIA· IMPERI· ACCEPIT
ROBERTVS· GVISCARDVS· MAGNIS· COPIIS·AD·VRBEM
ACCESSIT· HENRICVS· CVM· GVIBERTO· FVGAM
MATVRAVIT· VRBS. IN· EO· TVMVLTV· MAGNAM
PARTEM·INCENSA· EST· TEMPLA· ET·TECTA·PASSIM
EVERSA· AVT· DIREPTA
GREGORIVS· IN· LATERANVM· REDVCTVS·CONCILIVM
COEGIT· ET· HENRICO· GVIBERTOQVE· DAMNATIS MLXXXV·
CASINVM· PETIIT· INDE· SALERNVM·IBIQ· ANNO·XII·

PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS·EST· IN· EIVS·LOCVM
F· E· VICTOR· III· QVI· DIV· HONOREM·AVERSATVS
CONCILIO· CAPVAM· VOCATO. PONTIFICATVM
TANDEM· INVITVS· ACCEPIT· INDE· ROMAM MLXXXVII·
DEDVCTVS· GVIBERTO· EXACTO· IN· TEMPLO
VATICANO· CONSECRATVS· EST

MATILDA· COLLOQVII· CAVSSA· AD· VICTOREM
VENIT· EIVSQ· OPERA· ARX· RECEPTA· GVIBERTIQ·
PRAESIDIA· DEIECTA· SVNT

TVRBATVM· RVRSVS· IN· VRBE· OB·STVDIA·PARTIVM
VICTOR· CASINVM· DEINDE· BENEVENTVM
CONCESSIT· CONCILIVM· EO·VOCATVM· ADVERSVS
GVIBERTVM· DAMNATI· QVI· SACRI· HONORIS
INSIGNIA· A· PROFANIS· ACCEPISSENT

VICTOR· MENSE· V· PONTIFICATVS SVI· MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· CONCILIO· TARRACINAM
COACTO·FACTVS·EST·VRBANVS· II· QVEM·POPVLVS MLXXXVIII·
ROMANVS· GVIBERTO· PVLSO· LAETVS· EXCEPIT

CONCILIVM· AB· VRBANO· ROMAE· ACTVM. VT
SANCTIONES· GREGORII· VII· ET· VICTORIS· III·
LEGVM· SACRANDARVM· NVMERO· HABERENTVR
IDEM· IN· APVLIAM· PROFECTVS· CONCILIVM
ITERVM· MELPHIM· VOCAVIT· VT· DISCORDIIS
PRIVATORVM·HOMINVM·TOLLENDIS·DIES·PACALES
CONSTITVERET· IBIDEM· ROGERIVS· DVX·APVLIAE
FIDEM· VRBANO· SVAM· IVREIVRANDO·OBLIGAVIT
SE· IN· EIVS· POTESTATE· FVTVRVM

VRBANVS· BENEVENTVM· DIGRESSVS· CONCILIVM
COEGIT· DISCIPLINAE· VETERIS· REVOCANDAE MLXXXXI·
CAVSSA·RVRSVM· GVIBERTINA· FACTIO· CVM·DVCE
DAMNATA

SEDITIO· IN· VRBE· FVIT· GVIBERTVS· REVOCATVS
EST· FACTIO· EIVS· ARCEM·PRAESIDIO·OCCVPAVIT

VRBANVS· IN· LATIVM· SECESSIT· ET· ANAGNIAE
ROGATV· MATILDAE· DEIBERTVM· PONTIFICEM MLXXXXII·
PISANORVM· ARCHIEPISCOPVM· DIXIT· ROMAM
REVERSVS· LATERANVM· PECVNIA· CVSTODIBVS
EROGATA· RECEPIT· INDE· OPTIMATIBVS· IN· FIDE
SVA· CONFIRMATIS· PLACENTIAM· PERREXIT

CONCILIVM· PLACENTIAM· VOCATVM· ADVERSVS

MO·

MORVM· PERVERSITATEM· ET· REPVDIA· REGVM AVCTORES· RERVM· NOVARVM· NOTATI· AVDITAE LEGATIONES· ALEXII· COMNENI· AVG· BELLVM· IN TVRCAS· PRIMVM· INDICTVM

VRBANVS· CREMONAM· PROGRESSVS, A· REGE CONRADO· HENRICI· FILIO· HONORIFICENTISSIME ACCEPTVS· EST· INDE· IN· GALLIAS· PROFECTVS CONCILIVM· AVGVSTONEMETVM· IN· FINES ARVERNORVM·VOCAVIT·ACTVM·DE·HIEROSOLYMIS LIBERANDIS· MVLTI· MORTALES· AD· ID· BELLVM CRVCIS· INSIGNI· SVMPTO· NOMEN· DEDERVNT

CONCILIVM· AB· VRBANO· BIS· ACTVM· CAESARODVNI ET· NEMAVSI· DISCIPLINAE· VETERIS· REVOCANDAE CAVSSA· REX· PHILIPPVS· OB· POENITENTIAM· IN SACRORVM· COMMVNIONEM· RECEPTVS MLXXXXVI·

VRBANVS·IN·ITALIAM·REGRESSVS· LVCAE· EXERCITVM HVGONIS· MAGNI· IN· PALAESTINAM PROFICISCENTEM· FAVSTA· PRECATIONE LVSTRAVIT· INDE· ROMAM· GVIBERTO· IAM· AB HVGONIS· MILITIBVS. PVLSO· REVERSVS EST

VRBANVS· RE· PVBLICA· ORDINATA·CAPVAM·PERREXIT VT· NORMANNOS· CAMPANIS· PLACARET· ET OBSIDIONEM· SOLVERET· IBI· ANSELMVM PONTIFICEM· CANTVARIENSIVM· BRITANNIA EXTORREM·MAGNO· HONORE, ACCEPIT· SALERNVM PROFECTVS· ROGERIVM· COMITEM· LEGATVM PONTIFICIS· MAXIMI· PER· SICILIAM· DIXIT MLXXXXVIII·

CONCILIVM· AB· VRBANO· BARIVM. VOCATVM· EST AD· GRAECORVM·DISSIDIA· TOLLENDA· ANSELMVS MVLTA· GRAVITER· ADVERSVS· NOVAM· EORVM DOCTRINAM· DISSERVIT

VRBANVS· ROMAM· REVERSVS· ARCEM· RECEPIT CONCILIO· INDICTO· DECRETA· SVPERIORVM CONCILIORVM· CONFIRMAVIT· ACTVM· DE· COPIIS AVXILIARIBVS· IN· PALAESTINAM· SVBMITTENDIS HOC· ANNO· IDIBVS· IVLIIS· HIEROSOLYMA· AB EXERCITV· CHRISTIANO CAPTA SVNT MLXXXXVIIII·

VRBANVS· ANNO· XII· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· PASCHALIS· II· HOC PONTIFICE· GVIBERTVS· E· FINIBVS· ROMANIS MC·

PVLSVS. EST. QVI. PAVLLO. POST. REPENTINA OCCVBVIT. MORTE. EIDEM. A. FACTIONE. ALBERTVS SVBINDE. THEODORICVS. SVFFECTVS. EST

SAECVLVM. XII.

CONCILIVM. IN. LATERANO. ACTVM. AD. SVPERIORVM CONCILIORVM. AVCTORITATEM TVENDAM PONTIFEX. CAMPANORVM. SACRILEGII. DELATVS HONORIS. GRADV. MOTVS. EST. HENRICO. OB PERTINAX. DISSIDIVM. RVRSVS. SACRIS INTERDICTVM MCII.

BERNARDVS. CARD. A. PASCHALI. CANOSSAM. LEGATVS MATILDEM. COMITEM. CONVENIT. TABVLASQVE. AB EA. TESTAMENTARIAS. ACCEPIT. QVIBVS PONTIFICES. MAXIMOS. PATRIMONII. SVI. HEREDES INSTITVIT

LEGATI. AB. REGE. HENRICO. HENRICI. FILIO. QVI PASCHALEM. DE. STVDIO. SVO. ET. VOLVNTATE EDOCERENT. BERNARDVS. CARD. A. FACTIONE HENRICIANA. PARMAE. IN. TEMPLO. CAPTVS MATILDAE. ADVENTV. LIBERATVS. EST MCIIII.

CONCILIVM. IN. LATERANO. ITERVM. ACTVM. CONTRA EOS. QVI. SACRI. HONORIS. INSIGNIA. APVD BRITANNOS. A. PROFANIS. ACCEPERANT. CRISOLAVS PONT. MEDIOL. ADVERSVS. LIPRANDI ACCVSATIONES. DEFENSVS. ET. IN. PRISTINVM GRADVM. RESTITVTVS. EST

TVRBATVM. IN. VRBE. STEPHANO. CORSIO. AVCTORE CASTELLVM. AD. PAVLLI. VIA. OSTIENSI. QVOD ILLE. OCCVPARAT. VI. CAPTVM. EST MCV.

PASCHALIS. IN. ETRVRIAM. ABIIT. ET. CONCILIO FLORENTIAM. COACTO. FLVENTII. CAVSSAM COGNOVIT. INDE. LVCAM. A. MATILDA. INVITATVS PERREXIT. ET. CANONICORVM. FREDIANENSIVM IVRA. VITAE. RATIONE. COMMENDATA FIRMAVIT

HENRICVS. DE. ADMISSIS. DOLENS. VIX. DVM. LEGATIS ROMAM. PROFICISCI. IVSSIS. QVI. PASCHALEM. SIBI RECONCILIARENT. LEODICI. MORTVVS. EST MCVI.

QVI-

GVIBERTI· SEPVLCRVM· RAVENNAE· PASCHALIS·IVSSV
EVERSVM· OSSAQ·EIVS·IN· PROFLVENTEM· ABIECTA
AT· IN· VRBE· OPERA· PVBLICA· IMPENSA· EIVSDEM
RESTITVI· COEPTA· AEDESQVE· SACRAE·QVINDECIM
REFECTAE· SVNT
PASCHALI· BENEVENTVM· PROFECTO· GVARNIERVS
DVX· FACTIONIS· HENRICIANAE· MILITE·IN·VRBEM
IMMISSO· MAGINOLFVM· PONTIFICEM· MAXIMVM
DICERE· AVSVS·EST·PASCHALIS·IN·VRBEM·REVERSVS
PRAEDONEM· INTRA· BIDVVM· ROMA· EXEGIT
PASCHALIS· VRBE· PACATA· IN· REGIONEM·PADANAM
PERREXIT· ET· CONCILIVM·GVASTALLAM·VOCAVIT
IBI· REGIS· HENRICI· V· LEGATIONES· AVDITAE
PONTIFICIS· RAVENNATIVM· IVRA· CIRCVMCISA
HONORIS· SACRI· DEFERENDI·POTESTAS·PROFANIS
ADEMPTA·BERNARDVS· CARD· PARMENSIBVS·PONT·
DATVS· EST
PASCHALIS· PER· ALLOBROGVM· FINES· IN· GALLIAS
PROGRESSVS· CONCILIVM· AVGVSTAM· TRICASSIN· MCVII·
VOCAVIT· DISCIPLINAE· VETERIS· RESTITVENDAE
CAVSSA· EO· LEGATOS· REX· HENRICVS·PRAEMISIT
PER· QVOS· APVD· PONTIFICEM· MAXIMVM·IVS·SIBI
HONORES· SACROS· DEFERENDI· ADSERERETVR
CONCILIVM· A· PASCHALI· ACTVM· BENEVENTI
ADVERSVS· CLERICOS· QVI· HONOREM· SACRVM· A MCVIII·
PROFANIS· DELATVM· ACCEPISSENT· ACCEPTVRIVE
ESSENT· POENA· VTRISQVE· PROPOSITA· VT
SACRORVM·COMMVNIONE·CARERENT·IMPROBATVS
ITEM· SACERDOTVM· CVLTVS·AMOENIOR·COLIQVE
OMNES. SANCTE· POTIVS· QVAM· SCITE· IVSSI
PASCHALIS· ROMAM· REVERSVS· LICENTIAM· CIVIVM
COERCVIT· ET· PATRIMONIA· ECCLESIAE· PER·VIM
EREPTA· ARMIS· RECEPIT· CONCILIVM· TERTIO·IN MCX·
LATERANVM· VOCAVIT· VT· VETERA· DECRETA
SANCIRENTVR· NVNCIIS· DE· REGIS· HENRICI
ADVENTV· PERLATIS· IN· CAMPANIAM· PROFECTVS
PRINCIPES· NORMANNORVM· AD· COLLOQVIVM
INVITAVIT· FOEDERIS· RENOVANDI· CAVSSA
REX· HENRICVS· VRBEM· INGRESSVS· PASCHALEM
QVOD· INSIGNIA· IMPERI· NISI· IVRE· DECEDERET

EI. SE. DATVRVM. NEGABAT. VIOLATA. FIDE
COMPREHENDI. IVSSIT. TVMVLTVS. INDE. ORTVS
ET. INGENS. CIVIVM. ET. MILITVM. CAEDES. HENRICVS
PONTIFICEM. MAXIMVM. IN. SABINOS. CAPTIVVM
DVXIT

PASCHALIS. PERICVLI. A. SVIS. PROPVLSANDI. CAVSSA
PROFESSVS. VI. SE. ADACTVM. HAC. CONDICIONE
IVS. HENRICO. DEFERENDI. SACROS. HONORES
REMISIT. VT. PECVNIAM. EIVS. REI. ERGO. NVLLAM
CAPERET. EIQVE. INSIGNIA. IMPERI. SOLEMNI. RITV
IN. TEMPLO. VATICANO. DEDIT. PROTINVS
TARRACINAM. POPVLI. RVMORIBVS. OFFENSVS
MIGRAVIT

POPVLVS. ROMANVS. PASCHALEM. LEGATIONE. MISSA MCXII.
IN. VRBEM. REVOCAVIT. CONCILIO. IN. LATERANVM
VOCATO. ACTA. PASCHALIS. IPSO. AVCTORE
RESCISSA. FACINORIS. POENA. OB. PROMISSI. FIDEM
HENRICO. AVG. CONDONATA. EST

PASCHALIS. ITINERE. IN. APVLIAM. SVSCEPTO
CONCILIVM. CIPERANI. EGIT. GVLIELMI. DVCIS MCXIIII.
IMPERIVM. IN. APVLIAM. BRVTTIOS. SICILIAM
CONCEPTIS. VERBIS. FIRMAVIT. LANDOLFVM
PONTIFICEM. BENEVENTAN. OB. CONIVRATIONEM
GRADV. MOVIT. INDE. TROIAM. APPVLAM. PERREXIT
VT. CONCILIO. ITERVM. INDICTO. PACALES. DIES MCXV.
CONSTITVERET. EO. ANNO. MATILDA. COMES
MORTVA. EST

CONCILIVM. QVINTO. COACTVM. IN. LATERANVM
VT. CONCILII. SVPERIORIS. ACTA. FIRMARENTVR MCXVI.
EXINDE. PASCHALIS. SEDITIONE. OB. PRAEFECTVRAM
VRBIS. A. COMPETITORIBVS. CONFLATA. SETIAM
CONCESSIT. ET. DE. ADVENTV. HENRICI. AVG.
CERTIOR. FACTVS. BENEVENTVM. PERREXIT

HENRICVS. AVG. PRIMORIBVS. VRBIS. SIBI. CONCILIATIS
INSIGNIA. IMPERI. A. MAVRITIO. BVRDINO. LEGATO
PONTIFICIS. MAXIMI. ITERVM. ACCEPIT. PASCHALIS
RE. COGNITA. LEGATVM. CONCILIO. BENEVENTI
ACTO. DAMNAVIT. ET. HONORIS. GRADV. DEIECIT MCXVII.
ROMAM. POSTEA. CVM. MAGNA. MANV. REVERSVS
HOSTES. E. VATICANO. PELLERE. CONATVS. EST

PASCHALIS·ANNO· XVIIII· PONTIFICAT· SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· GELASIVS· II· HVNC FACTIO· HENRICIANA· VIX· DVM· DESIGNATVM INRVPTIONE· FACTA· CEPIT· ET· IN· CVSTODIAM CONIECIT· DONICVM· POPVLO· POSTVLANTE EMITTERE· COACTA· EST MCXVIII·

GELASIVS· HENRICO· AVG· ADVENTANTE· CAIETAM CONFVGIT·HIC·ROMAE·MAVRITIVM· GELASII· LOCO PONTIFICEM· MAXIMVM· CREANDVM· CVRAVIT GELASIVS· CAPVAM· PROFECTVS· CARDINALIBVS VOCATIS·HENRICVM·AVG·ET·MAVRITIVM·A·SACRIS REMOVIT· INDE· ROMAM· REVERSVS· QVVM· NIHIL VSQVAM· TVTVM· VIDERETVR· PISAS· NAVIGAVIT GENVAM· ADIIT· IN· GALLIAS· PERREXIT MCXVIIII·

GELASIVS· MVLTARVM· VRBIVM· LEGATIONIBVS AVDITIS· ET· CONCILIO· REMOS· INDICTO· QVVM AD·COENOBIVM· CLVNIACENSE·ACCESSISSET· ANNO I· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS· EST· PATRES CARD· QVI·EVM·SEQVVTI·FVERANT· CALLISTVM·II· SVCCESSOREM· DESIGNARVNT· IVDICIVMQ·EORVM QVI· ROMAE· ERANT· COMMVNI· CONSENSV COMPROBAVERVNT MCXX·

CALLISTVS· CONCILIO· TOLOSAE· ET· REMIS· ACTO IN· ITALIAM· VENIT· ET· TEMPLO· MAXIMO· PISIS DEDICATO· VRBEM· MAVRITII· FVGA· PACATAM ADVENTV· SVO· CONFIRMAVIT·INDE·BENEVENTVM ADIIT· APVLIAM· OBIVIT MCXXI·

SVTRINI· OB· MAVRITIVM· RECEPTVM· A· ROMANIS OBSESSI· OPPVGNATIQVE· DEDITIONE· EIVS· SE· ET PATRIAM· REDEMERVNT· EXERCITVS· VRBEM REPETENS· MAVRITIVM· CAMELO· AVERSVM IMPOSVIT· ET· POPVLO· OSTENSVM· IN· CVSTODIAM CONIECIT MCXXII·

HENRICVS· AVG· LEGATIS· AD· CALLISTVM· MISSIS CONCORDIAE· CONSTITVENDAE· CAVSSA· VETEREM MOREM· REDVCI· PASSVS· EST· VT· SACRI· HONORES COMITIORVM· AVCTORITATE· MANDARENTVR MCXXIII·

CONCILIVM· MAGNVM· IN· LATERANVM· VOCATVM EST· PACIS· FIRMANDAE· ET· DISCIPLINAE· VETERIS RESTITVENDAE· CAVSSA· ACTVM· DE· PISANORVM

ET. GENVENSIVM. CONTROVERSIIS. DATVMQVE
PONTIFICIBVS. CORSORVM. NE. IN. ARCHIEPISCOPI
PISARVM. DITIONE CENSERENTVR
AEDES. NICOLAI. A. CALLISTO. CONDITA. AD
LATERANVM. ALIAE. PASSIM. REFECTAE. ORNATAE
AQVA. IN. VRBEM. INDVCTA. TVRRES. CINCII. ET
BONAE. PROPVGNACVLA. SEDITIOSORVM. EVERSAE
CALLISTVS. ANNO. VI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. TEBALDVS. ET. LAMBERTVS MCXXIIII.
A. SVA. QVISQVE. FACTIONE. DESIGNATI. TEBALDO
SE. ABDICANTE. LAMBERTVS. RITE. RECEPTVS. ET
HONORIVS. II. APPELLATVS. EST
NVNCII. E. GERMANIA. VENERE. HENRICVM. AVG. MCXXV.
MORTVVM. ESSE. ACTOQVE. CONVENTV. REGNVM
A. PRIMORIBVS. LOTHARIO. DELATVM
HONORIVS. BENEVENTVM. ET. TROIAM. APPVLAM
PROFECTVS. ROGERIVM. COMITEM. SICILIAE
APVLIAM. PROVINCIAM. SIBI. VINDICANTEM. IN
OFFICIO. CONTINERE. CONATVS. EST. HOSTEM MCXXVII.
BELLO. EXPERTVS. AD. CONSILIA. PACIS. ADDVXIT
ET. APVLIAM. EI. BRVTTIOSQVE. VETERI. LEGE
ADTRIBVIT
REX. LOTHARIVS. LEGATOS. AD. HONORIVM. MISIT
ADVERSVS. CONRADVM. IN. ITALIAE. REGNVM
IRRVENTEM. CONRADVS. REIECTVS. ET. A. SACRIS MCXXVIIII.
REMOTVS. EST. PETRVS. CARD. TITVLO. ANASTASIA
RAVENNAM. LEGATVS. VT. PONTIFICES
AQVILEIENSIVM. ET. GRADENSIVM. QVOD. DISSIDII
FAVTORES. FVERANT. LOCO. MOVERET
HONORIVS. ANNO. VI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. INNOCENTIVS. II. HVIC MCXXX.
FACTIO. SEDITIOSORVM. ANACLETVM. OPPOSVIT
QVI. TEMPLO. VATICANO. COMPILATO. PRIVATOQ.
PATRIMONIO. EFFVSO. MILITES. SCRIPSIT. ET
FAVTORES. SVOS. DITAVIT
INNOCENTIVS. A. CAEDE. ABHORRENS. ECCLESIA
PONTIFICI. SABINORVM. COMMENDATA. ITER
MARITIMVM. SVSCEPIT. ET. PISIS. GENVAQVE
LVSTRATIS. IN. GALLIAS. SE. RECEPIT
ANACLETVS. PONTIFICEM. MEDIOLANENSIVM. SIBI

CONCILIAVIT. ROGERIVM. DVCEM. LEGATO. IN SICILIAM. QVI. REGALIA. INSIGNIA. IMPONERET REGEM. DIXIT. IDEM. ROMAE. AEDEM. LAVRENTII ET. LVCINAE. REFECIT. AC. DEDICAVIT. EODEM TEMPORE. AEDES. SESSORIANA. CVM. COENOBIO A. GERARDO. CARD. RESTITVTA. EST

CONCILIVM. AB. INNOCENTIO. AVGVSTONEMETI ACTVM. ITEM. CARNVTI. ET. REMIS. DISSIDII TOLLENDI. CAVSSA. ANACLETVS. ET. FAVTORES EIVS. A. SACRIS. REMOTI. REGVM. ET. CIVITATVM STVDIA. IN. INNOCENTIVM. CONVERSA MCXXXI.

INNOCENTIVS. IN. ITALIAM. REGRESSVS. CONCILIVM PLACENTIAM. VOCAVIT. INDE. PISAS. VENIT. ET PISANORVM. AC. GENVENSIVM. CONTROVERSIIS COMPOSITIS. REGE. LOTHARIO. STIPANTE. AD VRBEM. ACCESSIT. ANACLETVS. ARCE. SE. ET MILITIBVS. SEPSIT MCXXXII.

CIVITAS. EFFVSA. OBVIAM. INNOCENTIVM. IN LATERANVM. DEDVXIT. REX. LOTHARIVS. INSIGNIA IMPERI. AB. INNOCENTIO. TVLIT. VRBES. ETIAM QVAE. MATILDAE. FVERANT. LEGE. VECTIGALI REGENDAS. ACCEPIT MCXXXIIII.

INNOCENTIVS. PISAS. REVERSVS. CONCILIO. VOCATO SENTENTIAM. IN. ANACLETVM. DIXIT. PONTIFICES DISSIDII. TENACES. GRADV. MOVIT. BERNARDVM PATREM. MONACHORVM. AD. MEDIOLANENSES LEGAVIT MCXXXVII.

LOTHARIVS. AVG. EXERCITV. IN. ITALIAM. DVCTO REGIONEM. PADANAM. ARMIS. AVT. AVCTORITATE PACAVIT. APVLIAM. ET. CAMPANIAM. INNOCENTIO PARERE. COEGIT. RAINOLFVS. VTROQVE. AVCTORE CREATVS. EST

INNOCENTIVS. PRAENESTE. RECEPTO. IN. VRBEM REDIIT. LOTHARIVM. AVG. IN. GERMANIAM PROFICISCENTEM. MORS. INTERCEPIT. ROGERI EXERCITVS. IN. APVLIA. A. RAINOLFO. CAESVS APVD. RAGNANVM. CASTRAQVE. CAPTA. SVNT MCXXXXIII.

ANACLATVS. DIEM. OBIIT. SVPREMVM. HVIC. FACTIO SEDITIOSORVM. GREGORIVM. SVFFECIT. ET VICTOREM. IIII. APPELLAVIT. BERNARDO. AVCTORE

VICTOR. INSIGNIBVS. POSITIS. INNOCENTIVM ADORAVIT. ITAQVE. CIVITAS. SEDITIONIBVS. AC DISCORDIIS. PERFVNCTA. PAX. ORBI. CHRISTIANO REDDITA. EST

CONCILIVM. MAGNVM. AB. INNOCENTIO. IN LATERANVM. INDICTVM. AD. LIBIDINIS. ET. AVARITIAE LICENTIAM. COERCENDAM. ARNOLDVS. BRIXIANVS AVCTOR. RERVM. NOVARVM. DAMNATVS. ACTA ANACLETI. RESCISSA. ITEM. SANCITVM. VT. A. SACRIS REMOTVS. HABERETVR. SI. QVIS. CLERICVM MONACHVMVE. SCIENS. VOLENSQVE. VIOLASSET MCXXXVIIII.

AEDES. MARIAE. TRANSTIBERINAE. OPERE. MVSIVO AB. INNOCENTIO. EXORNATA. AEDES. ANASTASII AD. AQVAS. SALVIAS. COENOBIO. AVCTA. ET. IN TEMPLO. PAVLLI. VIA. OSTIENSI. CELLA. MAXIMA COMMVNITA. EST. ITEM. IN. LATERANO. TEMPLVM SVBLAQVEATVM. ET. DOMVS. PONTIFICALIS PROLATA. ATQVE. EXCVLTA

ROGERIVS. AVDITO. RAINOLFVM. DVCEM. OCCVBVISSE APVLIAM. RVRSVM. INVASIT. INNOCENTIVS. CASINVM CVM. EXERCITV. PROFECTVS. VT. DE. PACE. AGERET QVVM. RE. INFECTA. IN. TVTVM. PRAESIDIVM MIGRARET. A. NORMANNIS. CAPTVS. EST

INNOCENTIO. HONOR. HABITVS. EMISSVSQVE. CVM SVIS. EA. CONDITIONE. VTI. ROGERIVM. REGEM APPELLARET. ROGERIOQVE. ROGERI. F. APVLIAM ET. CAMPANIAM. VETERI. LEGE. ADTRIBVERET

TIBVR. AB. ROMANIS. OBSESSVM. OBSESSI. CLADEM OPPVGNANTIBVS. INTVLERE. RENOVATO. BELLO TIBVRTES. SE. IN. DITIONEM. ET. ARBITRATVM INNOCENTII. DEDIDERVNT. ROMANI. QVOD. MITIOR IN. EOS. FVISSET. SEDITIONE. IN. VRBE. FACTA SENATVM. LEGERVNT. CVIVS. ARBITIO. RES GERERENTVR MCXXXXI. MCXXXIII.

INNOCENTIVS. ANNO. XIIII. PONTIFICATVS. SVI MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. CAELESTINVS II. QVEM. SEXTO. POST. MENSE. MORS. INTERCEPIT IN. EIVS. LOCVM. F. E. LVCIVS. II. HVIVS. CONGRESSVM REX. ROGERIVS. PER. LEGATOS. PETIIT. IN. EIVSDEM SE. POTESTATE. ESSE. PROFESSVS MCXXXXIIII.

VE-

VENETI. PISANIQVE. BELLVM. INVICEM. INFESTIS CLASSIBVS. INFERENTES. LVCII. AVCTORITATE. IN CONCORDIAM. REDIERE

LVCIVS. MENSE. XII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. EVGENIVS. III. QVI. OB VRBANAS. DISSENSIONES. IN. COENOBIO. FARFENSI CONSECRATVS. VITERBIVM. SE. RECEPIT MCXXXXV.

FACTIO. SENATVS. ARNOLDO. CONCITATORE DESAEVIT. PRAEFECTVRA. VRBIS. ABOLITA. CIVES APVD. PRINCIPEM. SENATVS. SACRAMENTVM. DICERE IVSSI

EVGENIVS. LEGATIONIBVS. FRVSTRATVS. IORDANVM A. SACRIS. REMOVIT. DEIN. EXERCITV. COMPARATO ET. COPIIS. TIBVRTIVM. AVXILIARIBVS. AVCTO SENATVM. PACEM. PETERE. COEGIT. PRINCIPE SENATV. MOTO. PRAEFECTOQVE. RESTITVTO SENATVM. IN. VRBE. ESSE. PASSVS. EST. PACE CONSTITVTA. IN. GALLIAS. SE. CONTVLIT. ET CONCILIVM. LVTETIAM. PARISIORVM. VOCAVIT

BELLVM. ADVERSVS. TVRCAS. ET. SARACENOS EVGENIO. AVCTORE. A. GERMANIS. GALLISQVE SVSCEPTVM. MVLTAS. ITALIA. COPIAS. IN. ORIENTEM SVBMISIT MCXXXXVII.

CONCILIVM. AB. EVGENIO. REMIS. ACTVM DISCIPLINAE. VETERIS. RESTITVENDAE. CAVSSA GILBERTI. PONTIFICIS. PICTAVIENS. SCRIPTA EXCVSSA. DAMNATAQVE MCXXXXVIII.

EVGENIVS. IN. ITALIAM. REVERSVS. REGIS. ROGERI COPIIS. FACTIONEM. SENATVS. COERCVIT. SIGNIA NORBA. TARRACINA. RECEPTIS. VRBEM. IN. SVAM POTESTATEM. REDEGIT MCLII.

LEGATI. AB. REGE. FEDERICO. AHENOBARBO. AD EVGENIVM. VENERE. FOEDERIS. RENOVANDI. CAVSSA PORTICVS. TEMPLI. LIBERIANI. AB. EVGENIO RESTITVTA. ET. IN. VATICANO. DOMVS PONTIFICALIS. AB. INCHOATO. EXSTRVCTA

EVGENIVS. ANNO. VIIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. ANASTASIVS. IIII. HOC PONTIFICE. FAMES. IN. VRBE. FVIT. INOPIA. PLEBIS LIBERALITATE. EIVS. LEVATA. EST MCLIII.

DOMVS· PONTIFICALIS· AD· AEDEM· ROTVNDAM· IN
CAMPO· MARTIO· AB· ANASTASIO· CONDITA
NVNCII· AB·SICILIA·ADLATI·REGE·ROGERIO·MORTVO
GVLIELMVM· FILIVM· REGNARE MCL IIII.
ANASTASIVS. ANNO· II· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· HADRIANVS· IIII· HVIC
REX· GVLIELMVS· LEGATOS· MISIT. HONORIS
HABENDI· ET· GRATIAE· CONCILIANDAE· CAVSSA
HADRIANVS· QVOD· AB· ARNOLDI· FACTIONE·PATER
CARD· TITVLO· PVDENTIANA· VIOLATVS
VVLNERATVSQVE· ESSET· VRBEM· VNIVERSAM
INTERDICTIONE· SACRORVM· PVNITVS· POMOERIO
EXCESSIT
REX· GVLIELMVS· IQVOD· INCVRSIONEM· IN FINES MCLV·
ROMANOS· FECISSET· HADRIANI· SENTENTIA· A
SACRIS· REMOTVS· EST
HADRIANVS· VRBI· PLACATVS· QVOD· CIVES
ARNOLDVM· IN·EXSILIVM·EGISSENT·IN·LATERANVM
REGRESSVS· SACERDOTIBVS· RVRSVM· SACRIS
OPERANDI· IVS· FECIT
REX·FEDERICVS·REBVS·CVM·HADRIANO·COMPOSITIS
VRBEM· ACCESSIT· ET· IN· TEMPLO· VATICANO
INSIGNIA· IMPERI· SOLLEMNI· RITV· ACCEPIT
SEDITIO· IN· VRBE· ET· PVGNA· INTER· CIVES· ET
EXERCITVM· AVG· FVIT
LEGATI· A· REGE· GVLIELMO· AD· HADRIANVM· DE MCLVI·
PACE· MISSI· EAQVE· PRIMVM· REPVDIATA·DEINDE
BENEVENTI· AEQVIS·CONDITIONIBVS·CONSTITVTA
REX· IN· POTESTATE· PONTIFICIS· MAXIMI· SE
FVTVRVM· SPOPONDIT
CONTROVERSIAE· GRAVES· INTER· FEDERICVM· ET
HADRIANVM· DE· IVRE· EXORTAE· CONCORDIA MCLVIII·
LEGATIONIBVS· MALE· SARTA
HADRIANVS· ANNO· V· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· ALEXANDER· III· CVI
OCTAVIANVS· CARD· FACTIONE· AVG· FRETVS MCLVIIII·
INSIGNIA· DERIPVIT· ET· SE· PRO· PONTIFICE
MAXIMO· GESSIT· VICTOR· IIII· APPELLATVS
ALEXANDER· VRBE· SOSPES· EGRESSVS· LEGATOS
TARRACINA· AD· AVGVSTVM· MISIT· QVI· REIECTI

SVNT

SVNT· REX· GVLIELMVS· ALEXANDRVM· SVMMO
HONORE· PROSEQVVTVS· EST
FEDERICVS· AVG· CONVENTV· TICINVM·VOCATO·DE
PONTIFICIS· MAXIMI· CREATIONE· COGNOVIT· ET MCLX·
OCTAVIANVM· ALEXANDRO· PRAETVLIT· OB· EAM
REM· ALEXANDER· SACRO· ANAGNIAE· SOLLEMNI
RITV· FACTO· FEDERICVM· ET· OCTAVIANVM· A
SACRORVM· COMMVNIONE· SECLVSIT
GALLIA·REGE·LVDOVICO·BRITANNIA·REGE·HENRICO
AVCTORIBVS· ALEXANDRVM· COMMVNI· CONSENSV MCLXI·
PONTIFICEM· MAXIMVM· SALVTAVERVNT
ALEXANDER· IN· VRBEM· REVERSVS· AEDE· MARIAE
NOVAE· DEDICATA· IN· LATIVM· SECESSIT· ET
TARRACINA· SOLVENS· REGIS· GVLIELMI
TRIREMIBVS·GENVAM·NAVIGAVIT INDE·IN·GALLIAS
AD· REGEM· LVDOVICVM· PERREXIT
CONCILIVM· AB· ALEXANDRO· CAESARODVNVM
VOCATVM·EST·DOCTRINAE· VETERIS·RETINENDAE MCLXIII·
DISCIPLINAEQVE· REVOCANDAE· CAVSSA
OCTAVIANVS· ET· FAVTORES· EIVS· DAMNATI
OCTAVIANO· LVCAE· DEMORTVO· IN· EIVS· LOCVM
GVIDO· CREMENSIS· A· FACTIONE· CREATVS MCLXIIII·
PASCHALIS· III· DICTVS· EST· QVEM· FEDERICVS
AVG· PRO· PONTIFICE· MAXIMO· HABVIT
ALEXANDER· SICILIAM· APPVLSVS· REGIS· GVLIELMI
TRIREMIBVS· ROMAM· VECTVS· ET· POPVLO MCLXV·
PLAVDENTE· IN· LATERANVM· DEDVCTVS· EST
LEGATVS· CONSTANTINOPOLI· A· COMNENO· AVG·
VENIT· QVI· CVM· ALEXANDRO· DE· ORIENTIS· ET MCLXVI·
OCCIDENTIS· CONCORDIA· AGERET· ATQ·IMPERIVM
POPVLI· ROMANI· GRAECIS· AVGG· DEPOSCERET
ITAQVE· AB· ALEXANDRO· CONSTANTINOPOLIM
MISSI· QVI· DE· RE· VTRAQVE· COGNOSCERENT
BELLVM· ALEXANDRO· INVITO· TVSCVLANIS· A
POPVLO· ROMANO· INLATVM· TVSCVLANI· COPIIS MCLXVII·
FEDERICI· AVG· CONFIRMATI· ROMANOS· MAGNA
CLADE· CECIDERVNT
VRBE· A· FEDERICO· AVG· OBSESSA· ALEXANDER
BENEVENTVM· PETIIT· ET· REGIS· GVLIELMI
EXERCITV· SE· TVTATVS· EST· AT· PASCHALIS· A

FACTIONE. IN. VRBEM. RECEPTVS. FEDERICO. AVG. ET. BEATRICI. VXORI. INSIGNIA. IMPERI. IN. TEMPLO VATICANO. IMPOSVIT. FEDERICVS. AVG. IVE EXERCITVM. DEPOPVLANTE. FINIBVS. ROMANIS ABIRE. COACTVS. EST

FOEDVS. INTER. CIVITATES. ITALICAS. ICTVM ADVERSVS. FEDERICVM. AVG. OPPIDVMQVE. E REGIONE. CONDITVM. ET. AB. ALEXANDRO. PONT. MAX. ALEXANDRIA. APPELLATVM MCLXVIII.

PASCHALIS. IN. VATICANO. OBIIT. CVI. FACTIO CALLISTVM. III. SVFFECIT

FEDERICVS. AVG. LEGATVM. DE. PACE. AD. ALEXANDRVM MISIT. IS. VERVLIS. A. PONTIF. MAXIMO. ADMISSVS INFECTA. LEGATIONE. IN. GERMANIAM. REDIIT MCLXX.

ALEXANDER. TVSCVLVM. RECEPIT

CARDINALES. BINI. IN. BRITANNIAM. LEGATI. QVI DE. CAEDE. THOMAE. PONTIFICIS. CANTVARIENSIVM COGNOSCERENT MCLXXI.

ALEXANDER. CONCORDIAE. IN. VRBE. CONSTITVENDAE CAVSSA. MOENIA. TVSCVLI. A. ROMAN. SVBRVI. PASSVS EST. QVOD. II. DEIN. PROMISSIS. NON. STETISSENT ANAGNIAM. SECESSIT. TVSCVLVM. RVRSVS MVNIENDVM. CVRAVIT MCLXXII.

THOMAE. PONTIFICI. CANTVARIENSIVM. CAELESTES MARTYRVM. HONORES. AB. ALEXANDRO. SIGNIAE DECRETI. HARDVINVS. HYPODIAC. ECCLESIAE ROMANAE. PRIMVS. ALEXANDRINIS. ITALIAE PONTIFEX. DATVS MCLXXIII. MCLXXV.

FEDERICVS. AVG. AB. ITALICO. EXERCITV. VICTVS FVGATVSQVE. LEGATOS. ITERVM. DE. PACE. AD ALEXANDRVM. MISIT. PAX. VENETIIS. VTROQVE PRAESENTE. CONSTITVTA. EST. SVMMA. ITALIAE LAETITIA. CONCILIVM. AB. ALEXANDRO. IN. TEMPLO MARCI. ACTVM. POENAQVE. INDICTA. IN. EOS. QVI PACEM. VIOLASSENT. VT. A. SACRIS. EXCLVSI HABERENTVR MCLXXVII.

ALEXANDER. LEGATIONE. INVITATVS. IN. VRBEM MAGNO. HONORE. ACCEPTVS. EST. CALLISTVS ADVERSARIVS. MISERICORDIAM. EIVS. IMPLORAVIT CVI. TAMEN. FACTIO. INNOCENTIVM. III. SVFFECIT MCLXXVIIII.

CON-

CONCILIVM. MAGNVM. IN. LATERANVM. AB ALEXANDRO. VOCATVM. DISCIPLINAE. VETERIS RESTITVENDAE. CAVSSA. DAMNATI. ALBIGENSES DISSIDIVM. ECCLESIARVM. SVBLATVM. REGES BRITANNIAE. ET GALLIARVM LITTERIS ALEXANDRI AD. BELLVM. SARACENICVM. EXCITATI

ALEXANDER. ANNO. XXII. PONTIFICATVS. SVI MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F.E. LVCIVS. III. QVI. VELITRIS. PONTIFICATVM. CEPIT MCLXXXI.

TVSCVLVM. A. ROMANIS. ITERVM. TENTATVM LVCII COPIIS. REPVLSI. AGRVM. LATE. VASTAVERVNT MCLXXXIII.

LVCIVS. IN. REGIONEM. PADANAM. PROFECTVS TEMPLVM. MAXIMVM. MVTINAE. DEDICAVIT. INDE VERONAM. FEDERICVM. AVG. CONVENIT. ET CONCILIO. INDICTO. HAERETICOS. DOCTRINAM VETEREM. PERVERTENTES ATQVE IPSOS ROMANOS PERDVELLES. A. SACRIS. REMOVIT MCLXXXIIII.

LVCIVS. ANNO. V. PONTIFICATVS. SVI. VERONAE MORTVVS EST IBIDEM IN EIVS. L. F. E. VRBANVS III. QVI. QVVM. PONTIFEX. MEDIOLANENSIVM. ESSET EO. SE. PONTIFICATV. NON. ABDICAVIT MCLXXXV.

PONTIFEX. AQVILEIENSIVM. QVOD. MEDIOLANI ARBITRIO. SVO. HENRICVM. FEDERICI. AVG. F. INSIGNIBVS. REGNI. ITALICI. DELATIS. REGEM APPELLASSET. IPSE. ET. QVI. ADFVERANT EPISCOPI A. SACRIS. VRBANI. SENTENTIA. ABSTINERE. IVSSI LITTERAE. AB. VRBANO. AD. FEDERICVM AVG MISSAE VEHEMENTES. ET. GRAVES. QVOD. FOEDVS VIOLASSET. ET. PONTIFICALEM. AVCTORITATEM IMMINVERET MCLXXXVI.

REX. HENRICVS. INCVRSIONEM. IN. FINES ROMANOS FECIT. NVNCII. TRISTES. AB. ORIENTE. ADLATI REM. CHRISTIANAM. OB. SALADINI. BABYLONII INRVPTIONES. PESSIMO. LOCO. ESSE

VRBANVS. ANNO. II. PONTIFICATVS. SVI. FERRARIAE MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F.E. GREGORIVS VIII. SVPPLICATIONES. AB. EO INDICTAE PLACANDI NVMINIS. CAVSSA. CHRISTIANI. OMNES. AD PALAESTINAM. BELLO. VINDICANDAM. EXCITATI MCLXXXVII.

GREGORIVS. MENSE. ALTERO. PONTIFICATVS. SVI

PISIS. MORTVVS. EST. IBIDEM. IN. EIVS. LOCVM. F. E.
CLEMENS. III. LEGATI. AB. EO. AD. AVG. ET. REGES
MISSI. VT. NOMINI. CHRISTIANO. ADVERSVS
SARACENOS. AVXILIVM. FERRENT. PAX. INTER. EOS
FIRMATA. MAGNOQVE. APPARATV. EXPEDITIO
SVSCEPTA. EST
CLEMENS. VRBANIS. REBVS. PER. LEGATOS. COMPOSITIS
IN. LATERANVM. VENIT. TVSCVLVM. ET. TIBVR
SENATVI. CONDONATVM. EST
REGE. GVLIELMO. II. MORTVO. REGNVM. SICILIAE MCLXXXVIIII.
CLEMENTIS. AVCTORITATE. TANCREDO. DELATVM
EST. AEDES. LAVRENTII. EXTRA. POMOERIVM
ORNATA. ET. COENOBIVM. IN. PROXIMO
COMMVNITVM. PLEBS. AD. MVROS. VRBIS
REFICIENDOS. PRAEMIIS. INVITATA
CLEMENS. ANNO. IIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS MCLXXXXI.
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. CAELESTINVS. III. QVI
REGI. HENRICO. ET. CONSTANTIAE. VXORI
INSIGNIA. IMPERII. RITV. SOLLEMNI. DEDIT
TVSCVLVM. AB. ROMANIS. EVERSVM. CIVES. EXTORRES
MAGALIA. SIBI. IN. AGRO. STRVXERVNT. EODEM
ANNO. REX. GALLIARVM. PHILIPPVS. EX. ORIENTE
REDVX. CAELESTINVM. INVISIT
HENRICVS. AVG. CAELESTINI. LITTERIS. IMPVLSVS
EXERCITVM. IN. PALAESTINAM. DESTINAVIT. AT MCLXXXXVI.
SICILIAM. ANTEA. BELLO. AGGRESSVS. MESSANAE
DECESSIT
DOMVS. PONTIFICALES. LATERANENSIS. ET. VATICANA
CONCLAVIBVS. ADDITIS. A. CAELESTINO
AMPLIATAE
CAELESTINVS. ANNO. VII. PONTIFICATVS. SVI
MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. INNOCENTIVS MCLXXXXVIII.
III. QVEM. VRBS. DOMINVM. LIBENS. REVERITA. EST
IDEM. PROVINCIAS. AB. EXERCITV. GERMANICO
OCCVPATAS. RECEPIT
CONSTANTIA. AVG. SVPREMO. VITAE. SVAE. DIE
FEDERICVM. ROGERIVM. FILIVM. QVADRIMVM
QVEM. PATER. REGEM. SICILIAE. DESIGNARAT
TVTELAE. INNOCENTII. COMMENDAVIT
COHORTES. REGI. SVPPETIAS. IN. SICILIAM. MISSAE

AB·INNOCENTIO· ADVERSVS· MARQVARDVM·DVCEM NVMERORVM· GERMANICORVM· SIBI· REGNVM PARANTEM MCC·

SAECVLVM· XIII·

REX·OTHO· IIII· INNOCENTII·AVCTORITATE·REGNVM GERMANIAE· SIBI· ADSERVIT· PHILIPPVS· QVI· CVM EO·DE· REGNO·CONTENDEBAT· A· SACRIS·REMOTVS EST MCCI·

EXERCITVS· CHRISTIANVS· VENETIIS· IN· ORIENTEM SOLVIT· HVIC· AB· INNOCENTIO· INTERDICTVM NE· CHRISTIANIS· NISI· EXPEDITIONI ADVERSARENTVR· BELLVM· INFERRET· PERMISSVM VT· ALEXIVM· ISAACI· ANGELI· AVG· F· IN·REGNVM REDVCERET MCCII·

CONSTANTINOPOLIS· ALEXIO· A· SVIS· NECATO CAPTA· EST· GRAECI· CONCORDIA· CVM· LATINIS INITA· PONTIFICEM· MAXIMVM· VENERATI· SVNT MCCIII·

REX· OTHO· CONDITIONIBVS· PER· LEGATOS· EX INNOCENTII· VOLVNTATE· CONSTITVTIS· IN ITALIAM· CVM· EXERCITV· VENIT· ET· REGNO ITALIAE· POTITVS· INSIGNIA· IMPERI· ROMAE· IN TEMPLO· VATICANO· ACCEPIT·TVMVLTVS·IN·VRBE FVIT· EXERCITVS· AVG· A· ROMANIS· CAESVS· EST MCCVIIII·

FACTIONES· GVELFORVM· ET· GHIBELLINORVM EXORTAE· OTHO· AVG· QVOD·IN·FINES· ROMANOS VI· CVM· EXERCITV· INVASISSET· ET· BELLVM APVLIAE· ADVERSVS·REGEM· FEDERICVM· INFERRET INNOCENTII· SENTENTIA· A· SACRIS· REMOTVS·EST MCCX·

SODALIB· FRANCISCALIBVS· PRIMVM· AB· INNOCENTIO DATVM· VT· AVCTORE· FRANCISCO· ASISINATE DEPRAVATIS· CHRISTIANORVM· MORIBVS REFORMANDIS· OPERAM· DEO· NAVARENT

PRIMORES· GERMANIAE· REGEM· FEDERICVM·E·SICILIA EVOCATVM· OTHONI· AVG· OPPOSVERVNT· OTHO IN· GERMANIAM· REGRESSVS· EST MCCXII·

CONCILIVM· MAGNVM·IN· LATERAN· AB·INNOCENTIO VOCATVM· ADVERSVS· HAERESVM PRAVITATES MCCXV·

SAC·

SACERDOTIBVS. VIVENDI. LEGES. PRAESCRIPTAE
ACTVM.DE.COPIIS. AVXILIARIBVS. IN.PALAESTINAM
MITTENDIS

AEDES. XYSTI. AB. INNOCENTIO. REFECTA
TEMPLI. VATICANI. ALTARE. MAXIMVM.CVM.SVMMA
ABSIDE. EXORNATVM. DOMVS. HOSPITALES. BINAE
IN.COELIO. VNA. ALTERA. TRANS. TIBERIM
CONDITAE. TVRRIS. AD. SVBVRRAM. EXSTRVCTA

INNOCENTIVS. ITINERE. IN. ETRVRIAM. SVSCEPTO
VT. PISANOS. CVM. GENVENSIBVS. COMPONERET
PERVSIAE. ANNO. XVIIII. PONTIFIC. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. HONORIVS. III. HVIVS MCCXVI.
AVCTORITATE. DOMINICVS. PATER. NOVVM
SODALIVM. INDVXIT. ORDINEM. QVI. DEGENERES
CHRISTIANOS. AD. BONAM. FRVGEM. DICENDO
REVOCARENT

PETRVS. COMES. ANTISSIODORENSIVM. INSIGNIA
IMPERII. ORIENTIS. AB. HONORIO. ACCEPIT MCCXVII.
PISANI. CVM. GENVENSIBVS. VGOLINO. CARD.
CONCILIATORE. FOEDVS. AMICITIAMQ. FECERVNT

HONORIVS. OB. CIVIVM. DISSENSIONES. VITERBIVM
SECESSIT. LEGATOS. IN. REGIONEM. PADANAM MCCXVIIII.
MISIT. QVI. FINITIMARVM. CIVITATVM.ODIA.IRASQ.
RESTINGVERENT

REX. FEDERICVS. DICTIS. AB. HONORIO
CONDITIONIBVS. ROMAM. INGRESSVS. INSIGNIA MCCXX.
IMPERII. CVM. CONSTANTIA. VXSORE. TVLIT
POPVLVMQVE. ROMANVM. PONTIFICI. MAXIMO
PARERE. COEGIT

HONORIVS. VERVLAS. PROGRESSVS. FEDERICVM.AVG.
CONVENIT. VT. CHRISTIANORVM. CAVSSA. OPEM MCCXXII.
IN. ORIENTE. IMPLORANTIVM. AD. BELLVM. IN
SARACENOS. SVSCIPIENDVM. IMPELLERET

REX. IOANNES. AB. HIEROSOLYMIS. REGNI
RECVPERANDI. CAVSSA. IN. VRBEM. VENIT. IPSE. ET
FEDERICVS. AVG. FERENTINI. IN. HERNICIS MCCXXIII.
CVM. HONORIO. CONGRESSI. DE. EXPEDITIONE
EGERVNT

HONORIVS. OB. TVRBAS. A. PARENTIO. SENATORE
EXCITATAS. TIBVR. CONCESSIT. INDE. REATE. SB MCCXXV.

CON-

CONTVLIT· ET· DIEM· FEDERICO· AVG· DEFINIVIT
QVO· IN· ORIENTEM· SOLVERET
HONORIO· ARBITRO, CONCORDIA· INTER·FEDERICVM
AVG· ET· CIVITATES· ITALICI·REGNI·CONSTITVTA
HONORIVS. REGI·IOANNI·REGNO· HIEROSOLYMORVM
EXTORRI· PERVSIAM· ET· FINITIMA· OPPIDA MCCXXVII·
ADMINISTRANDA· DEDIT
AEDES. LAVRENTII· EXTRA· POMOERIVM·AB·HONORIO
RESTITVTA· PORTICV· ADDITA· ET· COENOBIO
REFECTO· IDEM· COENOBIVM· VIRGINVM·CVM·AEDE
VIVIANAE· MARTYRIS· REPARAVIT· COENOBIVM
MARTINI· AB· INCHOATO· EXSTRVXIT· AEDEM
VINCENTII· ET·ANASTASII·PERACTA· DEDICATIONE
APERVIT
HONORIVS· ANNO· XI· PONTIFICATVS· SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· GREGORIVS· VIIII·
HVIVS· SENTENTIA· FEDERICVS· AVG· QVOD
EXPEDITIONEM· IN· ORIENTEM· DIE· DICTO· NON
SVSCEPISSET· A· SACRIS· REMOTVS· EST
SEDITIO· IN· VRBE· AVCTORE· FEDERICO· AVG· FVIT
GREGORIVS· FVGAM· ARRIPERE· COACTVS· EST MCCXXVIII·
FEDERICVS·AVG· IN·ORIENTEM·PROFECTVS·LEGATOS
A· GREGORIO· MISSOS· VT· EVM· DE· OFFICIO
ADMONITVM· AD· VENIAM· PETENDAM
HORTARENTVR· REIECIT
ROMANI· INRVPTIONEM· IN· AGRVM· VITERBIENSEM
FECERVNT· GREGORIVS· ASISIVM· PROFECTVS
CAELESTES·HONORES·FRANCISCO·PATRI·DECREVIT
RINALDVM· LEGATVM· FEDERICI· AVG· REGIA
POTESTATE· QVOD· IN· FINES· ROMANOS
HOSTILITER· INVASISSET· A· SACRIS· REMOVIT
REX· IOANNES· APVLIAM· GREGORII· IVSSV
AGGRESSVS· VRBES· COMPLVRES· CEPIT·FEDERICVS MCCXXVIIII·
AVG· HIEROSOLYMIS· IN·SVAM·DITIONEM·REDACTIS
REDIIT· IN· SICILIAM
TIBERIS· EXVNDATIO· IN· VRBE· FVIT· EXINDE· LVES
LEGATI· A· SENATV· PERVSIAM· AD· GREGORIVM MCCXXX·
QVI· EVM· IN· VRBEM· INVITARENT
FEDERICVS· AVG· CONDICIONIBVS·QVAS·GREGORIVS
DIXIT· ACCEPTIS· POENA· EXSOLVTVS· EST· PAX

SVMMA. ITALIAE. LAETITIA. COMPOSITA

EDICTA. A. GREGORIO. ET. FEDERICO. PROPOSITA ADVERSVS. MANICHEOS. NON. VNO. NOMINE RENASCENTES. ANTONIVS. IVNIOR. SPOLETI. A GREGORIO. SOLLEMNI. RITV. IN. CAELITVM SANCTORVM. NVMERO. CENSVS. EST MCCXXXI. MCCXXXII.

LEGATI. ANAGNIAM. A. SENATV. PROFECTI. QVI GREGORIO. VOTA. PVBLICA. OB. EIVS. ADVENTVM EXPONERENT. EO. REDVCE. RES. PVBLICA. ORDINATA DISSENSIONES. SVBLATAE. MISSI. IN. ETRVRIAM QVI. SENENSES. CVM. FLORENTINIS. CONIVNGERENT PATAVIVM. ALII. ET. VERONAM. QVI. EARVM CIVITATVM. DISCORDIAS. TOLLERENT MCCXXXIII.

GREGORIVS. PRONAON. TEMPLI. VATICANI. OPERE MVSIVO. EXCOLVIT. DOMVM. PONTIFICALEM. IN LATERANO. AREA. LAXATA. PRODVXIT NOSOCOMIVM. INGENS. ADIECIT. CLOACAS. VETERES REPVRGANDAS. NOVAS. SVBSTRVENDAS. CVRAVIT PER. IDEM. TEMPVS. AEDES. ANTONII. SENIORIS. IN EXQVILIIS. CVM. NOSOCOMIO. ET. COENOBIO. EX TESTAMENTO. PETRI. CAPOCII. CARD. EXSTRVCTA NOVVS. IN. VRBE. TVMVLTVS. SENATV. DOMINANTE GREGORIVS. REATE. PETIIT. IBI. DOMINICO. PATRI CAELESTES. HONORES. DECREVIT MCCXXXIIII.

ROMANI. AD. VITERBIVM. AB. OPPIDANIS. CAESI. OB EAM. CLADEM. SABINI. IN. GREGORII. DITIONEM REDIERE

CONVENTVS. PERVSIAM. A. GREGORIO. INDICTVS LEGATI. AB. ITALICIS. CIVITATIBVS. CONVENERE VT. BELLI. A. FEDERICO. AVG. IMPENDENTIS MOLEM. AVERTERENT MCCXXXV.

GREGORIVS. LEGATOS. MANTVAM. MISIT. QVI FEDERICVM. AVG. ITALIAM. VASTANTEM. DE VIOLATO. FOEDERE. POSTVLARENT. CONSILIA PACIS. REIECTA. ENTIVS. AB. AVGVSTO. REX SARDINIAE. GREGORIO. CONTEMPTO. APPELLATVS EST MCCXXXVII.

VITERBIENSES. OB. DEFECTIONEM. REMOTI. A. SACRIS VENETI. ET. GENVENSES. FOEDVS. ADVERSVS FEDERICVM. AVG. CVM. GREGORIO. FECERVNT MCCXXXVIII.

FE-

FEDERICVS· AVG· QVOD· SEDITIONES· FOVISSET
ET· LEGATIONIBVS· REIECTIS·RVPTOQVE·FOEDERE
BELLVM· ITALIAE· INFERRET· GREGORII·SENTENTIA
A· SACRIS· EXCLVSVS· STIPENDIARIIQVE· EIVS
SACRAMENTO· SOLVTI· SVNT· ITEM· REGI· ENTIO
SACRIS· INTERDICTVM· QVOD· EXERCITVM·IN·FINES
ROMANOS· EGISSET

SVPPLICATIO· IN· VRBE· AD·OMNIA·TEMPLA·DECRETA MCCXXXX·
ET· SACROSANCTA· CAPITA· PETRI· ET· PAVLLI
APOSTT· IN· POMPA· CIRCVMLATA· SVNT

PONTIFICES· ANTISTITESQVE· OMNIVM· ORDINVM
QVI· ROMAM· AD· CONCILIVM· VENIEBANT· TERRA MCCXXXXI·
MARIQVE· A· FEDERICO· CAPTI· ET· IN·CVSTODIAS
CONIECTI· OPPIDA· COMPLVRA· QVAE· GREGORIO
PAREBANT· OBSESSA· OPPVGNATAQVE

GREGORIVS· ANNO·XV· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· CAELESTINVS· IIII· QVI
XVIIII· DIE· PONTIFICATVS· SVI·DECESSIT·IN·HVIVS
LOCVM· ANAGNIAE· POST·ANNVM· ET·MENSES·VIII·
DIESQVE· XVI· CREATVS· EST· INNOCENTIVS· IIII· MCCXXXXIII·
QVI· LEGATOS· DE· PACE· PRIMVS· AD· FEDERICVM
AVG· MISIT· ET· VITERBIO· RECEPTO· IN· VRBEM
VENIT· ACTVM· DE· PACE· IN· LATERANO· CORAM
IMP· BALDVINO· AVG· ET· SENATV· POPVLOQVE
FEDERICVS· CONDICIONES· REIECIT

INNOCENTIVS· CONSILIIS· FEDERICI· DETECTIS
GENVAM· AD· SVOS· NAVIGAVIT· INDE·LVGDVNVM MCCXXXXIIII·
PROFECTVS· CONCILIVM· MAGNVM· INDIXIT·EVMQ·
AD· CAVSSAM· DICENDAM· VOCAVIT

ECCELINVS· TYRANNVS· QVOD· NEFARIO· BELLO
ITALIAM· PREMERET· IVRAQVE· HVMANA· AC MCCXXXXVIII·
DIVINA· PERVERTERET· INNOCENTII· SENTENTIA
A· SACRIS· REMOTVS· EST

INNOCENTIVS· LVGDVNO· GENVAM· VENIT· INDE
PERAGRATA· INSVBRIA· PERVSIAM· ACCESSIT MCCLI·
LEGATOS· A· REGE· CONRADO· QVI· SIBI· REGNVM
SICILIAE· PETEBAT· RE· INFECTA· DIMISIT

SENATOR· QVI· VRBI· PRAEESSET· BRANCALEO
BONONIENSIS· A· POPVLO·CREATVS· IN·TRIENNIVM MCCLIII·
LEGATI· PERVSIAM· AD· INNOCENTIVM· PVBLICE

MISSI. QVI. REDITVM. EIVS. SOLLICITARENT
INNOCENTIVS. ASISIVM. ADIIT. EXINDE
CONTROVERSIIS. INTER. SPOLETINOS. ET
INTERAMNATES. DIREMPTIS. ROMAM. INGRESSVS
EST. SACRO. AD. VATICANVM. FACTO. ET. CONCIONE
HABITA. QVVM. EXERCITVM. AD. REGNVM. SICILIAE
VINDICANDVM. COMPARARI. IVSSISSET. ANAGNIAM MCCLIIII.
PERREXIT
INNOCENTIVS. ANNO. XII. PONTIFICATVS. SVI. NEAPOLI
MORTVVS. EST. IN. EIVS. L. F. E. ALEXANDER. IIII.
HVIVS. IVSSV. OCTAVIANVS. VBALDINIVS. CARD. MCCLV.
EXERCITVM. ADVERSVS. MANFREDVM. IN. SICILIA
DOMINANTEM. CONSCRIPSIT. ET. APVLIAM
OCCVPAVIT. ALEXANDER. PACIS. CONSTITVENDAE
SPE. FRVSTRATVS. VRBEM. ACCESSIT
PHILIPPVS. PONTIFEX. AQVILEIENSIVM. ALEXANDRO
AVCTORE. CONTRA. ECCELINVM. PATAVINIS MCCLVI.
SVPPETIAS. EXERCITVM. DVXIT. IDEM. FINITIMAS
CIVITATES. PACAVIT
AEDES. ROTVNDA. VETVS. VIA. NOMENTANA. AB
ALEXANDRO. RITE. EXPIATA. ET. CONSTANTIAE
VIRGINI. DICATA. EST
TVRBATVM. IN. VRBE. BRANCALEO. SENATOR. IVSSV
POPVLI. IN. CVSTODIAM. CONIECTVS. ET. IN. EIVS
LOCVM. EMMANVEL. MAGIVS. BRIXIANVS. CREATVS
EST. HOC. DEINDE. EIECTO. BRANCALEO. ITERVM
REM. PVBLICAM. ADMINISTRAVIT. ALEXANDER MCCLVIIII.
VITERBIVM. SECESSIT
CONDICIONES. MANFREDO. REGNVM. SICILIAE
PETENTI. AB. ALEXANDRO. DICTAE. VT. EXSVLIBVS
POSTLIMINIVM. ESSET. SARACENI. HOSTES
HABERENTVR
AGMINA. VIRORVM. MVLIERVMQVE. IN. SCELERVM MCCLX.
POENAM. SEMET. PLAGIS. CAEDENTIVM. PERVSIA
PRIMVM. MOVERI. COEPTA. QVAE. VTILI. PIETATIS
EXEMPLO. ALIQVANDIV. PER. ITALIAM. SPECTATA
IN. VRBE. ETIAM. MVLTOS. AD. CONCORDIAM
ET. VIRTVTEM. INCITARVNT
ALEXANDER. ANNO. VII. PONTIFICATVS. SVI. VITERBII
MORTVVS. EST. IBIDEM. IN. EIVS. LOCVM. F. E.

VR.

VRBANVS· IIII· QVI· AEDEM· HADRIANI· AD·FORVM AEDEM· QVATVOR· MARTYRVM· IN· COELIO RESTITVENDAS· CVRAVIT· EIVSDEM· IMPENSA ATRIVM· IN· LATERANO· EXSTRVCTVM· AEDICVLA SILVESTRI· SVBLAQVEATA· EST

VRBANVS· KAROLVM· ANDEGAVENSEM· IN· REGNVM SICILIAE· VOCAVIT· MANFREDO· DIEM· DIXIT·QVO AD· CAVSSAM· DICENDAM· ADESSET· VITERBIO DIGRESSVS· VRBIVENTVM· INCOLERE· COEPIT MCCLXII.

VRBANI· DECRETO· FESTVS· PER· ECCLESIAS· DIES INSTITVTVS· QVO· SACROSANCTVM· CORPVS· D·N· IESV· SOLLEMNI· POMPA· VICATIM· CIRCVMFERTVR MCCLXIIII.

ACTVM· IN· VRBE· DE· SENATORE· E· REGVM·NVMERO DELIGENDO· KAROLVS· ANDEGAVENSIS·EX·VRBANI AVCTORITATE· CREATVS· EIVSDEMQVE· IVSSV CONSCRIPTVS· EXERCITVS· ADVERSVS· MANFREDVM IN· FINES· ROMANOS· INVADENTEM

VRBANVS· QVVM· VRBIVENTO· PERVSIAM· VENISSET ANNO· IIII· PONTIFIC· SVI· MORTVVS· EST·IN· EIVS LOCVM· F· E· CLEMENS· IIII· QVI· VITERBIVM CONCESSIT MCCLXV.

KAROLVS· ANDEGAVENSIS· VRBEM· INGRESSVS PRAEMISSIS· A· CLEMENTE· CARDINALIBVS·QVINQVE A· QVIBVS· INSIGNIA· REGNI· SICILIAE· IPSI· ET BEATRICI· VXSORI· DEFERRENTVR· REX·SOLLEMNI RITV· APPELLATVS· EST· EXINDE· REGNVM· SIBI ARMIS· VINDICAVIT MCCLXVI.

CONRADINVS· REGIS· CONRADI· F· QVOD· REGNVM SICILIAE· AFFECTARET· REGISQVE· NOMEN SVMPSISSET· CLEMENTIS· SENTENTIA· A· SACRIS REMOTVS· EST MCCLXVII.

HENRICVS· HISPANVS· REGIS·ALFONSI· FRATER· QVVM IN· VRBEM· VENISSET· SENATOR· PER· FACTIONEM DICTVS· EST· IDEM· CONRADINVM· CLEMENTE INVITO· IN· VRBEM· SVMMO· HONORE· ACCEPIT COPIISQVE· AVXILIARIBVS· INSTRVXIT

CLEMENS· GRAVIBVS· LITTERIS· REGEM· KAROLVM CONRADINO· HENRICOQ· DEVICTIS· FEROCIENTEM AD· CLEMENTIAM· HORTATVS· SENATOREM· VRBIS ITERVM· DIXIT

CLEMENS· VITERBII· ANNO· IIII· PONTIFIC· SVI MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM·POST·TRIENNIVM ABSENS· CREATVS· GREGORIVS· X· QVI· E· SYRIA BRVNDVSIVM· NAVIGAVIT· ET· BENEVENTVM·INDE PROFECTVS· A·REGE·KAROLO·IN·VRBEM·DEDVCTVS EST MCCLXVIII· MCCLXXI·

GREGORIVS· VRBIVENTVM· SECESSIT· ET·CONCILIVM MAGNVM· LVGDVNVM· IN· ANNVM· TERTIVM INDIXIT MCCLXXII·

GREGORIO· AVCTORE· PROCERES· GERMANIAE RIDOLFVM· HABSPVRGENSEM· IN· SPEM· IMPERII REGEM· DIXERVNT MCCLXXIII·

GREGORIVS· ITINERE· IN· GALLIAS· SVSCEPTO FLORENTIAM· ADIIT· CIVIVM· CONIVNGENDORVM CAVSSA· INDE· MEDIOLANENSES· INVISIT· ET LVGDVNVM· AD· CONCILIVM· PERREXIT

ACTVM· IN· CONCILIO·DE·CONCORDIA·GRAECORVM ET· DE· EXPEDITIONE· IN· PALAESTINAM· EIVSQVE REI· ERGO· PECVNIAE· SACRAE· CORROGANDAE IVS· REGIBVS· DATVM· LEGATIONES·TARTARORVM AVDITAE· RATIO· PONTIFICIS· MAXIMI· DESIGNANDI PATRIBVS· CARDINALIBVS· SEVERA· LEGE PRAESCRIPTA MCCLXXIIII·

GREGORIVS· IN· ITALIAM· REDVX· QVVM· ARRETIVM PERVENISSET·ANNO· V· PONTIFICAT·SVI·MORTVVS EST· IBIDEM· IN· EIVS· LOCVM·F·E· INNOCENTIVS·V. QVI· CONSECRATIONIS· CAVSSA· IN· VRBEM· VENIT EO· CONCILIATORE· CIVILES· GENVENSIVM DISSENSIONES· SVBLATAE MCCLXXVI·

INNOCENTIVS· MENSE· VI· PONTIFICATVS· SVI MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· HADRIANVS V· CVI· DECIMVS· NONVS· PONTIFICATVS· DIES VITAE· VLTIMVS· FVIT· HVIC· SVFFECTVS·IOANNES XVIIII· QVI· XXI· APPELLATVS· EST· LEGATI· AB·EO CONSTANTINOPOLIM· MISSI· QVI· MICHAELEM·AVG· AD· DECRETA· CONCILII· LVGDVNENSIS· TVENDA HORTARENTVR· IDEM· QVAE· DE· CREATIONE PONT· MAX· A· GREGORIO· X· SANCITA· FVERANT ABOLEVIT

IOANNES· MENSE· VIIII· PONTIFIC· SVI· VITERBII

MORTVVS· EST· IBIDEM· IN·EIVS·LOCVM·SVFFECTVS
NICOLAVS· III. QVI· ROMAE· CONSECRATVS· EST MCCLXXVII·
CONTENTIO· INTER· NICOLAVM· ET· RIDOLFVM· DE
PROVINCIARVM· ITALICARVM. FINIBVS· FVIT MCCLXXVIII·
AEMILIA· PONTIFICI· MAXIMO· ADTRIBVTA· EST
REX· KAROLVS· NICOLAI· INSTANTIA· VICARIAM
ETRVRIAE· ADMINISTRATIONEM· ET· SENATORIAM
VRBIS· CVRAM· DEPOSVIT· NICOLAVS· SENATOREM
SE· DIXIT
LATINVS· CARD· A· NICOLAO· LEGATVS· AEMILIAM
ETRVRIAMQVE· FACTIONIBVS· GVELFORVM· ET MCCLXXVIIII·
GHIBELLINORVM· CONIVNCTIS· PACAVIT
DOMVS· PONTIFICALIS· IN· VATICANO· A· NICOLAO
PROLATA· HORTIQVE· MACERIA· CLVSI· TEMPLVM
OPERE· MVSIVO· EXORNATVM· IDEM·IN·LATERANO
SACRARIVM· SANCTA· SANCTORVM· CONDIDIT
DOMVM· PONTIFICALEM· ABSOLVIT· TEMPLVM
REFECIT· SACROSANCTA·CAPITA·PETRI· ET·PAVLLI
APOSTT· SOLLEMNI· POMPA· SVB·| ALTARIS·MAXIMI
FASTIGIO· REPOSVIT
TIBERIS· EXVNDATIO· IN· VRBE· FVIT· NICOLAVS
SORIANI· IN· AGRO· VITERB· REPENTINO·MORTVVS MCCLXXX·
EST· PONTIFIC· SVI· ANNO· III· IN· EIVS· LOCVM
VITERBII· STVDIO· REGIS· KAROLI· FACTVS· EST
MARTINVS·II· QVI·IIII·DICTVS·EST·IDEM· SENATOR
CREATVS· REGEM· KAROLVM· SIBI· SVBROGAVIT MCCLXXXI·
VITERBIENSIBVS· QVI· CARDINALES· TRES· NE
SVFFRAGIA· FERRENT· PER· VIM· SECLVSERANT
ITEM· MICHAELI· AVG· QVI· GRAECORVM·DISSIDIA
FOVERE· ARGVEBATVR· MARTINI· SENTENTIA
SACRIS· INTERDICTVM· EST· IDEM· VRBIVENTVM
PROFECTVS· FOROLIVIENSES· QVOD
GHIBELLINARVM. PARTIVM· ESSENT· A· SACRIS
REMOTOS· BELLO· PERSEQVI· INSTITIT
NVNCII· TRISTES· REGI. KAROLO· VRBIVENTVM MCCLXXXII·
ADLATI· GALLOS· OMNES· PANORMI· PER
SEDITIONEM· CAESOS· MESSANAM· QVOQVE
DESCIVISSE
REX· PETRVS· ARAGONIVS· IN·SICILIAM·ADVOLAVIT
KAROLVM· REGIS· KAROLI· FILIVM·CEPIT·INSVLAQ.

OM-

OMNI· IN· SVAM· POTESTATEM· REDACTA·IACOBVM FILIVM· REGEM· SICILIAE· DIXIT

MARTINVS· PERVSIAM· PROFECTVS· ANNO· V· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS· EST· IN· EIVS LOCVM· F· E· HONORIVS· IIII· QVI· REGI· IACOBO IN· SICILIA· DOMINANTI· SACRIS· INTERDIXIT MCCLXXXV·

SODALIBVS· KARMELITIS· HONORII· AVCTORITATE DATVM· VT· ORDO· IN· ECCLESIA· LEGITIMVS HABERENTVR

DOMVS· PONTIFICALIS· IN· AVENTINO· AD· SABINAE EXSTRVCTA· AEDESQVE· HONORII· HORTATV FREQVENTES· A· PRIVATIS· EO· IN· COLLE AEDIFICATAE

HONORIVS· ANNO· IIII· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· NICOLAVS· IIII· QVI REATE· SECESSIT· ET· REGI· IACOBO· DIEM· DIXIT MCCLXXXVIII·

IDEM· KAROLVM· REGIS· KAROLI· F· QVI· IN HISPANIA·TARRACONENSI·CAPTIVVS·DETINEBATVR EMITTENDVM· CVRAVIT

KAROLVS· LIBERTATEM· ADEPTVS· REATE· AD PONTIFICEM· MAXIMVM· SE· CONTVLIT· ET· REGNI SICVLI· AVCTVS· INSIGNIBVS· NEAPOLIM· PETIIT MCCLXXXVIIII·

INDVCIAE· AD· CAIETAM· INTER· REGEM· IACOBVM ET· REGEM· KAROLVM· NICOLAO· PER· LEGATOS AVCTORE· IN· BIENNIVM· PACTAE

NICOLAVS· IN· ORIENTIS· SVBSIDIVM· EXERCITVS PER· ITALIAM· CONSCRIBI· IVSSIT· PECVNIAE· VIM MAXIMAM· SVPPETIAS· MISIT MCCLXXXX·

SEDITIO· IN· VRBE· ORTA· EST· SVMMA· RERVM NICOLAO· NON· INVITO· DELATA· IACOBO COLVMNAE· ISQVE· CAESAR· APPELLATVS

TEMPLVM· LIBERIANVM· A· NICOLAO· RESTITVTVM LATERANENSIS· PRONAON· ET·POSTICVM·CRVSTIS VERMICVLATIS· OPERTVM· EST

NICOLAVS· ANNO· V· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· EXINDE· INTERREGNVM· IN·ANNVM· TERTIVM CARDINALES· POST· LONGA· DISSIDIA· PERVSIAM CONVENERE· CAEDES· IN· VRBE· ET· DIREPTIONES FVERVNT·SENATORES· CREATI· PETRVS·CAIETANVS ET· OTHO· EVSTACHIENSIS MCCLXXXXIII·

PETRVS· MORONVS· QVI· AD· SVLMONEM·MONACHVM AGEBAT· COMMVNI· PATRVM· CARDINALIVM CONSENSV· PONTIFEX· MAXIMVS· FACTVS· EST· ET AQVILAE· CONSECRATVS· CAELESTINO· V· SIBI NOMEN· IMPOSVIT· IDEM· SEXTO· POST· MENSE DELATI· MVNERIS· DIGNITATEM· REVERITVS NEAPOLI· PONTIFICATV· SE· ABDICAVIT· IN· EIVS LOCVM· F· E· BONIFACIVS· VIII· QVI·ROMAE· REGE KAROLO· ET· FILIO· EIVS· PRAESENTIBVS CONSECRATVS· EST — MCCLXXXXIIII·

BONIFACII· DECRETO· ABOLITA· BENEFICIA· QVAE QVIS· A· NICOLAO· IIII· AVT· A· CAELESTINO· V· IMPETRASSET· CAELESTINVS· IN· ARCEM·FVMONIAM SECEDERE· IVSSVS· FEDERICVS· REGIS· IACOBI FRATER· BONIFACIVM· VELITRAS· CONVENIT — MCCLXXXXV·

SICVLI· QVOD· FEDERICVM· IPSI· REGEM· DIXISSENT BONIFACII· SENTENTIA· A· SACRIS·REMOTI· ACTAQ· EORVM· RESCISSA — MCCLXXXXVI·

REX· IACOBVS· ARAGONIVS· ROMAM· VENIT· CVI BONIFACIVS· SARDINIAM· ET· CORSICAM· LEGE VECTIGALI· ADTRIBVIT· COLVMNIS· QVOD· REGI FEDERICO· STVDERENT· IMPENSIVS· SACRIS INTERDICTVM· ET· BELLVM· INLATVM· EST — MCCLXXXXVII·

BONIFACIVS· VRBIVENTVM· PROFECTVS· REGI GALLIARVM·LVDOVICO·VIIII·CAELESTES·HONORES DECREVIT

LEGATI· E· GERMANIA· AD· BONIFACIVM· VENERE QVI· REGIS·ADOLFI, QVERELAS·CONTRA·ALBERTVM DVCEM· AVSTRIAE· EXPONERENT — MCCLXXXXVIII·

PRAENESTE· QVO· IN· OPPIDO· COLVMNAE PRAESIDIVM· HABEBANT· BONIFACII· IVSSV EXCISVM· EST — MCCLXXXXVIIII·

BONIFACIVS· ANNVM· SACRVM· PRIMVS· INDIXIT QVI· ANNO· QVOQVE· CENTESIMO·INSTAVRARETVR PLVRIMI· EX· ORBE· CHRISTIANO· MORTALES OMNIVM· GENERVM· AETATVM· ORDINVM· ROMAM CONFLVXERVNT· EOQVE· ANNO· VRBS· COPIAS OMNIBVS· SVFFECIT — MCCC·

SAECVLVM. XIIII.

KAROLVS. VALESIVS. E. GALLIIS. IN. SPEM. IMPERI VOCATVS. QVVM. ANAGNIAM. AD. BONIFACIVM VENISSET. CIVITATIS. PACANDAE. CAVSSA FLORENTIAM. MISSVS. EST — MCCCI.

CONCILIVM. IN. VRBEM. VOCATVM. ADVERSVS REGEM. GALLIARVM. PHILIPPVM. PVLCRVM. KAROLVS RELICTA. ETRVRIA. CLASSE. CONTRA. REGEM FEDERICVM. INSTRVCTA. IN. SICILIAM. NAVIGAVIT — MCCCII.

ALBERTO. AVSTRIACO. QVEM. PROCERES. GERMANIAE REGEM. SVFFRAGIIS. SVIS. CREARANT. CONDICIONES A. BONIFACIO. DICTAE. QVIBVS. IN. SPEM. IMPERI REGNARET — MCCCIII.

REX. GALLIARVM. PHILIPPVS. QVOD. IN BONA ECCLESIARVM. INVASISSET. PONTIFICI. MAXIMO CONTVMELIAS. IMPONERET. EPISCOPOS. IN CVSTODIA. QVOSDAM. HABERET. ALIOS. ROMAM VENIRE. NON. PATERETVR. BONIFACII. SENTENTIA A. SACRIS. REMOTVS. STIPENDIARIIQVE. EIVS SACRAMENTO. EXSOLVTI

TEMPLVM. VATICANVM. BONIFACII. IMPENSA EXORNATVM. EST. LATERANENSE. PORTICV ADDITA. EXCVLTVM

REGE. PHILIPPO. AVCTORE. NEFARIA. ANAGNIAE CONIVRATIO. FACTA. EST. BONIFACIVS. IN. AEDIBVS SVIS. CAPTVS. TRIDVVM. IN. FACTIONIS. POTESTATE FVIT. CONSPIRATIONE. ANAGNINORVM. IN LIBERTATEM. VINDICATVS. ROMAM. VENIT. ET. IN VATICANO. LATVIT

BONIFACIVS. ANNO. VIIII. PONTIFICATVS. SVI MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. BENEDICTVS XI. HVIVS. SENTENTIA. REMOTI. A. SACRIS. QVI BONIFACIO. VIM. INTVLERANT. BONIFACII. ACTA IN. REGEM. PHILIPPVM. RESCISSA

BENEDICTVS. OB. SEDITIONES. VRBANAS. PERVSIAM MIGRAVIT. NICOLAVM. PRATENSEM. CARD. FLORENTIAM. MISIT. QVI. CIVILES. DISCORDIAS COMPONERET — MCCCIIII.

BENEDICTVS· MENSE· VIIII· PONTIFICATVS· SVI PERVSIAE· MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM VNDECIMO· POST· MENSE· ABSENS·CREATVS·STVDIO REGIS·PHILIPPI·ARCHIEPISCOPVS·BVRDIGALENSIVM QVI· CLEMENS· V· APPELLATVS· EST MCCCV·

CLEMENS· PATRIBVS· CARDINALIBVS· AD· SE· IN GALLIAS· VOCATIS· LVGDVNI· CONSECRATVS· EST EXINDE· COLLEGIVM· CARDINALIVM· SVPPLEVIT ET· LEGATOS· DISCORDIARVM· TOLLENDARVM CAVSSA· IN·ITALIAM·MISIT· IDEM·QVAE·BONIFACIVS VIII· IN· REGEM· PHILIPPVM· CONSTITVERAT·VNO DECRETO· OMNIA· ABOLEVIT MCCCVI·

TEMPLVM· IN· LATERANO· ET· DOMVS·PONTIFICALIS AEDESQVE· OMNES· CONTINENTES· FORTVITO INCENDIO· ARSERE MCCCVII·

CLEMENTE· AVCTORE· PROCERES· GERMANIAE HENRICVM· COMITEM· LVCEMBVRGENSIVM· IN SPEM· IMPERI· REGEM· DIXERVNT·ROBERTVS·REGIS KAROLI·II· F· INSIGNIA· REGALIA·AVENIONE·TVLIT ET· REX· SICILIAE· A· CLEMENTE· APPELLATVS·EST MCCCVIII·

CONCILIVM· MAGNVM· VIENNAE· ALLOBROGVM ACTVM·VT·BELLVM·IN·SARACENOS·DECERNERETVR EQVITES· HIEROSOLYMARI· DAMNATI· LEGES DOCTRINAE·VETERIS· RETINENDAE· DISCIPLINAEQ: REVOCANDAE· CAVSSA· CONSTITVTAE MCCCXI·

TEMPLVM· AEDESQVE· IN· LATERANO· QVAE· IGNIS ABSVMPSERAT·CLEMENTIS·IVSSV·RESTITVI· CAEPTA REX· ROBERTVS· REGE· HENRICO· ADVENTANTE ROMAM· CVM· EXERCITV· ACCESSIT· ET· VATICANO PRAESIDIVM· IMPOSVIT· REX· HENRICVS· CARDINN· TRIBVS· A· CLEMENTE· LEGATIS· INSIGNIA· IMPERI IN· LATERANO· ACCEPIT MCCCXII·

HENRICO· AVG· DEMORTVO· CLEMENS· REGEM ROBERTVM· VICARIO· IMPERIO· PRAEESSE· ITALIAE IVSSIT· EVNDEM· ROMANI· SENATOREM· CREARVNT MCCCXIIII·

CLEMENS· ANNO· VIII· PONTIFIC· SVI· MORTVVS EST· EXINDE· INTERREGNVM· IN· ANNVM· TERTIVM CARDINALES·LVGDVNI·DENIQVE·INTRA·CONCLAVE COACTI· IOANNEM· XXII· PONTIFICEM· MAXIMVM

DIXERVNT· QVI· SEDEM· HONORIS· SVI· AVENIONE COLLOCAVIT MCCCXVI·

LEGATI· A· IOANNE· IN· SICILIAM· MISSI· QVI· REGEM FEDERICVM· ET· REGEM· ROBERTVM· DE· REGNO DIMICANTES· COMPONERENT· INDVCIAE· IN TRIENNIVM· PACTAE MCCCXVII·

GVELFORVM· ET· GHIBELLINORVM· PER· ITALIAM BELLA· EXARSERE· BERTRANDVS· CARD· A· IOANNE LEGATVS· COMPLVRA· OPPIDA· ARMIS· RECEPIT MCCCXX·

GRAVIS· DE· IVRE· IMPERIOQVE· DISSENSIO· INTER IOANNEM· ET· REGEM· GERMANIAE· LVDOVICVM COMMOTA· BELLVMQVE· IN· ITALIA· GESTVM MCCCXXIII·

LEGATIO· A· ROMANIS· AVENIONEM· MISSA· VT IOANNEM· IN· VRBEM· INVITARENT MCCCXXVII·

REX· LVDOVICVS· IOANNIS· SENTENTIA· A· SACRIS REMOTVS· VRBEM· EXERCITV· OCCVPAVIT· IDEM SENATOR· A· ROMANIS· IN· ANNVM· DICTVS· INSIGNIA IMPERI· A· PONTIFICIBVS· VENETORVM· ET ALERIENSIVM· ACCEPIT· IOANNEM· PONTIFICATV EXCIDISSE· PRONVNCIAVIT· EIQVE· PETRVM CORVARIA· OPPOSVIT· QVI· NICOLAVS· V· AVDIVIT MCCCXXVIII·

ITALIA· PLERAQVE· LVDOVICVM· ET· NICOLAVM DESERVIT· NICOLAVS· PISIS· CAPTVS· EST· EVMQVE IOANNES· AVENIONEM· DVCTVM· IN· CVSTODIA HABVIT MCCCXXVIIII·

TVMVLTVS· IN· VRBE· ET· CAEDES· FVIT· FACTIONES VRSINORVM· ET· COLVMNARVM· EXORTAE MCCCXXXIII·

IOANNES· ANNO· XVIIII. PONTIFICATVS· SVI AVENIONE· MORTVVS· EST· IN· E· L· F· E· MCCCXXXIIII·

BENEDICTVS· XII· AD· QVEM· ROMANI· LEGATOS MISERVNT· ORATVM· VT· IN· VRBEM· MIGRARET

REX· LVDOVICVS· BENEDICTVM· SIBI· CONCILIARE FRVSTRA· CONATVS· EST· PROCERES· GERMANIAE MCCCXXXVIII·

CONVENTV· INDICTO· IMPERATORIS· DICENDI· SIBI IVS· ADROGARVNT

BONONIA· ET· FIRMVM· A· BENEDICTO· CITRA· VIM RECEPTA· RES· INSVBRIAE· PER· LEGATOS COMPOSITAE MCCCXXXX·

TEMPLVM· VATICANVM· BENEDICTI· IVSSV· ET· IMPENSA SVBLAQVEATVM· VALETVDINARIA· DEPOSITORVM

PE·

PECVNIA· A· PETRO·COLVMNA·CARD·TESTAMENTO
LEGATA· CONDITA· SVNT
FRANCISCVS· PETRARCA· IN· CAPITOLIVM· POMPA
DEDVCTVS· OMNIBVS· SENTENTIIS· IVDICVM MCCCXXXXI·
CORONATVS· EST· INTER· POETAS· LATINOS
BENEDICTVS· ANNO· VIII· PONTIFICATVS· SVI
AVENIONE· MORTVVS· EST· IN· E·L·F·E· CLEMENS MCCCXXXXII·
VI· AD· QVEM· ROMANI· NICOLAVM· LAVRENTII F.
LEGATIONIS· PRINCIPEM· MISERVNT·ROGATVM· VT
AVENIONEM· VRBI· POSTHABERET
CONDICIONES· A· CLEMENTE· REGI· LVDOVICO
DICTAE· QVIBVS· EI· IMPERIVM· DELATVRVS·ESSET
IDEM· E· COLLEGIO· CARDINALIVM· NEAPOLIM
LEGAVIT· QVI· ANDREAE· REGINAE· IOANNAE·VIRO MCCCXXXXV·
REGALIA· INSIGNIA· TRADERET
REGI· KAROLO· IIII· REGIS· IOANNIS· BOHEMICI· F.
REGNVM· GERMANIAE· CLEMENTE· AVCTORE· IN MCCCXXXXVI·
SPEM· IMPERI· DELATVM
NICOLAVS· LAVRENTII· F· QVVM· SEDITIONE·FACTA
TRIBVNVS· AVGVSTVS· APPELLATVS· ESSET MCCCXXXXVII·
SENATORES· CAPITOLIO· EXEGIT· SEDATISQVE
PLEBIS· DISCORDIIS· FACTIONEM· ARMA
INFERENTEM· PROELIO· FVDIT·SEDITIONE·RVRSVM
COORTA· QVOD· VITA· EIVS· FERRO·APPETERETVR
VRBE· PROFVGIT
AVENIONENSES· QVI· REGINAE· IOANNAE·PAREBANT
PER· COEMPTIONEM· IN· CLEMENTIS·POTESTATEM MCCCXXXXVIII·
VENERVNT
NICOLAVS·LAVRENTII· F· A·REGE· KAROLO·DEDITVS
CLEMENTIS· IVSSV· AVENIONE· IN· CVSTODIAM
CONIECTVS· EST
ANNVS· SACER· ROMAE· DECRETO· CLEMENTIS
CELEBRATVS· MVLTIS· MORTALIBVS· EX· TOTO MCCCL·
ORBE CHRISTIANO· ADFLVENTIBVS
CLEMENS· ANNO· XI· PONTIFICATVS· SVI· AVENIONE
MORTVVS· EST· IN· E· L· F· E· INNOCENTIVS· VI. MCCCLII·
EX· HVIVS·AVCTORITATE·NEAPOLIM· DE·COLLEGIO
CARDINALIVM·PROFECTVS· QVI·REGALIA· INSIGNIA
REGI· ALOISIO· ET· REGINAE· IOANNAE· SOLLEMNI
RITV· IMPONERET

SEDITIO. IN. VRBE. ODIIS. FACTIONVM. ARDENTIBVS
CONCITATA. BERTOLDO. VRSINO. SENATORE MCCCLIII.
INTERFECTO. BARONCELLVS. SCRIBA. EIVS. TRIBVNVS
FACTVS. EST. HOC. SVBLATO. NICOLAVS. LAVRENTII
F. AVCTORE. ALBORNO. CARD. QVEM. INNOCENTIVS
IN. ITALIAM. LEGARAT. IN. VRBEM. RECEPTVS
ITERVM. REM. PVBLICAM. ADMINISTRAVIT. IDEM
REPENTINO. TVMVLTV. IN. FVGA. OCCISVS. EST
REX. KAROLVS. IIII. ROMAM. CVM. EXERCITV
INGRESSVS. IN. TEMPLO. VATICANO. A. PETRO MCCCLV.
BELTRANDIO. CARD. LEGATO. INNOCENTII
INSIGNIA. IMPERI. SOLLEMNIBVS. CAEREMONIIS
ACCEPIT
INNOCENTIVS. ANNO X. PONTIFICAT. SVI. AVENIONE
MORTVVS. EST. IN. E. L. ABSENS. CREATVS. VRBANVS. V. MCCCLXII.
AD. QVEM. LEGATI. A. ROMANIS. MISSI. SVNT
ROGATVM. VT. IN. VRBEM. SVAM. DEMIGRARET
KAROLVS. AVG. AVENIONEM. PROFECTVS. CONSILIA MCCCLXV.
DE. ITALIA. PACANDA. CVM. VRBANO. INIIT
VRBANVS. ROMAM. COGITANS. MAGNA. ITALIAE
LAETITIA. GENVAM. APPVLIT. ET. LEGATIONIBVS MCCCLXVII.
CIVITATVM. AVDITIS. IN. VRBEM. VENIT
DOMVS. PONTIFICALIS. VRBANI. IVSSV. IN. VATICANO
REFECTA. ET. IN. PROXIMO. VIRIDARIA. CONSITA
ATQVE. HORTI. INSTRVCTI
KAROLVS. AVG. LVSTRATA. ITALIA. ROMAM MCCCLXVIII.
INGRESSVS. EST. VRBANVS. INSIGNIA. IMPERI
ISABELLAE. VXORI. EIVS. SOLLEMNI. RITV. IMPOSVIT
IOANNES. PALAEOLOGVS. AVG. FESSIS. IMPERI
SVI. REBVS. AVXILIVM. QVAERENS. VRBANVM MCCCLXVIIII.
INVISIT. VENERATVSQVE. EST. BELLVM. A. TVRCIS
QVANTVM. IMPENDERET. EXPOSVIT
VRBANVS. BELLO. INTER. BRITANNOS. ET. GALLOS
EXORTO. REGVM. CONCILIANDORVM. CAVSSA
AVENIONEM. PROFECTVS. ANNO. VIIII. MCCCLXX.
PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS. EST. IN. E. L. F. E.
GREGORIVS. XI.
CONTROVERSIAE. DE. REGNO. SICILIAE. DIREMPTAE
FOEDVSQVE. INTER. REGEM. FEDERICVM
ARAGONIVM. ET. REGINAM. IOANNAM. GREGORIO MCCCLXXII.

PACIS· SEQVESTRE· CONSTITVTVM· EST
CIVITATES· STIPENDIARIAE· PONTIFICIS· MAXIMI CONIVRATIONIBVS· FACTIS· PLERAEQVE· A GREGORIO· DEFECERVNT· IPSE·CAPTO·IAM·ROMAM DEMIGRANDI· CONSILIO· ITER· MATVRAVIT MCCCLXXV·
GREGORIVS· QVVM· MASSILIA· SOLVISSET· GENVAM VENIT· INDE· IN· FINES· ROMANOS· NAVIGAVIT ET· TIBERI· INVECTVS· EFFVSA· OBVIAM·CIVITATE IN· VATICANVM· ASCENDIT MCCCLXXVII.
BONONIA· A· GREGORIO· RECEPTA· RES· VRBANAE COMPOSITAE· MOENIA· RESTITVI· CAEPTA· TVRRIS AD· TEMPLVM· LIBERIANVM· EXSTRVCTA
GREGORIVS·ANNO·VIII·PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· B· VRBANVS· VI· HVIVS SEVERITATEM· PEROSI· CARDINALES· GALLI HISPANIQVE· ANAGNIAM· PROFECTI·DESCIVERVNT INDE· FVNDOS· QVVM· CONVENISSENT CONSPIRATIONE· FACTA· ROBERTVM· CLAVDVM PONTIFICEM· MAXIMVM· DIXERE· QVI·CLEMENS·VII· APPELLATVS· EST MCCCLXXVIII·
CLEMENS· VRBANI· ARMIS· ITALIA· EXACTVS AVENIONEM· SE· CONTVLIT· ARX· QVAM· IN· VRBE TENEBAT· IN· VRBANI· POTESTATEM· REDACTA EST MCCCLXXVIIII·
REGINA· IOANNA· QVOD· CLEMENTIS· PARTES SEQVERETVR· ET· DISSIDIVM· IN· ECCLESIA FOVERET· VRBANI· SENTENTIA· A· SACRIS· REMOTA STIPENDARIIQVE· EIVS· SACRAMENTO· EXSOLVTI SVNT· REGNVM· KAROLO· PACENSI· DELATVM MCCCLXXX·
VRBANVS· NEAPOLIM·PROFECTVS·BVTILLVM· FRATRIS F· CAPVAE· PRAEFICIENDVM· CVRAVIT·SIMVLTATES INTER· EVM· ET· REGEM· KAROLVM· EXORTAE IDEM· QVVM· NVCERIAM· AD· FRATRIS· FILIVM DIVERTISSET· AB· REGIS· KAROLI· EXERCITV OBSESSVS· EST MCCCLXXXIII·
CARDINALES· SEX· DE· CONIVRATIONE· DELATI VRBANI· IVSSV· IN· CVSTODIAS· CONIECTI· ET· IN QVAESTIONEM· DATI· SVNT· IIDEM·QVVM·NVCERIA GENVAM· AB· VRBANO· TRANSVECTI· ESSENT· VNO MCCCLXXXV·

RE·

REGI. BRITANNORVM. CONDONATO. CETERI NECATI

VRBANVS. LVCENSIBVS. VISIS. PERVSIAM. VENIT. ET DE. REGNO. NEAPOLITANO. SIBI. VINDICANDO CONSILIA. INIIT. ROMAM. INTERMORTVO. POPVLI STVDIO REVERSVS. ANNO. XII. PONTIFICATVS SVI. MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. BONIFACIVS. VIIII. MCCCLXXXVI

ANDREAS. ACCIAIOLIVS. CARD. NEAPOLIM. A BONIFACIO. LEGATVS. EST. QVI. REGI. LADISLAO INSIGNIA. REGALIA. SOLLEMNI. RITV. IMPONERET ANNVS. SACER. MAGNA. MORTALIVM. FREQVENTIA IN. VRBE. ACTVS. II. DESIDERATI. QVI. CLEMENTI ADHAESERANT MCCCLXXXX

BONIFACIVS. PERVSIAM. CIVIVM. INTER. SE CONCILIANDORVM. CAVSSA. PROFECTVS. EST OPPIDA. COMPLVRA. QVAE. DEFECERANT. RECEPIT ROMAM. LEGATIONIBVS. INVITATVS. REDIIT. ET COORTOS. TVMVLTVS. SEDAVIT MCCCLXXXXII

ARX. VRBANA. A. BONIFACIO. COMMVNITA. AEDES SENATORI. IN. CAPITOLIO. CONDITAE. TEMPLVM VATICANVM. NOVO. CVLTV. EXORNATVM

NVNCII. AVENIONE. ADLATI. CLEMENTEM. VITA EXCESSISSE. EIQVE. PETRVM. LVNENSEM. ESSE SVFFECTVM. ET. BENEDICTO. XIII. NOMEN. HVIC IMPOSITVM MCCCLXXXXIIII

BONIFACIVS. BENEDICTO. SACRIS. INTERDIXIT. ET DISSIDII. TOLLENDI. CAVSSA. EPISTOLAS. AD ORBEM. CHRISTIANVM. MISIT

CAPITOLIVM. A. BONIFACIO. IN. VSVM. BELLI VALLATVM. TRIREMES. ET. COPIAE. PEDESTRES REGI. LADISLAO. SVPPETIAS. MISSAE MCCCLXXXXV

CONIVRATIO. IN. VRBE. FVIT. AVCTORE. HONORATO CAIETANO. QVI. FVNDIS. IMPERITABAT. PERDVELLES CAPTI. POENAS. DEDERVNT. CAIETANO. SACRIS INTERDICTVM. EST. MISSVSQVE. EXERCITVS. QVI EVM. BELLO. PERSEQVERETVR MCCCLXXXXVII

CONCILIVM. ROMAE. ACTVM. VT. LEGATIONIBVS DE. CONCORDIA. AVDITIS. RESPONSA. REGIBVS DARENTVR

ANNVS· SACER· IN· VRBE· ITERVM· CELEBRATVS GALLI· ETIAM· BENEDICTO· CONTEMPTO ADFVERVNT· CIVES· ROMAE· HOSPITESVE PESTILENTIA· COMPLVRES· PERIERE MCCCC·

SAECVLVM· XV·

BONIFACI· INDVLGENTIA· POSTLIMINIVM· COLVMNIS CAIETANISQVE· DATVM· EST· ET· OPPIDA· QVAE BELLO· AMISERANT· REDDITA· FOEDVS· CVM FLORENTINIS· ICTVM· ADVERSVS·MEDIOLANENSES MCCCCI·

COSSA· CARD· A· BONIFACIO· BONONIAM· LEGATVS DVCTO· IN·MEDIOLANENSES· EXERCITV·CIVITATES QVAE· DEFECERANT· RECEPIT· EXINDE· PAX FRANCISCO· GONZAGA· CONCILIATORE CONSTITVTA MCCCCIII·

LEGATI· AVENIONE· A· BENEDICTO· VENERE· QVI CONCORDIAE· STVDIVM· PRAEFERENTES BONIFACIVM· NOMINE· EIVS· AD· COLLOQVIVM INVITARENT MCCCCIIII·

BONIFACIVS· ANNO· XV· PONTIFICATVS· SVI MORTVVS· EST· CARDINALES· AD·SVFFRAGIA·QVVM CONVENISSENT· VNVSQVISQVE· FIDEM· IVRE IVRANDO· OBLIGAVIT· SI· PONTIFICATVM·ADEPTVS ESSET· VLTRO· DISSIDII· TOLLENDI· CAVSSA· SI RES· POSCERET· SE· PONTIFICATV· ABITVRVM

INNOCENTIVS· VII· PONTIFEX· MAXIMVS·FACTVS·EST EIVS· SE· DEFENSOREM· PROFESVS·REX·LADISLAVS ARCI· VRBANAE· PRAESIDIVM· IMPOSVIT

TVMVLTVS· ET· CAEDES·IN·VRBE·FVIT·INNOCENTIVS VITERBIVM· SECESSIT· COLVMNAE· SAVELLIQVE ET· NVMERI· NEAPOLITANI· VRBE· EXACTI· SVNT MCCCCV·

LEGATI· ROMA· AD· INNOCENTIVM· MISSI· ORATVM VT· IN· VRBEM· REDIRET· ARX· VRBANA· A· REGE LADISLAO· INNOCENTIO· REDVCI· DEDITA· EST MCCCCVI·

INNOCENTIVS· ANNO· III· PONTIFICATVS· SVI MORTVVS· EST· CARDINALES· IVRE· IVRANDO RECEPTO· SE· ECCLESIAE· CAVSSA· PONTIFICATVM DEPOSITVROS· GREGORIVM· XII· CREAVERVNT QVI· LITTERAS· PRIMVM· AD·BENEDICTVM·POSTEA

LEGATOS· DE· DISSIDIO· TOLLENDO· MISIT
SEDITIO· IN· VRBE· CONCITATA· EXSVLES· MVRO PERRVPTO· RECEPTI· GREGORIVS· SE· ARCE·SEPSIT TVMVLTV· COMPRESSO· VITERBIVM· PROFECTVS EST· INDE· SENAS· ET· LVCAM· SE· CONTVLIT· VT CVM· BENEDICTO· IN· COLLOQVIVM· VENIRET GALLI· REGE· AVCTORE· BENEDICTVM· VIOLATAE FIDEI· REVM· DESERVERVNT MCCCCVIII.
REX· LADISLAVS· VRBEM· CVM· EXERCITV·INGRESSVS REM·PVBLICAM·REGIA·POTESTATE·ADMINISTRAVIT FINITIMAS· CIVITATES· IN· DITIONEM· SVAM REDEGIT
CARDINALES· QVI· GREGORIVM· SEQVVTI· FVERANT QVOD· IPSIS· INVITIS· COLLEGIVM· EORVM SVPPLEVISSET·PISAS·SECESSERVNT· ILLE·ARIMINVM MIGRAVIT
CONCILIVM· PISIS· ACTVM· ADVERSVS· GREGORIVM ET· BENEDICTVM· VTERQVE· ABSENS· HONORE SPOLIATVS· EST· ET· ALEXANDER· V· PONTIFEX MAXIMVS· FACTVS· INDE· DISSIDIVM· AVCTVM· ET ORBIS· CHRISTIANVS· IN·TRES·FACTIONES·DIVISVS AT· VRBS· A· COSSA· LEGATO· ALEXANDRI RECEPTA MCCCCVIIII·
ALEXANDER· QVOD· PISANOS· PESTILENTIA CONFLICTARET· PRATVM· CONCESSIT· INDE BONONIAM· PROFECTVS· MENSE· HONORIS· SVI NONO· MORTVVS· EST· GREGORIVS· CAIETAM· SE RECEPIT MCCCCX·
CARDINALES· CONVENTV· BONONIAM· INDICTO COSSAE· LEGATO· PONTIFICATVM· DETVLERVNT QVI· IOANNES· XXIII· DICTVS· EST· HVNC· REX LVDOVICVS· ANDEGAVENSIS· IN· VRBEM· DEDVXIT MCCCCXI·
CONCILIVM· IN· VRBEM· A· IOANNE· VOCATVM DISSIDII· TOLLENDI· CAVSSA· GREGORIVS· A· REGE LADISLAO· DESTITVTVS· CAIETA· RELICTA ARIMINVM· NAVIGAVIT MCCCCXII·
VRBS· REGIS· LADISLAI· ASTV· ITERVM· CAPTA IOANNES· ARREPTA· FVGA· VITERBIVM·ADVOLAVIT SVBINDE· FLORENTIAM· PROGRESSVS· LEGATOS AD·REGEM·SIGISMVNDVM·IN·GERMANIAM·CONCILII MCCCCXIII·

VO-

VOCANDI· CAVSSA· MISIT· ET· BONONIENSIBVS VISIS. LAVDEM· POMPEIAM· ACCEDENS· REGEM SIGISMVNDVM· IPSE· CONVENIT

REGE· LADISLAO· DEMORTVO· LEGATVS· IOANNIS VRBEM· TENVIT· IOANNES· CONCILIO· MAGNO CONCORDIAE· CAVSSA· INDICTO· CONSTANTIAM PERREXIT MCCCCXIIII·

ACTVM· IN· CONCILIO· DE· PONTIFICATV· GREGORIO ET· BENEDICTO· ET· IOANNI· ABROGANDO· IOANNES QVVM· SPOPONDISSET· SE· SPONTE· PONTIFICATV ABITVRVM· SI· CETERI· SE· ABDICARENT· MVTATA VOLVNTATE· IN· HELVETIOS· AVFVGIT· REDVCTVS SENTENTIAE· EPISCOPORVM· ADQVIEVIT MCCCCXV·

GREGORIVS· KAROLO· MALATESTA· CONSTANTIAM LEGATO· SPONTE· PONTIFICATV· SE· ABDICAVIT BENEDICTVS· QVOD· REPVGNARET· HONORE DEIECTVS· EST· ET· A· SACRIS· REMOTVS MCCCCXVII·

CARDINALES· NVMERO· $\overline{XXXIII}$· ET· CVM· HIS PROCERES· $\overline{XXX}$· DE· OMNIBVS· NATIONIBVS· A CONCILIO· DELECTI· IN· SVFFRAGIA· QVVM CONVENISSENT· PONTIFICATVM· MAXIMVM MARTINO· $\overline{V}$· DETVLERVNT· DE· CVIVS· CREATIONE CHRISTIANVS· ORBIS· VNIVERSVS· LAETATVS· EST

EODEM· ANNO· BRACCIVS· DVX· PERVSINORVM· VRBE OCCVPATA· DOMINATVM· AFFECTANS· COPIIS REGINAE· IOANNAE· DEPVLSVS· FINIBVS· ROMANIS EXCESSIT

MARTINVS· PERACTO· CONCILIO· IN· ITALIAM· VENIT ET· PERAGRATA· INSVBRIA· CONSEDIT· MANTVAE VT· CIVITATVM· LEGATIONES· AVDIRET· INDE FLORENTIAM· MIGRAVIT MCCCCXVIII·

LEGATI· A· MARTINO· NEAPOLIM· MISSI· CARDINALES DVO· QVI· REGALIA· INSIGNIA· REGINAE· IOANNAE IMPONERENT· IPSE· BRACCIVM· PACEM· VENIAMQVE PETENTEM. ADMISIT· ET· VICARIA· POTESTATE PERVSIAE· FINITIMISQVE· CIVITATIBVS· PRAEESSE IVSSIT· IDEM· PONTIFICEM· FLORENTINORVM ARCHIEPISCOPVM· DIXIT MCCCCXVIIII·

MARTINVS· BRACCIO· BELLI· DVCE· BONONIAM RECEPIT· LEGATOS· VENETIAS· PONTIFICIS MCCCCXX·

AQVILEIENSIVM. IVENDI-CAVSSA-MISIT. FLORENTIA DIGRESSVS. ROMAM. SVMMA. OMNIVM. LAETITIA PERVENIT

RES. PVBLICA. ROMAE-MARTINI-CONSILIIS-ORDINATA CARDINALES. BINI. NEAPOLIM. LEGATI. QVI-REGES DE. REGNO. INTER. SE. DIMICANTES COMPONERENT MCCCCXXII.

CONCILIVM. MAGNVM. A. MARTINO. TICINVM INDICTVM. PESTILENTIA. INGRVENTE. SENAS VOCATVM. EST. EOQVE. PAVCIS. OB. TEMPORVM DIFFICVLTATES. CONVENIENTIBVS-BASILEAM-POST ANNVM. SEPTIMVM. COGI. PLACVIT MCCCCXXIIII.

NVNCII. AB. HISPANIA. ADLATI. BENEDICTVM. ANNO AETATIS. NONAGESIMO. OCCVBVISSE. EIQVE FACTIONE. DVORVM. SVFFECTVM. AEGIDIVM MVGNONEM. CLEMENTEM. VIII. VOCITARI MCCCCXXIIII.

MARTINVS. VRBIS. MISERATVS. VICES. PROLAPSORVM AEDIFICIORVM. RESTITVTIONEM. AGGRESSVS. EST PORTICVM. TEMPLI. VATICANI. REFECIT. TEMPLVM LATERANENSE. OPERE. VERMICVLATO. STRAVIT ET. PICTVRIS. EXCOLVIT. EODEM. AVCTORE CARDINALES. CERTATIM. AEDES. DITIONIS. SVAE RESTITVERVNT. RELIQVIAE. MONICAE. MATRIS AVGVSTINI. AB. OSTIA. IN. HVIVS. AEDEM SOLLEMNI. POMPA. TRANSLATAE. SVNT

NICOLAVS. ALBERGATVS. CARD. TOTA. BELLIS ARDENTE. INSVBRIA. VENETIAS. A. MARTINO LEGATVS. EST. VT. CONSILIIS. EIVS. ARMORVM FVROR. SOPIRETVR. OPPIDA. LATII. VITELLESCO DVCE. SVBACTA. METVS. HOSTIVM. AB. VRBE AVERSVS MCCCCXXVI.

BONONIENSES. CONSPIRATIONE. FACTA. A. MARTINO DEFECERVNT. IIDEM. BELLO. DOMITI. AEQVIS CONDITIONIBVS. IN. EIVSDEM. POTESTATEM REDIERVNT. FIRMVM. ET. TIFERNVM. TIBER. ALIA INSVPER. OPPIDA. RECEPTA MCCCCXXVIII.

REX. ALFONSVS. ARAGONIVS. AEGIDIVM-MVGNONEM INSIGNIA. PONTIFICATVS. MAXIMI. DEPONERE COEGIT MCCCCXXVIIII.

MARTINVS-ANNO. XIIII. PONTIFICATVS-SVI-MORTVVS

EST

EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. EVGENIVS. IIII. HVIVS IVSSV. IN. MARTINI. ADMINISTROS. QVAESITVM EST. MVLTI. PECVLATVS. DAMNATI. COLVMNAEQVE QVOD. SEDITIONEM. CONCITASSENT. ARMIS COERCITI MCCCCXXXI.

CONCILIVM. MAGNVM. BASILEAE. AGI. COEPTVM EVGENII. DECRETO. BONONIAM. EVOCATVM. EST NEC. PERDVCTVM MCCCCXXXII.

REX. SIGISMVNDVS. INSVBRIA. PACATA. ROMAM VENIT. ET. AB. EVGENIO. INSIGNIA. IMPERI. IN TEMPLO. VATICANO. SOLLEMNIBVS. CAEREMONIIS ACCEPIT. INDE. BASILEAM. PROFECTVS. PONTIFICIS MAXIMI. AVCTORITATEM. ADSERVIT MCCCCXXXIII.

MVLTAE. PER. PICENVM. CIVITATES. DEFECERE. VRBS SEDITIONE. TVRBATA. ET. A. FORTEBRACCIO CAPTA. EVGENIVS. MEDIO. IN. DISCRIMINE. ARREPTA FVGA. FLORENTIAM. ABIIT MCCCCXXXIIII.

NICOLAO. ATESTINO. CONCILIATORE. PAX. PER AEMILIAM. CONSTITVTA. LEGATI. EVGENII. VRBEM ET. CIVITATES. QVAE. DEFECERANT. PLERASQVE RECEPERVNT MCCCCXXXV.

LEGATI. AB. ROMANIS. AD. EVGENIVM. MISSI ORATVM. VT. IN. VRBEM. REVERTERETVR. RE INFECTA. REDIERE. EVGENIVS. BONONIAM MIGRAVIT MCCCCXXXVI.

EVGENIVS. CONCILIVM. BASILEAE. PERSTANS. QVOD PONTIFICEM. MAXIMVM. IN. ORDINEM. REDIGERE AVDERET. DIMISSVM. PRONVNCIAVIT. EPISCOPOS IDEM. LATINOS. GRAECOSQVE. FERRARIAM. VT CONVENIRENT. LITTERIS. ADMONVIT MCCCCXXXVII.

CONCILIVM. MAGNVM. FERRARIAE. AGI. COEPTVM IOANNES. PALAEOLOGVS. AVG. ET. PONTIFICES GRAECI. MAGNO. NVMERO. ADFVERE. BELLO. SVBINDE AC. LVE. GRASSANTE. FLORENTIAM. OMNES MIGRAVERVNT. IBIQVE. CONCORDIA. GRAECORVM CVM. LATINIS. FIRMATA MCCCCXXXVIII.

EPISCOPI. QVI. BASILEAM. PERTINACES. INSEDERANT QVOD. EVGENIO. REIECTO. PONTIFICATVM MAXIMVM. AMADEO. DVCI. ALLOBROGVM DETVLISSENT. DAMNATI. OMNES. ET. A. SACRIS MCCCCXXXIX.

RE-

REMOTI. SVNT. EVGENIVS. ROMAM. REVERSVS
CONCILIVM. FLORENTIA. IN. LATERANVM. VOCAVIT
AEDES. SEBASTIANI. EXTRA. POMOERIVM. AEDES
SVSANNAE. IN. QVIRINALI. AB. EVGENIO
RESTITVTAE. ET. AD. AEDEM. ROTVNDAM. AREA
EXPLICATA. TEMPLA. LATERANENSE. ET. LIBERIANVM
EXCVLTA. VALVAE. AENEAE. IN. VATICANO. FACTAE
DOMVSQVE. PONTIFICALIS. REFECTA. ITEM. PAVLLI
TEMPLVM. VIA. OSTIENSI
CIVITATES. PICENI. FRANCISCO. SFORTIA. EIECTO
PLERAEQVE. IN. POTESTATEM. EVGENII. REDIERE
IDEM. PERVSIAM. PROFECTVS. PACIS. CONDITIONES
SFORTIAE. DIXIT. QVOD. HIC. BELLVM. RENOVASSET
A. SACRIS. REMOTVS. ET. ARMIS. COERCITVS. EST MCCCCXXXXVI.
FRANCISCA. MATRONA. ROMANA. EX. EVGENII
AVCTORITATE. AEDES. VIRGINIBVS. DEO. SACRIS
AD. TVRRIM. SPECCHIANAM. APERVIT. EODEM
TEMPORE. MVLTAE. PER. VRBEM. DOMVS. AD
ARCHITECTVRAE. LEGES. EXSTRVI. CAEPTAE
EVGENIVS. ANNO. XVI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. NICOLAVS. V. QVI MCCCCXXXXVII.
REGEM. GALLIARVM. AD. DISSIDIVM
CHRISTIANORVM. TOLLENDVM. HORTATVS. EST
IPSE. INSVBRIAE. PACANDAE. CVRAM. SVSCEPIT
AMADEVS. REGE. GALLIARVM. AVCTORE MCCCCXXXXVIIII.
PONTIFICATVS. MAXIMI. INSIGNIA. ABIECIT. ET. IN
COLLEGIVM. CARDINALIVM. A. NICOLAO
COOPTATVS. EST
ANNVS. SACER. MAGNA. MORTALIVM. FREQVENTIA MCCCCL.
ROMAE. CELEBRATVS. CAELESTES. HONORES
BERNARDINO. SENENSI. A. NICOLAO. DECRETI
DOMVS. PONTIFICALIS. AD. TEMPLVM. LIBERIANVM. AB
INCHOATO. EXSTRVCTA. ET. VATICANAE. FINES
PROLATI. BIBLIOTHECA. IBIDEM. MIRIFICE. AVCTA
AEDES. THEODORI. SVB. PALATINO. DEDICATA
STEPHANI. IN. COELIO. REFECTA. PANTHEON
PLVMBEIS. LAMINIS. ITERVM. TECTVM. VIAE
MAGNAM. PARTEM. LAPIDIBVS. STRATAE. MVRI
VRBIS. ADIECTAE. REFECTI. DVCTVS. AQVAE

VIRGINIS· RESTITVTVS· PONS· MVLVIVS INSTAVRATVS

REX· FEDERICVS· III· E· GERMANIA· IN· ITALIAM VENIT· ET· VRBEM· INGRESSVS· POSTQVAM· REX INSVBRIAE· A· NICOLAO·APPELLATVS·EST·INSIGNIA IMPERI· AB· EODEM· IPSE· ET· LEONORA· VXSOR ACCEPIT MCCCCLII·

NVNCII· TRISTES· AB· ORIENTE· PERLATI CONSTANTINOPOLIM· A· TVRCIS· CAPTAM CHRISTIANOS· AD· XXXX· M· CAESOS MCCCCLIII·

LEGATI· A· NICOLAO· AD· REGES· ET· CIVITATES PER· EVROPAM· MISSI· VT· PACE· INTER· EOS CONSTITVTA· BELLVM· ADVERSVS· TVRCAS SVSCIPERETVR· CLASSIS· AB· EODEM· INSTRVCTA ET· COPIAE· PARATAE

NICOLAVS·ANNO· VIIII· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· CALLISTVS· III· HVIVS LITTERIS· CHRISTIANI· REGES· AD·BELLVM· TVRCIS INFERENDVM· EXCITATI MCCCCLV·

CALLISTI· CLASSIS· IN· AEGEVM· NAVIGAVIT INSVLASQ· TRES· TVRCIS·EIECTIS·IN·LIBERTATEM ADSERVIT·NAVES·EORVM·AD·MITYLENEN· FVGAVIT MCCCCLVI·

AEDES·PRISCAE·IN· AVENTINO·A·CALLISTO·REFECTA VRBIS· MOENIA· REPARATA

CALLISTVS· ANNO· IIII· PONTIFICAT· SVI· MORTVVS EST·IN·EIVS·LOCVM· F·E· PIVS· II· QVI·CONVENTVM MANTVAM· INDIXIT· VT· LEGATIS· REGNVM· ET CIVITATVM· PRAESENTIBVS· DE· BELLO· TVRCICO AGERETVR MCCCCLVIII·

PIVS· SENAS· PATRIAM· SVAM· REVISIT·PONTIFICEMQ· SENENSIVM· ARCHIEPISCOPVM· DIXIT· INDE MANTVAM· AD· CONVENTVM· PERREXIT· ACTVM DE· CLASSE· INSTRVENDA· ET· COPIARVM AVXILIARIVM· CENSVS· INSTITVTVS MCCCCLVIIII·

BELLI· NEAPOLITANI· CAVSSA· EXPEDITIO·TVRCICA RETARDATA· EST· PIVS· IN· VRBEM· REVERSVS EXERCITVM· SVPPETIAS· REGI· FERDINANDO·MISIT MCCCCLXI·

AREA· ANTE· TEMPLVM· VATICANVM· AEQVATA GRADATIONES·E·MARMORE·RESTITVTAE·STATVAE PETRO· ET· PAVLLO· APOSTT· DEDICATAE

ALV-

ALVMINIS. FODINAE. AD. CENTVMCELLAS. DETECTAE ARS. NOVA. LIBRARIA. CODICIBVS. BENIGNISSIMO INVENTO. MVLTIPLICANDIS. E. GERMANIA. IN VRBEM. INVECTA. EST MCCCCLXII.

PIVS. ANCONAM. PROFECTVS. EXPEDITIONIS MATVRANDAE. CAVSSA. QVVM. EO. IAM. CLASSIS VENETORVM. APPVLISSET. ET. COPIAE. VNDIQVE CONVENIRENT. MORBO. CORREPTVS. ANNO. VI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM F. E. PAVLLVS. II. QVO. AVCTORE. BELLVM. TVRCICVM SVSCEPTVM. EST MCCCCLXIIII.

QVAESTVS. SIMONIACI. DECRETIS. PAVLLI. PRAECISI OPPIDA. COMPLVRA. IN. FINIBVS. ROMANIS. QVAE TYRANNI. OCCVPARANT. A. PAVLLI. LEGATIS INLATO. BELLO. RECEPTA. DOMVS. PONTIFICALIS AD. AEDEM. MARCI. CONDITA. ET. SIGNIS. VETERIBVS EXCVLTA. QVAE. DEINDE. LVDORVM. CELEBRITATE DEDICATA. EST MCCCCLXV.

CONDICIONES. PACIS. ITALICIS. CIVITATIBVS. A PAVLLO. DICTAE. AD. BELLVM. IN. TVRCAS CONTINVANDVM. FEDERICVS. AVG. IN. VRBEM SVMMA. HONORIS. SIGNIFICATIONE. ACCEPTVS. ET AD. BELLVM. TVRCICVM. INCITATVS MCCCCLXVIII.

ROBERTO. MALATESTAE. QVOD. ARIMINVM OCCVPASSET. SIGNA. INLATA. IS. SE. COPIIS FOEDERATARVM. CIVITATVM. DEFENDIT. EODEM ANNO. SODALES. LITTERATI. INSIGNESQVE. DICENDI SCRIBENDIQVE. MAGISTRI. IN. VRBEM. INDVCTI MCCCCLXVIIII.

EVBOEA. A. TVRCIS. CAPTA. FOEDVS. INTER. ITALOS BELLI. CAVSSA. FACTVM. BORSO. ATESTINO. QVVM IN. VRBEM. VENISSET. DATVM. A. PAVLLO. VT. DVX FERRARIAE. APPELLARETVR MCCCCLXXI.

PAVLLVS. ANNO. VII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. XYSTVS. IIII. A. QVO CLASSIS. ADVERSVS. TVRCAS. INSTRVCTA. BELLIQ. CAVSSA. DECVMAE. PER. ORBEM. CHRISTIANVM CLERICIS. IMPERATAE MCCCCLXXII.

TVDERTES. ET. SPOLETINI. TERRORE. BELLI. PACATI TIFERNVM. TIBERINVM. RECEPTVM. FEDERICVS CVI. VRBINATES. PAREBANT. DVX. APPELLATVS MCCCCLXXIIII.

EST

EST· MVLTAE· IN· VRBE· AEDES· REFECTAE

ANNI· SACRI· IN· VRBE· CELEBRITAS· FVIT· REX FERDINANDVS· NEAPOLI· ROMAM· VENIT· ET EQVVM· ALBVM· PHALERATVM· PRIDIE· FESTVM PETRI· ET· PAVLLI· APOSTT· EX· VECTIGALI·LEGE XYSTO· IN· POMPA· DEDVXIT MCCCCLXXV·

TIBERIS· EXVNDATIO· ET· LVES· SVBINDE· VRBEM VEXAVIT· PONS· IANICVLENSIS· A· XYSTO RESTITVTVS· A· QVO· ET· NOMEN· HABET· VIAE MVNITAE· ET· LATERIBVS· STRATAE· CLOACARVM DVCTVS· PVRGATI· ET· REFECTI MCCCCLXXVI·

FLORENTINI· QVOD· ARCHIEPISCOPVM· PISANORVM IN· CONIVRATIONE· CIVIVM· NECASSENT·A·SACRIS REMOTI· ET· DENVNCIATIONE· ARMORVM·TERRITI VALETVDINARIA· TRANS· TIBERIM· A· SOLO RESTITVTA· PROLI· INCERTORVM· PATRVM TOLLENDAE· DOMVS· APERTA· TEMPLVM VATICANVM· EXCVLTVM· AEDES· MARIAE· AD PORTAM· FLAMINIAM. ET· COENOBIVM·IN·PROXIMO CONDITVM· VRBS· TOTA· SQVALORE· DETERSO RENOVATA MCCCCLXXVIII·

TVRCARVM· CLASSIS· IN· ITALIAM· APPVLIT HYDRVNTVM· VI· CAPTVM·EST·HOSTIS·AVERTENDI CAVSSA· LITTERAE· A· XYSTO· AD· REGES· MISSAE PAX· PER· ITALIAM· CONSTITVTA· FLORENTINI POENA· ABSOLVTI MCCCCLXXX·

HYDRVNTVM· ARMIS· RECEPTVM· ET· CLASSES TVRCARVM· DISIECTAE· VRBEM· PESTILENTIA TENTAVIT MCCCCLXXXI·

BIBLIOTHECA· VATICANA· CODICIBVS· EX· OMNI EVROPA· ASIAQVE· ADVECTIS· ORDINATA· ET CVSTODIBVS· IMPOSITIS· CONSTITVTA

FACTIONES· IN· VRBE·COLVMNARVM· ET· VRSINORVM EXSTITERE· INDE· BELLVM· CIVILE· ET· CAEDES FVERVNT MCCCCLXXXIIII·

XYSTVS· ANNO· XIIII· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F. E· INNOCENTIVS· VIII· EO AVCTORE· FOEDVS· RENOVATVM· INTER· REGES CHRISTIANOS· ADVERSVS· TVRCAS· ET· VRBANAE SEDITIONES· SVBLATAE MCCCCLXXXV·

REX. FERDINANDVS. BELLVM. VRBI. INFERENS. REGIS CATHOLICI. AVCTORITATE. EXERCITVM REVOCAVIT. CONIVRATIO. AVXIMATIVM. REPRESSA MCCCCLXXXVII.

INNOCENTIVS. QVOD. PACIS. CONDITIONES. A. REGE FERDINANDO. VIOLATAS. COMPERISSET. LEGATVM NEAPOLIM. MISIT. QVI. DE. OFFICIO. ADMONERET

ZIZIMVS. BAIAZETI. TYRANNI. TVRCARVM. FRATER IN. VRBEM. CAPTIVVS. DVCTVS. EST. REX FERDINANDVS. QVOD. VECTIGAL. ANNVVM. NON PENDERET. A. SACRIS. REMOTVS. ET. REGNI. IVRE SPOLIATVS. EST. SIMVLTATES. REGE. CATHOLICO CONCILIATORE. DEPOSITAE MCCCCLXXXVIIII.

AEDES. MARIAE. AD. VIAM. LATAM. A. SOLO. EXTRVCTA DOMVS. PONTIFICALIS. IN. VATICANO. DVPLICATA ET. VILLA. HORTIS. ADIECTA

INNOCENTIVS. ANNO. VIII. PONTIFICATVS. SVI MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. ALEXANDER VI. QVI. REGEM. GALLIARVM. KAROLVM. VIII. IN REGNVM. NEAPOLITANVM. INVITAVIT MCCCCLXXXXIII.

REGIONES. TRANS. OCEANVM. ATLANTICVM. A COLVMBO. DETECTAE. ALEXANDRI. SENTENTIA REGI. FERDINANDO. CATHOLICO. ET. LIBERIS EIVS. POSTERISQVE. ADIVDICATAE. EIDEM. FINIBVS LINEA. CAELESTI. DESIGNATIS. ADTRIBVTA. TELLVS QVANTACVMQVE. IN. POSTERVM. VESTIGANDO TENERETVR

ALFONSVS. II. REGIS. FERDINANDI. I. ARAGONII FILIVS. A. IOANNE. BORGIA. CARD. INSIGNIA REGALIA. ALEXANDRI. IVSSV. NEAPOLI. ACCEPIT MCCCCLXXXIIII.

REX. KAROLVS. E. GALLIIS. IN. ITALIAM. QVVM VENISSET. CONDICIONIBVS. AB. ALEXANDRO. DICTIS VRBEM. INGRESSVS. EST. ALEXANDER. IN. ARCEM CONCESSIT. AVDITO. NEAPOLIM. A. REGE. CAPTAM METVENS. SIBI. PERVSIAM. PETIIT. REGE. MOX. IN INSVBRIAM. PROGRESSO. COPIAS. FERDINANDO II. ALFONSI. II. FILIO. SVBMISIT. AD. REGNVM RECIPERANDVM MCCCCLXXXV.

REGE. FERDINANDO. II. MORTE. PRAEREPTO. CAESAR BORGIA. CARD. DOMO. FRATRIS. SVI. CAEDE FVNESTA. CAPVAM. IVBENTE. ALEXANDRO

PRO-

PROFECTVS· INSIGNIA· REGALIA· REGI· FEDERICO
REGIS· FERDINANDI· PATRVO· SOLLEMNI· RITV
IMPOSVIT
CAESAR· BORGIA· CARD· PVRPVRAE· SE· HONORE
ABDICAVIT· IN· GALLIAM· LEGATVS· REGIS MCCCCLXXXXVIII.
NAVARRAE· FILIAM· VXOREM· DVXIT· SVBINDE· IN
ITALIAM· CVM· EXERCITV· REVERSVS· OPPIDIS
COMPLVRIBVS· PER· AEMILIAM· SVBACTIS· ROMAM
VENIT
ARX· VRBANA· AB· ALEXANDRO· COMMVNITA·TEMPLI
LIBERIANI· LAQVEARIA· INAVRATA· AEDES·IACOBI
MAIORIS· AD· FORVM· AGONALE· INCOLARVM
HISPANORVM· IMPENSA· A· SOLO· REFECTA
ANNVS· SACER· IN· VRBE· ACTVS· DECVMAE· AB
ALEXANDRO· BELLI· TVRCICI· CAVSSA· CLERICIS MD·
IMPERATAE

SAECVLVM· XVI·

MVLTA· GALLIAE· CISPADANAE· OPPIDA· TYRANNIS
EIECTIS· RECEPTA· LATIVM· TERRORE· BELLI MDI·
PACATVM· LVCRETIA· CAESARIS· BORGIAE· SOROR
ALFONSO· ATESTINO· NVPTA· EST
ALEXANDER·ANNO·XII·PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS
EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· PIVS· III· QVI· DVM MDIII·
CONCILIVM· MAGNVM· CONVOCARE· PARAT· DIE
XXVI· PONTIFICAT· SVI· MORBO· INTERCEPTVS· EST
IN· EIVS· LOCVM· FACTVS· EST· IVLIVS· II·
VENETI· A· IVLIO· PER· LEGATOS· ADMONITI· VT
AB· AEMILIA· ABSTINERENT· OPPIDA· QVIBVS MDIIII·
CAESAR· BORGIA· PRAESIDIVM· IMPOSVERAT· IN
POTESTATEM· PONTIFICIS· MAXIMI· REDIERVNT
PERMISSVM· VENETIS· VT·ARIMINVM·ET·FAVENTIAM
RETINERENT
IVLIVS· VRBIVENTVM· PROFECTVS· IOANNE·PAVLLO
BAGLIONE· CVI· PERVSINI· PAREBANT· IN· FIDEM
RECEPTO·PERVSIAM· IN· DITIONEM·SVAM·REDEGIT MDVI·
EXINDE· FORVM· CORNELII· PERREXIT· MISSOQVE
VIATORE· QVI· IOANNEM· BENTIVOGLIVM
BONONIENSIBVS· DOMINANTEM·PRINCIPATV·ABIRE

IVBERET. BONONIAM. TRIVMPHALI. POMPA INGRESSVS. EST

IVLIO. IN. VRBEM. REVERSO. NOVI. TEMPLI FVNDAMENTA. IN. VATICANO. IACTA. DOMVS PONTIFICALIS. PORTICIBVS. ET. AMBVLACRIS LATIVS. PROLATA MDVII.

IVLIVS. ITALIAE. PROSPICIENS. GEORGIVM. AMBOSIVM CARD. AD. CONVENTVM. CAMERACENSEM. LEGAVIT VENETIS. INTERMINATVS. NE. OPPIDA. AEMILIAE SIBI. VINDICARENT. ARMA. INFERRI. IVSSIT MDVIII.

CIVITATES. AEMILIAE. QVAS. VENETI. OCCVPARANT SENATV. AVCTORE. SE. IVLIO. DEDIDERVNT. PAX INTER. IVLIVM. ET. VENETOS. CONSTITVTA MDVIIII.

IVLIVS. VENETIS. PROPITIVS. ALFONSVM. DVCEM FERRARIENSIVM. QVOD. GALLORVM. PARTIBVS FAVERET. HOSTEM. APPELLAVIT. IPSE. BONONIAM BELLI. VRGENDI. CAVSSA. REVERSVS. MIRANDVLAM AD. DEDITIONEM. IMPVLIT. ET. RAVENNAM. DIVERTIT MDX.

BONONIA. A. GALLIS. CAPTA. IVLIVS. ARIMINVM. SE RECEPIT. INDE. IN. VRBEM. QVVM. REDIISSET CONCILIVM. MAGNVM. IN. LATERANVM. INDIXIT REGI. CATHOLICO. AD. BELLVM. CONTRA. MAVROS DECVMAS. CLERICIS. IMPERANDI. IVS. DEDIT FOEDVSQVE. CVM. EO. ET. VENETIS. ADVERSVS GALLOS. PERCVSSIT. EPISCOPOS. PISIS. COACTOS QVOD. REBVS. NOVIS. STVDERENT. A. SACRIS REMOVIT MDXI.

PVGNATVM. AD. RAVENNAM. SVMMA. CONTENTIONE VICTORIA. GALLIS. MVLTO. SANGVINE. STETIT RAVENNA. CAPTA. EST MDXII.

CONCILIVM. MAGNVM. IN. VRBE. CELEBRATVM. AD LATERANVM. ACTAQVE. CONVENTVS. PISANI RESCISSA. EODEM. ANNO. BONONIA. ET. CIVITATES AEMILIAE. OMNES. RECEPTAE.

VIA. IVLIA. AD. LINEAM. IVXTA. TIBERIM. DIRECTA AEDES. MARIAE. LORETANAE. AD. TRAIANI COLVMNAM. CONDITA. ARX. VRBANA. AMPLIATA OPERVM. PVBLICORVM. QVAEDAM. ABSOLVTA. ALIA INCHOATA. ARTES. REVOCATAE. ET. PRAEMIA CVLTORIBVS. CONSTITVTA

IVLIVS· ANNO· X· PONTIFICATVS·SVI· MORTVVS·EST IN. EIVS· LOCVM· F· E· LEO· X· QVI· PARMAM. ET PLACENTIAM· A DVCE·MEDIOLANENSIVM·RECEPIT MDXIII·

CONCILIVM· IN· LATERANO· LEONE· PRAESIDE CONTINVATVM· LEGATI· A· REGE· LVSITANIAE· AD LEONEM· CVM· MVNERIBVS· MISSI· MVTINENSES PER· COEMPTIONEM· IN· LEONIS· POTESTATEM VENERVNT MDXIIII·

FILIBERTA· DVCIS· ALLOBROGVM· PHILIPPI· FILIA IVLIANO·LEONIS·FRATRI·PRAEFECTO· VRBIS·NVPTA ROMAM· DEDVCTA· EST· FOEDVS· A· LEONE· CVM GERMANIS· HISPANIS· HELVETIIS· FLORENTINIS MEDIOLANENSIBVS· ICTVM· ADVERSVS· GALLOS VENETOSQVE· IDEM· PAVLLO· POST· BONONIAM PROFECTVS· CONCORDIAM· CVM·REGE·GALLORVM FRANCISCO· I· FIRMAVIT· ET· FLORENTIAM· SE CONTVLIT MDXV·

LEO· ROMAM· REVERSVS· DVCI· VRBINATIVM FRANCISCO· MARIAE· ROVEREO· DIEM· DIXIT QVVMQVE· PRINCIPATV· ILLE· EXCIDISSET LAVRENTIVM· FRATRIS· SVI· FILIVM· IN· EIVS LOCVM· SVFFECIT MDXVI·

TEMPLI· VATICANI· MAGNAM· IN· ALTITVDINEM EDVCTA· MOLES· MAGNIFICO· OPERE· DOMVS PONTIFICALIS· IN· PROXIMO· OMNI ORNAMENTORVM· GENERE· EXCVLTA· AEDES MARIAE· COELIMONTANAE· A· SOLO· REFECTA VRBS· TOTA· MONVMENTIS· VEL· NOVIS· VEL RESTITVTIS· LEONE· AVCTORE· ADORNATA

PRAEDONES· AFRICANI· MARE· INFESTVM· HABVERE ET· EXSCENSIONE· FACTA· LEONI· IN· LATIO RVSTICANTI· INSIDIAS· MOLITI· SVNT

CONCILIVM· MAGNVM· IN· LATERANO· ABSOLVTVM CHRISTIANIS· QVI· STIPEM· AD· TEMPLI·VATICANI MOLITIONEM· CONTVLISSENT· LEONIS INDVLGENTIA· DATVM· VT· DE· ADMISSIS· SVIS VENIAM· APVD· DEVM·IMPETRARENT·CONIVRATVM IN· MORTEM· LEONIS· PERDVELLES· POENAS DEDERE MDXVII·

LEGATI· A· LEONE· AD· REGES· MISSI· VT·AD·BELLVM

ADVERSVS. SELIMVM. TYRANNVM. TVRCARVM HORTARETVR. INDVCIAE. INTER. CHRISTIANOS. IN QVINQVENNIVM. PACTAE. SVPPLICATIONESQVE IN. VRBE. PLACANDI. NVMINI. CAVSSA. DECRETAE MDXVIII.

TRISTES. E. GERMANIA. NVNCII. VENERVNT. LVTHERVM VETERI ECCLESIAE. DOCTRINA. CONTEMPTA REBVS. NOVIS. STVDERE. MISSVS. OB. EAM. REM CAIETANVS. CARD. QVI. DVCEM. PARTIVM. AD BONAM. FRVGEM. REVOCARET

LEO. QVOD. LAVRENTIVS. FRATRIS. SVI. FILIVS DECESSISSET. VRBINATES. RVRSVM. IN. POTESTATEM SVAM. REDEGIT MDXVIIII.

LVTHERI. SCRIPTA. A. LEONE. DAMNATA. IPSE. ET FAVTORES. EIVS. A. SACRIS. REMOTI. EODEM. ANNO PERVSIA. ET. FIRMVM. TYRANNIS. SVBLATIS. IN LEONIS. DITIONEM. REDIERE MDXX.

REX. BRITANNIAE. HENRICVS. VIII. QVOD. PERVERSAM LVTHERI. DOCTRINAM. STRENVE. SCRIPTIS REFVTASSET. DEFENSOR. FIDEI. A. LEONE APPELLATVS. EST. FOEDERE. INTER. REGEM KAROLVM. V. ET. LEONEM. FACTO. BELLVM. IN ITALIA. EXARSIT MDXXI.

LEO. ANNO. VIIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. HADRIANVS. VI. QVO TEMPORE. ROVEREVS. VRBINVM. BAGLIONES PERVSIAM. RECEPERVNT MDXXII.

FOEDVS. AB. HADRIANO. CVM. VENETIS. ET. REGE KAROLO. ICTVM. SODERINVS. CARD. QVOD SICILIAM. COMMOVERE. ARGVEBATVR. IN. ARCEM VRBANAM. CONIECTVS. EST MDXXIII.

HADRIANVS. ANNO. II. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. CLEMENS. VII. QVI. SB PACIS. AVCTOREM. PROFESSVS. REGEM. GALLIARVM SIBI. ET. FLORENTINIS. CONCILIAVIT. FOEDVS BELLI. CAVSSA. INIRE. NOLVIT MDXXIIII.

REGE. KAROLO. ITALIAE. DOMINANTE. GALLI VENETIQVE. CLEMENTEM. IN. FOEDVS. ADDVXERVNT EXERCITVS. HISPANVS. NEAPOLI. MOVIT. CLEMENS VRBE. PRIMVM. AB. HVGONE. MONCADIO. ET COLVMNIS. VEXATA. IN. ARCEM. CONFVGIT MDXXVI.

TEMPLVM· VATICANVM· ET· DOMVS· PONTIFICALIS
DIREPTA· INDVCIIS· PACTIS· HOSTES· RECESSERE
BELLVM·A·CLEMENT·FOEDERIS· CAVSSA· RENOVATVM
ET· CLASSIS· INSTRVCTA· QVAE· NEAPOLIM· CVM MDXXVII·
SOCIORVM· NAVIBVS· APPVLIT· IDEM· BORBONIS
EXERCITV· AB· INSVBRIA· ADVENTANTE· INDVCIAS
CVM· REGE· KAROLO· IN· MENSES· OCTO· FECIT
MILITES· MAGNAM· PARTEM· DOMVM· DIMISIT
BORBONIS· EXERCITVS· PRIDIE·NONAS·MAIAS· VRBEM
OPPVGNARE· AGGRESSVS· DVCEM· IN· MVROS
SCANDENTEM· AMISIT· OB· EAM· REM· INFENSIOR
INRVPTIONEM· FECIT· OCCVPATA·VRBS·DIREPTAQ.
VIS·FERRVM· LIBIDO· VBIQVE· DOMINATA· CLEMENS
IN· ARCE· CAPTVS· ET· IN· CVSTODIA· HABITVS
EST· QVI· DE· PACIS· CONDITIONIBVS· QVVM
AGERETVR· ARREPTA· FVGA· VRBIVENTVM
INCOLVMIS· PERVENIT
PESTILENTIA· DIREPTIONEM· ET· CAEDES MDXXVIII·
CONSEQVVTA· EST· QVI· VRBEM· VIOLAVERANT
OMNES· INTRA· BIENNIVM· PERIERE· CLEMENS
TERRORE· BELLI· SEDATO· IN· VRBEM· REDIIT· ET
PROFVGOS· VNDIQVE· REVOCAVIT
SODALES· THEATINI· AVCTORE· CAIETANO· TIENE
IN· VRBE· CONSTITVTI· CLEMENTIS· DECRETO
INITIVM· HABVERE· FOEDVS· A· CLEMENTE
COMPOSITVM· CVM· REGE· KAROLO· VTERQVE
BONONIAM· CONVENERVNT· VT· DE· ITALIA
PACANDA· CONSILIA· INIRENT· FOEDVS· IBIDEM MDXXX·
RITE· RENOVATVM· ET· INSIGNIA· IMPERI· A
CLEMENTE· REGI· KAROLO· SOLLEMNIBVS
CAEREMONIIS· IMPOSITA
CLEMENTE· IN· VRBEM· REVERSO· EXVNDATIO
TIBERIS· FVIT· QVANTA· NVNQVAM·ANTEA·FVERAT
LVES· EXINDE· CIVES· AFFLICTAVIT
CLEMENS· DE· MOTV· HAERETICORVM· ADMONITVS MDXXXI·
DVCEM· ALLOBROGVM· CONTRA· GENEVENSES
ARMIS· ET· PECVNIA· IVVIT· IDEM· ANCONAM
RECEPIT· POPVLVM· ROMANVM· AD· VRBIS
RESTITVTIONEM· EXCITAVIT
KAROLVS· AVG· IN· ITALIAM· REDIIT· CLEMENS

BONONIAM. PROFECTVS. AVGVSTVM. SVMMO HONORE. ACCEPIT. ACTVM. INTER. EOS. DE CONCILIO. MAGNO. ECCLESIAE. CAVSSA. INDICENDO LEGATI. A. REGE. LVSITANIAE. AD. CLEMENTEM VENERVNT. CVM. LITTERIS. REGIS. AETHYOPVM SIBI. ET. SVIS. A. PONTIFICE. MAXIMO. PACEM VENIAMQVE. POSCENTIS MDXXXII.

CLEMENS. VRBE. REVISA. MASSILIAM. NAVIGAVIT VT. CVM. REGE. GALLIARVM. IN. COLLOQVIVM VENIRET. IBI. CATHERINAM. LAVRENTII. PATRVELIS FILIAM. HENRICO. REGIS. FILIO. DVCI AVRELIANENSIVM. IN. MATRIMONIVM. DEDIT MDXXXIII.

REX. BRITANNIAE. HENRICVS. VIII. OB. REPVDIVM LEGITIMAE. VXSORIS. ET. SVPERDVCTAM. PELLICEM CLEMENTIS. SENTENTIA. A. SACRIS. REMOTVS. EST MDXXXIIII.

CLEMENS. ANNO. XI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. PAVLLVS. III. QVI PERVSIAM. A. RIDOLFO. BAGLIONE. OCCVPATAM ARMIS. RECEPIT

KAROLVS. AVG. NEAPOLI. ROMAM. VENIT. VT. DE PACE. CVM. REGE. GALLIARVM. FIRMANDA CONSILIVM. CAPERET. PAVLLVS. CARDINALES DVOS. IN. GERMANIAM. ET. GALLIAS. AD. RES COMPONENDAS. LEGAVIT. IDEM. CONCILIVM MAGNVM. INDIXIT. MANTVAM. LECTISQVE. INTEREA VIRIS. IN. VRBEM. VOCATIS. DISCIPLINAE. VETERI RESTITVENDAE. PRIMVS. INCVBVIT MDXXXVI.

FOEDVS. PAVLLO. AVCTORE. INITVM. ADVERSVS TVRCAS. IPSE. ET. KAROLVS. AVG. ET. REX FERDINANDVS. AVG. FRATER. ET. VENETI CONSPIRAVERE. DVX. CLASSIS. ANDREAS. DORIA DESIGNATVS. EST. PAVLLVS. NICAEAM MASSILIENSIVM. PETIIT. VT. KAROLO. AVG. ET REGE. GALLIARVM. FRANCISCO. INTER. SE CONCILIATIS. PAX. FIRMARETVR MDXXXVIII.

OCTAVIVS. FARNESIVS. PRAEFECTVS. VRBIS MARGARITA. AVSTRIACA. VXSORE. DVCTA. DVX CAMERTIVM. FACTVS. EST. ALEXANDER. FARNESIVS CARD. LEGATIONEM. AD. KAROLVM. AVG. SVSCEPIT PERVSINI. OB. DEFECTIONEM. COERCITI. ET. ARCE MDXXXVIIII.

IN-

INTRA· POMOERIVM· CONDITA· PRAESIDIVM
CONTRA· SEDITIOSOS· IMPOSITVM· EST· PAVLLVS
QVVM· TIBVRE· RVSTICARETVR· IGNATIVM
LOIOLAEVM· AD·PEDES· ADMISIT· ET·SOCIETATEM
IESV· AB· EO· CONSTITVTAM· AVCTORITATE· SVA
CONFIRMAVIT
BELLVM· INTRA· FINES· ROMANOS·A·PETRO·ALOISIO
FARNESIO· PAVLLI· IVSSV· GESTVM· ADVERSVS MDXXXXI·
ASCANIVM· COLVMNAM· ET· OPPIDA· AB· EO
COMPLVRA· SVBACTA·PAVLLVS·LVCAM·PROFECTVS
KAROLVM· AVG· CONVENIT· ACTVM· DE· FOEDERE
IN· TVRCAS· ET· DE· PACE· TVENDA·EODEM·ANNO
FRANCISCVS· XAVERIVS· REI· CHRISTIANAE·CAVSSA
A· PAVLLO· IN· INDIAM· LEGATVS· VLYSSIPONE
SOLVIT
CONCILIVM· MAGNVM· A· PAVLLO· TRIDENTVM
VOCATVM· EST, IDEM· BONONIAM· ET· BVXETVM MDXXXXII·
PROGRESSVS· KAROLVM· AVG· ITERVM· CONVENIT
REVERSVS· IN· VRBEM· COPIAS· AVXILIARES
ADVERSVM. TVRCAS· IN· PANNONIAM· MISIT· ET
LEGATIONEM· PACIS· CONSTITVENDAE· CAVSSA
AD· KAROLVM· AVG· ET· AD· REGEM· GALLIARVM
DESTINAVIT
BELLIS· SVBLATIS· CONCILIVM· TRIDENTI· AGI
COEPTVM PETRVS· ALOISIVS· FARNESIVS· LEGE MDXXXXV·
VECTIGALI· DVX· PLACENTINIS· ET· PARMENSIBVS
DATVS· CAMERINVM· ET· NEPET· RECEPTA
VRBS· AB· AVENTINO· MVNITA· ET· CIRCA· VRBEM
ADIECTAM· SOLIDATI· MVRI· ET· PROPVGNACVLA
ADDITA· VIAE· APERTAE· STRATAE· DIRECTAE
AQVAE· MVLTIS· LOCIS· STAGNANTES· IN
PROFLVENTEM· DERIVATAE· TEMPLI· VATICANI
AEDIFICATIO· STRENVE· PROPERATA· CAPITOLIVM
PRISCIS· MONVMENTIS· EXCVLTVM
FOEDVS· ADVERSVM· LVTHERANOS· A· PAVLLO· ET
KAROLO· AVG· INITVM· COMPARATOQ; EXERCITV MDXXXXVI·
FARNESII· FRATRES· OCTAVIVS· DVX· BELLI
ALEXANDER· CARD· LEGATVS· IN· GERMANIAM
MISSI
CONCILIVM· MAGNVM· PAVLLI· IVSSV· TRIDENTO

OB. INGRVENTEM. PESTILENTIAE. METVM BONONIAM. TRANSLATVM. AVGVSTO. NON PROBANTE. EDICTVM AB. HOC. DE. SACRORVM CONTROVERSIIS. IN. CERTAM. DIEM. PROPOSITVM DE. QVO. PAVLLVS. GRAVITER. QVESTVS. EST MDXXXXVII.

PAVLLVS. ANNO. XVI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. IVLIVS. III. QVI CONCILIVM. MAGNVM. TRIDENTVM. REVOCAVIT MDXXXXVIIII.

ANNVS. SACER. IN. VRBE. CELEBRATVS. PORTAQVE AVREA. VI. KAL. MARTIAS. RITE. APERTA. EST MDL.

BALDVINVS. IVLII. FRATER. PRAEFECTVS. CAMERTIBVS DATVS. SIMVLTATES. INTER. IVLIVM. ET. FARNESIOS EXORTAE. FOEDVS. A. IVLIO. CVM. KAROLO. AVG. FACTVM

CONCILIVM. TRIDENTI. OB. TERRORES. BELLICOS DISSOLVTVM. ET. IN. COMMODIORA. TEMPORA REIECTVM. VRBS. OB. ETRVRIAE. MOTVS. PRAESIDIIS FIRMATA. LEGATI. AD. AVG. ET. AD. REGEM GALLIARVM. MISSI. QVI. AMBOS. AD. CONCORDIAM REDVCERENT MDLII.

PRAETORIVM. IVLIANVM. VIA. FLAMINIA. A. SOLO EXSTRVCTVM. DOMVS. IN. VRBE. PLVRES. A. CLARIS ARCHITECTIS. AEDIFICATAE

IVLIVS. ANNO. VII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. B. MARCELLVS. II. QVEM ALTERO. POST. MENSE. MORS. BONIS. OMNIBVS MOERENTIBVS. INTERCEPIT. IN. EIVS. LOCVM. F. E. PAVLLVS. IIII. AB. CREATIONE. SEDITIO. IN. VRBE EVIT. COLVMNAE. INSIMVLATI. APPELLATIQVE QVOD. IN. IVDICIVM. NON. VENISSENT. PAVLLI SENTENTIA. A. SACRIS. REMOTI. SVNT MDLV.

FOEDVS. A. PAVLLO. CVM. GALLIS. INITVM. ET BELLVM. HISPANIS. IN. FINES. NEAPOLITANOS INLATVM. HOSTES. CONTRA. IN. FINES. ROMANOS INGRESSI. OPPIDA. COMPLVRA. DIRIPVERVNT. ET OSTIA. CAPTA. ANNONAE. INOPIAM. VRBI FECERE MDLVI.

REGE. HENRICO. II. AVCTORE. PAVLLI CONTROVERSIAE. CVM. REGE. PHILIPPO CATHOLICO. AEQVIS. CONDITIONIBVS. COMPOSITAE MDLVII.

ET· EXSVLES· REDVCTI· ITEM· CARDINALES· BINI AD· REGEM· VTRVMQVE· LEGATI· VT· EORVM CONCORDIA· STABILIRETVR

LEGATI· FERDINANDI· AVG· A. PAVLLO· REIECTI QVOD· NON· EX· EIVS· AVCTORITATE· IMPERATOR DICTVS· ESSET· IDEM· REGINAE· ELISABETHAE· CVI BRITANNI· REGNVM· DETVLERANT· ADVERSATVS RESPONDIT· DE· IVRE· REGNI· IVDICIVM· PENES SE· ESSE MDLVIII·

AEDES· SILVESTRI· IN· QVIRINALI· SODALIBVS THEATINIS· A· PAVLLO·ADTRIBVTA·IDEM·VETERIS DOCTRINAE· RETINENDAE· CAVSSA· CARCEREM PERDVELLIBVS· ECCLESIAE· VINDICANDIS AEDIFICAVIT· CERTOSQVE·IVDICES· E· COLLEGIO CARDINALIVM· CONSTITVIT· ADMONITVS·FRATRIS FILIOS· POTESTATE· ABVTI· GRADV· MOTOS· VRBE EXEGIT MDLVIIII·

PAVLLVS· ANNO· V· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· AB· EIVS· MORTE· SEDITIO· IN·VRBE·COORTA ET· MONVMENTA· PER· LVDIBRIVM· EVERSA· SVNT CIVITATE· PACATA·IN· EIVS· LOCVM· F· E· PIVS·IIII· QVI· PAVLLI· SANCTIONES· QVASDAM· ABOLEVIT ALIAS· MITIGAVIT MDLX·

PIVS· KAROLVM· BORROMEVM· SORORIS· FILIVM CARDINALEM·DIXIT·CARRAFAS·FRATRES·KAROLVM ET·IOANNEM·IN·CVSTODIAM·CONIECTOS·CAVSSAM DICERE· COEGIT· QVI· EX· ACTIS· DAMNATI·SVNT

KOSMVS· DVX· FLORENTINORVM· AD· PIVM· VENIT ET· EQVITIBVS· ORDINIS· STEPHANIANI· QVEM·IPSE CONSTITVERAT· IVS· LEGITIMVM· IMPETRAVIT

CONCILIVM· MAGNVM· RVRSVS· TRIDENTVM VOCATVM· ET· E· COLLEGIO· CARDINALIVM QVINQVEVIRI· LEGATI· QVI· PRAEESSENT MDLXI·

PIVS· VRBEM· RENOVARE· AGGRESSVS· PORTAS ANGELICAM· ET· PIAM· FECIT· AQVAM· VIRGINEM FONTE· SALONIO· IMMISSO· DVPLICAVIT· ARCEM VRBANAM·PROPVGNACVLIS·MVNIVIT·MOLITIONEM TEMPLI· VATICANI· SEDVLO· PROMOVIT· DOMVM PONTIFICALEM· IN· PROXIMO· ET· PRAETORIVM IVLIANVM· EXCOLVIT· DOMVM· PONTIFICALEM

ALTERAM. AD. MARCI. INAEDIFICATO. AMBVLACRO PRODVCTAM. CAPITOLIO. IVNXIT. ET. IN. CAPITOLIO AEDES. SENATORIAS. RESTITVIT

SVPPETIAE. A. PIO. IN. GALLIAS. IVERE. REGI KAROLO. VIIII. ADVERSVS. TVMVLTVM CALVINIANORVM. AEDES. IN. VRBE. COMPLVRES A. CARDINALIBVS. PIO. AVCTORE. RESTITVTAE IPSE. THERMAS. DIOCLETIANI. IN. TEMPLVM VERTIT. ET. COENOBIVM. ADIECIT MDLXII.

LAETI. TRIDENTO. NVNCII. ADLATI. CONCILIVM MAGNVM. ABSOLVTIS. DISPVTATIONIBVS. LEGIBVSQ. LATIS. OMNIVM. CONCORDIA. DIMISSVM. EIVS AVCTORITATIS. SANCIENDAE. CAVSSA. EPISCOPI ROMAE. DIVERSANTES. AD. ECCLESIAS. QVISQVE SVAS. REDIRE. IVSSI. DOMVS. IVVENTVTI. IN ECCLESIAE. SPEM. INSTITVENDAE. APERTA MDLXIII.

CONIVRATVM. IN. VITAM. PII. IRRITO. INCEPTO. REI PERDVELLIONIS. CAPTI. NECATIQVE. PECVNIA. A PIO. AD. BELLVM. TVRCICVM. MAXIMILIANO. AVG. MISSA MDLXV.

PIVS. ANNO. VI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS. EST IN. EIVS. LOCVM. F. E. PIVS. V. QVI. CARRAFARVM IVDICIVM. CAVSSAMQVE. RETRACTAVIT. ET PALLENTIERVM. QVAESITOREM. CALVMNIAE. REVM CAPITE. DAMNAVIT. MEMORIAEQVE. EORVM HONOREM. HABVIT MDLXVI.

AVCTORES. RERVM. NOVARVM. ET. DOCTRINAE VETERIS. DESERTORES. VINCVLIS. COERCITI IVDAEIS. QVI. CHRISTIANAM. PROFESSIONEM AMPLECTI. VELLENT. DOMVS. HOSPITALIS. APERTA PECVNIAE. VIS. REGI. GALLIARVM. MISSA. AD. BELLVM CONTRA. CALVINIANOS. ITEM. COPIAE. AVXILIARES QVARVM. VIRTVTE. VICTORIA. PARTA. SIGNAQVE RELATA. SVNT MDLXVII.

KOSMVS. DVX. FLORENTINORVM. MAGNVS. DVX. A PIO. APPELLATVS. INSIGNIA. REGALIA. SOLLEMNI RITV. ACCEPIT. REGINAE. ELISABETHAE. OB PERFIDIAM. SACRIS. INTERDICTVM. ET. BRITANNI VT. IMPERIVM. EIVS. DETRECTARENT. SACRAMENTO EXSOLVTI MDLXXI.

FOEDVS· ADVERSVS· TVRCAS· PIO· AVCTORE·FACTVM CLASSES· INSTRVCTAE· NAVPACTVM·NAVIGARVNT PVGNATVM· AD· ECHINADAS· INGENS· VICTORIA A· CHRISTIANIS· RELATA. EODEM· ANNO· M· ANTONIVS· COLVMNA· TRIVMPHVM· DE· TVRCIS EGIT MDLXXI·

LEGATI· A· PIO· FOEDERIS· RENOVANDI· CAVSSA COMMENDONVS· CARD· CVM· FRANCISCO·TOLETO AD·AVGVSTVM·ET·AD·REGEM·POLONIAE·BONELLVS CARD· CVM· FRANCISCO· BORGIA· AD· REGES HISPANIAE·ET·LVSITANIAE·COENOBIA· VIRGINIBVS BINA· ET· AEDES· DOMINICI· ET· CATHARINAE· IN QVIRINALI· CONDITA· SACERDOTES·E·SOCIETATE IESV· IN· TEMPLO· VATICANO· ADMISSIS POENITENTIVM· EXPIANDIS· PRAEFECTI

PIVS· ANNO· VII· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS·EST IN· EIVS· LOCVM· F· E· GREGORIVS· XIII· CVIVS IVSSV· CLASSIS· ITERVM· CONTRA· TVRCAS NAVIGAVIT MDLXXII·

AEDES· IVVENTVTI· GERMANICAE· AD· SACRA INSTITVENDAE· QVAS· IGNATIVS· PATER INCHOAVERAT· GREGORII· IMPENSA· ABSOLVTAE FVNDI· AB· EODEM· IN· COLLEGII· ALIMENTA ADTRIBVTI MDLXXIII·

ANNVS· SACER· MAGNA· MORTALIVM· FREQVENTIA CELEBRATVS· PEREGRINI· OMNE·GENVS· HOSPITIO ACCEPTI· ET· GREGORII· LIBERALITATE SVSTENTATI MDLXXV·

PONS· SENATORIVS· A· GREGORIO· OPERIBVS AMPLIATIS· RESTITVTVS· ALTER· IN· FINIBVS ETRVRIAE· FLVVIO· PELIAE· IMPOSITVS· LEGES SODALIVM· PHILIPPIANORVM· PROBATAE

AEDES· ATHANASII· CONDITA· ET· DOMVS· ADDITA ALVMNIS· GRAECORVM· EDVCENDIS· ALIAQVE BRITANNICAE· IVVENTVTI· EXSTRVCTA· AEDE THOMAE·CANTVARIENSI·DICATA·ET·XENODOCHIO ADVENIS· APERTO MDLXXVII·

PORTICVS· MILLIARIA· DOMVS· PONTIFICALIS· IN VATICANO· EXCVLTA· ATRIAQVE· ET· CONCLAVIA PICTVRIS· EXORNATA· AEDES· SENATORIAE· IN

CAPITOLIO. TVRRI·ADIECTA·REFECTAE·PORTICVS
ET. SCHOLAE·IN·LYCEO·SAPIENTIAE. AEDIFICATAE
HORREA. PVBLICA. AD. THERMAS. DIOCLETIANI MDLXXX.
CONDITA·TEMPLI·LIBERIANI·PORTICVS·RESTITVTA
CELLA. CORPORIS. CHRISTI. CVM. ALTARI. IN
LATERANENSI. EXCITATA. AEDESQVE. PROXIMA
SACRI. FONTIS. ORNATV. VARIO. DISTINCTA
ITEM. CELLA GREGORII. NAZIANZENI. IN·TEMPLO
VATICANO. PERFECTA. DEDICATAQVE. EST
FRATRES. KARMELITAE. EXCALCIATI. DECRETO
GREGORII. ORDO. ECCLESIAE. LEGITIMVS. ESSE
COEPERVNT. PECVNIAE. VIS. ET. COPIAE
AVXILIARES. IN. HIBERNIAM·CATHOLICIS·TVENDIS
MISSAE. AEDES. MARTHAE. IN. VRBE. ET
NOSOCOMIVM. FAMILIAE. DOMVS. PONTIFICALIS
A. SOLO. FACTA
LEGATVS. A. MAGNO. DVCE. MOSCHORVM·IN·VRBEM MDLXXXI.
VENIT. VT. GREGORIO·CONCILIATORE·PAX·INTER
EVM. ET. REGEM. POLONORVM. FIRMARETVR
POSSEVINVS. CVM. LEGATO. MISSVS. PAXQVE
CONSTITVTA. EST
EQVITVM. MELITENSIVM. DISCORDIAE. A. GREGORIO
SEDATAE. REI. ROMAM. VENIRE. IVSSI. VIA
LORETANA. PER. APENNINVM. MVNITA. DOMVS
PONTIFICALIS. IN. QVIRINALI. INCHOATA. VIAE
PER. EXQVILIAS. APERTAE. PORTA·COELIMONTANA
REFECTA. ALIA. OPERA. PVBLICA. RESTITVTA
GREGORIVS. SENTENTIIS. MATHEMATICORVM
AVDITIS. KALENDARI EMENDATIONEM. SVSCEPIT MDLXXXII.
ANNO. AD. CVRSVM. SOLIS. ACCOMMODATO
INTERCALANDI. LEGES. POSTERIS. DEDIT
COLLEGIVM. ROMANVM. GREGORII. MVNIFICENTIA
CONSTITVTVM·ET·LYCEO·MAGNIFICE. EXSTRVCTO
SCHOLAE. IVVENTVTI. INSTITVENDAE. APERTAE
CODEX. DECRETORVM. QVEM. GRATIANVS
INSTITVERAT. GREGORII. IVSSV. EMENDATVS. ET MDLXXXIII.
DELECTI. AB. EODEM. E. DOCTORVM. NVMERO
QVI. LIBRORVM. DIVINORVM. EDITIONEM
ADORNARENT
AEDES. SVB. QVIRINALI. CONDITAE. MARONITARVM

QVI. LIBANVM. INCOLVNT. IVVENTVTI. IN ECCLESIAE. SYRORVM. VTILITATEM. EXCOLENDAE DOMVS. HOSPITALIS. AD. SVBVRRAM. PARATA LIBERTIS. NEOPHYTIS. QVOS. ECCLESIA. PARENS IVDAICA. SERVITVTE. LIBERASSET

TEMPLVM. D. N. IESV. ALEXANDRI. FARNESII. CARD. IMPENSA. FACTVM. SOLLEMNI. RITV. DEDICATVM EST

LEGATI. AD. GREGORIVM. REGII. IVVENES. AB IAPONIA. VLTIMA. VENERE. VT. EIVS. GENTIS NOMINE. PARENTEM. ET. MAGISTRVM CHRISTIANORVM. VENERARENTVR MDLXXXV.

GREGORIVS. ANNO. XIII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. XYSTVS. V. CVIVS SEVERITATE. LICENTIA. MVLTORVM. IN. VRBE COHIBITA. PERQVE. PROVINCIAS. ITINERA GRASSATORIBVS. DELETIS. EXPLICATA. SVNT

XYSTVS. OPERA. PVBLICA. A. TEMPLO. VATICANO EXORSVS. HEMISPHAERIVM. IMMENSAE. MOLIS ATTOLLI. IVSSIT. CELLAM. CORPORIS. CHRISTI. IN TEMPLO. LIBERIANO. QVAM. CARDINALIS INCHOAVERAT. PERFICIENDAM. CVRAVIT OBELISCVM. ANTE. TEMPLVM. VATICANVM. STATVIT AQVAM. FELICEM. IN. QVIRINALEM. DEDVXIT VALETVDINARIA. PLEBI. CONDIDIT. LVXVM CIVITATIS. LEGIBVS. COERCVIT MDLXXXVI.

ANNONA. VRBIS. XYSTI. PROVIDENTIA. CONSTITVTA IDEM. REI. PVBLICAE. ADMINISTRANDAE. CAVSSA E. PRIMORIBVS. CIVITATIS. CONSILIA QVATVORDECIM. SIBI. ESSE. VOLVIT. EODEM ANNO. COLVMNA. TRAIANI. RESTITVTA. EST AENEA. STATVA. INAVRATA. PETRI. APOSTOLI IMPOSITA. OBELISCVS. AD. TEMPLVM. LIBERIANVM ERECTVS. LORETVM. MVNITVM. ET. TEMPLI RESTITVENDI. CVRA. SVSCEPTA MDLXXXVII.

TABVLARIORVM. SINGVLIS. IN. CIVITATIBVS CONFECTIO. IMPERATA. SCVTATORVM. NVMMORVM QVINQVAGIES. SVBSIDIO. INGRVENTIS. BELLI. IN ARCEM. VRBANAM. INLATA. OBELISCVS. MAXIMVS AD. LATERANVM. CONSTITVTVS. BIBLIOTHECAE MDLXXXVIII.

VA-

VATICANAE. CHALCIDICVM. A. SOLO. FACTVM
OFFICINA. LIBRIS. EDENDIS. ADDITA
REX. GALLIARVM. HENRICVS. III. A. XYSTO
ADMONITVS. VT. BORBONIVM. CARD. ET MDLXXXVIIII.
ARCHIEPISCOPVM. LVGDVNENSIVM. E. CVSTODIA
EMITTERET. IDEM. IVSSVS. IN. IVDICIVM. ADESSE
QVOD. GVISEVM. CARD. SVSTVLISSET
OBELISCVS. ANTE. PORTAM. FLAMINIAM. STATVTVS
COLVMNA. M. AVRELII. AVG. RESTITVTA. EIQVE
STATVA. AEREA. INAVRATA. PAVLLI. APOST.
IMPOSITA. EST. VIAE. VRBIS. AVCTAE. DOMVS
PONTIFICALIS. IN. QVIRINALI. AMPLIATA. IN
LATERANO. A. SOLO. REFECTA. ORNATA. AQVA
CENTVMCELLAS. INDVCTA. PONS. FELIX. AD
OCRICVLVM. IN. TIBERI. FACTVS. FOSSA. PER
AGRVM. POMPTINVM. PALVDIBVS. SICCANDIS
DVCTA
XYSTVS. ANNO. VI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. VRBANVS. VII. QVEM MDLXXXX.
TERTIO. DECIMO. POST. DIE. MORS. INTERCEPIT
IN. EIVS. LOCVM. F. E. GREGORIVS. XIIII. HVIVS
LIBERALITATE. QVVM. FAMES. PER. ITALIAM. ESSET
CIVITATES. FINIVM. ROMANORVM. ANNONAE
INOPIA. LIBERATAE. SVNT
LVES. GRAVIS. VRBEM. AFFLICTAVIT. CIVES. VNIVS
ANNI. SPATIO. AD. LX. MILLIA. DESIDERATI MDLXXXXI.
COHORTES. A. GREGORIO. SVPPETIAS. GALLIS
CATHOLICIS. MISSAE. ADVERSVS. REGEM
HENRICVM. IIII. HISQVE. HERCVLES. SFONDRATVS
PRAEFECTVS. EST
GREGORIVS. MENSE. XI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. INNOCENTIVS. VIIII.
QVI. TERTIO. POST. MENSE. DECESSIT. HVIC
SVFFECTVS. EST. CLEMENS. VIII. A. QVO. GALLIS
CATHOLICIS. PECVNIA. ET. COPIAE. AVXILIARES MDLXXXXII.
SVBMISSAE
SVPPLICATIONES. PERPETVAE. CIRCA. VRBIS. TEMPLA
AD. HORAS. XXXX. PER. VICES. INSTITVTAE. FVNVS
CENSORIVM. ALEXANDRO. FARNESIO. IMPERATORI
INVICTO. CELEBRATVM

NVNCII. E. GALLIIS. ADLATI. REGEM. HENRICVM. DE CATHOLICA. PROFESSIONE. DELIBERASSE. CLEMENS SVPERSEDENDVM. RATVS. LEGATOS. REGIS. NON ADMISIT MDLXXXXIII.

AEDES. CAESARII. RESTITVTA. TEMPLI. LATERANENSIS CELLA. TRANSVERSA. PVLCHERRIMO. ORNATV EXCVLTA. DOMVS. PONTIFICALIS. IN. VATICANO MAGNIFICE. AD. SPECIEM. INSTRVCTA. EPHEBEVM IVVENTVTI. SCOTORVM. AD. SACRA. INSTITVENDAE CONDITVM. MVLTAE, PER. EADEM. TEMPORA. AEDES A. CARDINALIBVS. RESTITVTAE

CLEMENS. EDOCTVS. DE. REGIS. HENRICI. VOLVNTATE LEGATOS. EIVS. ADMISIT. EOQVE. RITE. ABSOLVTO FESTA. LAETITIA. VRBEM. EXHILARAVIT MDLXXXXV.

LEX. A. CLEMENTE. LATA. ADVERSVS. DEBITORES IVDICESQVE. CONSTITVTI. QVI. AES. ALIENVM DISTRACTIS. EORVM. FVNDIS. DISSOLVERENT COPIAE. AVXILIARES. AD. RODVLFVM. AVG. CONTRA TVRCAS. MISSAE

CLEMENS. ALEXANDRVM. MEDICEVM. CARD. IN GALLIAS. LEGAVIT. SI. BELLO. FINEM. AFFERRE REGEMQVE. HISPANIAE. CVM. REGE. GALLIARVM COMPONERE. POSSET. IDEM. LEGATIONEM. A. REGE HENRICO. HONORIS. CAVSSA. MISSAM. AVDIVIT COPIAS. AVXILIARES. AD. RODVLFVM. AVGITARVM DESTINAVIT MDLXXXXVI.

FERRARIA. ALFONSO. II. ATESTINO. DEMORTVO RECEPTA. CLEMENS. EO. PROFECTVS. REM PVBLICAM. ORDINAVIT. EODEM. REDVCE. INGENS TIBERIS. EXVNDATIO. FVIT. CINCII. OB. PARRICIDIVM POENAS. DEDERE MDLXXXXVIII.

SEPVLCRVM. CAECILIAE. VIRG. MART. A. SFONDRATO CARD. DETECTVM. ET. SACRVM. CORPVSCVLVM. A PONT. MAX. IN. ARCAM. ARGENTEAM. RITV SOLLEMNI. RECONDITVM. ROBERTVS. BELLARMINVS IN. COLLEGIVM, PATRVM. CARDINALIVM COOPTATVS. EST

ANNVS. SACER. MAGNA. FREQVENTIA. CELEBRATVS EPISCOPI. ET. SACERDOTES. AB. IPSO. CLEMENTE AD. DIES. DECEM. LAVTO. HOSPITIO. ACCEPTI MDC.

CETERI· ADVENAE· OMNES· AD· TRIDVVM· ALTI FOSSA· CVRIANA· AD· VELINVM· LAXATA· ET· PONS INAEDIFICATVS· PECVNIA· AD· BELLVM· ADVERSVS TVRCAS· IN· PANNONIAM· MISSA

SAECVLVM· XVII·

REX·GALLIARVM·A·CLEMENTE·PER·ALDOBRANDINVM CARD· DVCI· ALLOBROGVM· CONCILIATVS·LEGATI AB· REGE· PERSARVM· MISSI· AD· CLEMENTEM· VT FOEDVS· CONTRA· TVRCAS· CVM· CHRISTIANIS INIRET MDCI·

SEDITIO· IN· VRBE· EXARSIT· ADVERSVS· SATELLITES PRAEFECTI· STVDIO· POPVLI· ERGA· FARNESIOS VRBS· A· CLEMENTE· PRAESIDIIS· FIRMATA MDCIII·

QVAESTIONES· DE· AVXILIIS· CAELESTIBVS· CORAM CLEMENTE· AGITARI· COEPTAE· CONTENTIONE INTER· DOMINICIANOS· ET· IESVITAS· EXORTA MDCV·

CLEMENS· ANAO· XIIII· PONTIFICATVS·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F·E· LEO· XI· QVEM· MORS SEXTO· ET· VICESIMO· POST· DIE· INTERCEPIT HVIC· SVFFECTVS· EST· PAVLLVS· V·

VENETIS· QVOD· A· PAVLLO· ADMONITI· NOVA SENATVS· CONSVLTA· NON· DELEVISSENT· NEC CLERICOS· E· CVSTODIA· EMITTI· PATERENTVR SACRIS· INTERDICTVM· EST MDCVI·

DELECTVS· MILITVM· FACTVS· EST· ET· PRAESIDIA IN· FINIBVS· ROMANIS· DISPOSITA· SI· QVID· VENETI MOVISSENT MDCVII·

REGE· GALLIARVM· AVCTORE· PAX· CVM· VENETIS CONSTITVTA· SENATVSQVE· POENA· LIBERATVS CAPTIVIS· REDDITIS· SENATVS· CONSVLTA MANSERE

REX· HENRICVS· LEGATVM· AD· PAVLLVM·MISIT·QVI STVDIVM· EIVS· ERGA· PONTIFICEM· MAXIMVM PROFITERETVR·EODEM·ANNO·ORATOR· EX· AFRICA A· REGE· CONGI· IN· VRBEM·PERVENIT·RELIGIONIS ERGO· MISVS· QVI· ROMAE· MORTVVS· EST MDCVIII·

PAVLLVS· IOANNEM·MELLINVM·CARD·IN·GERMANIAM LEGAVIT. VT· REGEM· MATHIAM· ET· RODVLFVM

AVG. AVERSOS. COMPONERET
PRAESCRIPTVM. A. PAVLLO. VT. PRIMARIIS. IN DOMIBVS. SODALIVM. RELIGIOSORVM. MAGISTRI LINGVARVM. ESSENT. LATINAE. GRAECAE HEBRAICAE. ARABICAE MDCX.
CAELESTES. HONORES. KAROLO. BORROMEO. CARD. SOLLEMNIBVS. CAEREMONIIS. DECRETI. CELLA SANCTAE. VIRGINIS. IN. TEMPLO. LIBERIANO CONDITA. ET. CVLTV. MAGNIFICO. EXORNATA ANTE. TEMPLVM. COLVMNA. INGENS. ET. STATVA EX. AERE. INAVRATA. EIVSDEM. HONORI CONSTITVTA. EST
RATIO. FORENSIS. ET. IVDICVM. IN. VRBE. AVCTORITAS A. PAVLLO. CIRCVMSCRIPTA. CONSVETVDINES CONTRA. INSTITVTA. MAIORVM. SVBLATAE SVMPTVS. EXTRA. MODVM. PRAECISI. IDEM. TEMPLI VATICANI. EXAEDIFICATIONEM. AGGRESSVS. OPVS ANNORVM. AMPLIVS. CENTVM. PERFECIT MDCXII.
ALEXANDER. LVDOVISIVS. ARCHIEPISCOPVS BONONIENSIVM. LEGATVS. A. PAVLLO. MEDIOLANVM ET. AVGVSTAM. TAVRINORVM. PACIS CONSTITVENDAE. CAVSSA. AQVA. PAVLLA. A MILLIARIO. XXXV. IN. IANICVLVM. PERDVCTA DOMVS. PONTIFICALIS. IN. QVIRINALI. PORTICIBVS SCALIS. AEDE. CONCLAVIBVS. AVCTA. HORREA PVBLICA. AMPLIATA. NOVAE. IN. VRBE. VIAE APERTAE. ET. AVCTORE. PAVLLO. AEDES. A CARDINALIBVS. REFECTAE. ORNATAE. TOTAQVE VRBS. AEDIFICIIS. PRIVATORVM. NOBILITATA MDCXVI.
DECVMAE. CLERICIS. IMPERATAE. QVO. AD. BELLVM CONTRA. PERDVELLES. HAERETICOS. SVBSIDIVM FERDINANDO. AVG. AFFERRETVR MDCXX.
PAVLLVS. ANNO. XVI. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. GREGORIVS. XV. QVI RHETIAE. PACANDAE. CVRAM. SVSCEPIT MDCXXI.
GREGORIVS. CONSILIVM. E. COLLEGIO. CARDINALIVM CONSTITVIT. QVORVM. IVDICIO. VIRI. SPECTATAE VIRTVTIS. OB. CHRISTIANVM. NOMEN PROPAGANDVM. IN. BARBARORVM. REGIONES LEGARENTVR. FVNDOS. IDEM. AD. EXPEDITIONES MDCXXII.

ET. SVMPTVS. ADSIGNAVIT
CAELESTES. HONORES. DECRETI. IGNATIO. PATRI
FRANCISCO. XAVERIO. PHILIPPO. NERIO. ISIDORO
AGRICOLAE. THERESIAE. VIRGINI
BIBLIOTHECA. PALATINA. ROMAM. A. LEONE. ALLATIO MDCXXIII.
GREGORII. IVSSV. ADVECTA. LEGES. AB. EODEM
DE. PONTIFICIS. MAXIMI. CREATIONE. LATAE
GREGORIVS. ANNO. III. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS
EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. VRBANVS. VIII. QVI
CONCORDIAE. AVCTOR. RHETORVM. DEFENSIONEM
APVD. REGES. SVSCEPIT
DOMVS. PONTIFICALIS. IN. VATICANO. ORNATV
VARIO. EXCVLTA. TEMPLVM. STATVIS. ET. AEREO
SEPVLCRI. APOSTOLICI. FASTIGIO. INSTRVCTVM
ANNVS. SACER. RITE. CELEBRATVS. VLADISLAVS MDCXXV.
REGIS. SIGISMVNDI. FILIVS. A. POLONIA. IN. VRBEM
VENIT. BELLORVM. MOTVS. ET. PESTILENTIA
ITALIAM. PLERAMQVE. DEPOPVLATA. ADVENARVM
FREQVENTIAM. MINVIT
VRBANVS. SVPERSTITIONI. COERCENDAE. CAELESTES
HONORES. QVIBVS. TRIBVENDI. ESSENT. DECRETO
SANXIT. IDEM. PACIS. REVOCANDAE. STVDIO
FRANCISCVM. BARBERINVM. FRATRIS. F. CARD. AD
REGES. GALLIARVM. ET. HISPANIARVM. LEGAVIT
FRANCISCVS. MARIA. ROVEREVS. HEREDE. FILIO MDCXXVI.
AMISSO. VRBINVM. ET. OPPIDA. OMNIA. DITIONIS
SVAE. PONTIFICI. MAXIMO. SPONTE. REDDIDIT
MISSVS. AB. VRBANO. LEGATVS. QVI. POSSESSIONEM
VSVRPARET
AEDIS. IGNATII. PATRIS. A. LVDOVISIO. CARD.
FVNDAMENTA. IACTA. TEMPLVM. VATICANVM. AB
VRBANO. SOLLEMNI. RITV. DEDICATVM. EST
VRBANVS. NE. IDONEI. VIRI. DEESSENT. QVI. AD MDCXXVII.
NOMEN. CHRISTIANVM. PROPAGANDVM. IN
BARBARORVM. REGIONES. MITTERENTVR. DOMVM
ALVMNIS. EX. ASIA. ATQVE. AFRICA. APERVIT
MAGISTROS. DISCIPLINIS. TRADENDIS. CONSTITVIT
INSVBRIA. BELLO. TVRBATA. LEGATVS. EO. ANTONIVS MDCXXX.
BARBERINVS. CARD. VT. PACIS. CONDICIONES
DICERET. AEDES. CAII. MART. IN. QVIRINALI. A

SOLO· REFECTA· AEDES· ALIAE· PER· VRBEM RESTITVTAE· AVT· ORNATAE

PECVNIAE· VIS· AB· VRBANO· IN· GERMANIAM· MISSA AD· BELLVM· CONTRA· HAERETICOS· SODALES LYNCEI· AVCTORE· ANGELO· CESIO· AD DISCIPLINAS· ARTESQVE· RESTITVENDAS CONSPIRAVERE· EODEM· ANNO· VRBANI· VITA DEVOTIONIBVS· ET· MALEFICIIS· CONIVRATORVM IN· DISCRIMEN· ADDVCTA· VENEFICI· CAPTI NECATIQVE· SVNT MDCXXXIII·

PORTVS· TRAIANI· AD· CENTVMCELLAS· RESTITVTVS CASTRVM· VRBANIANVM· IN· CLAVSTRIS· IMPERII CONDITVM· ARX· IN· VRBE· COMMVNITA

EPISCOPI· CARDINALES· EX· PRAESCRIPTO· CONCILII TRIDENTINI· AD· ECCLESIAS· QVISQVE· SVAS REDIRE· IVSSI· SEPVLCRVM· MAGNAE· MATILDAE· IN TEMPLO· VATICANO· EXSTRVCTVM MDCXXXIIII·

VRBANVS· CONCORDIAE· FOVENDAE· CAVSSA LEGATOS· IN· INSVBRIAM· MISIT· GINETTVM· CARD· COLONIAM· IN· CONGRESSVM· LEGAVIT· VT· PAX INTER· REGES· FIRMARETVR MDCXXXVI·

MOENIA· VRBIS· PLVRIFARIAM· REFECTA· VIAE· PER PROVINCIAS· RESTITVTAE· OPPIDA PROPVGNACVLIS· ET· MVNITIONIBVS· FIRMATA

EXERCITVS· CASTRVM· MISSVS· ET· PRAESIDIVM· QVOD ODOARDVS· FARNESIVS· CONTRA· LEGES IMPOSVERAT· DEPVLSVM· EST· ODOARDVS INRVPTIONEM· IN· FINES· ROMANOS· FECIT FOEDVSQVE· CVM· VENETIS· ET· MVTINENSIBVS ET· FLORENTINIS· IVNXIT· VRBANI· COPIAE· AD NONANTVLAM· FVSAE MDCXXXXI·

PAX· VENETIIS· EX· AVCTORITATE· REGIS· GALLIARVM LVDOVICI· XIII· CONFECTA· CASTRVM· IN· FARNESII DITIONEM· REDIIT MDCXXXXIIII·

VRBANVS· ANNO· XXI· PONTIFICATVS· SVI· MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· INNOCENTIVS· X· HOC PONTIFICE· ANTONIVS· BARBERINVS· CARD· IN GALLIAS· AVFVGIT· QVAESTIONES· DE· EIVS ADMINISTRATIONE· INSTITVTAE· FRATRES· ETIAM SOLVM· VERTERVNT MDCXXXXV·

BELLO. TVRCICO. EXORTO. ET. CRETA. A. BARBARIS OCCVPATA. CLASSIS. AB. INNOCENTIO. INSTRVCTA ET. VENETIS. SVPPETIAS. MISSA. EST

PAX. MONASTERII. IN. GERMANIA. CONSTITVTA CONDITIONIBVS. CATHOLICO. NOMINI. INIQVIS QVAS. FABIVS. CHISIVS. LEGATVS. INNOCENTII REIECIT MDCXXXXVIII.

TEMPLVM. VATICANVM. AB. INNOCENTIO. SECTILIBVS STRATVM. ALAE. VTRINQVE. COLVMNIS. CLIPEISQ. MARMOREIS. ORNATAE. CARCER. VICO. IVLIO AEDIFICATVS

MILITES. A. RANVCCIO. FARNESIO. IN. FINES ROMANOS. IMMISSI. IN. AGRO. BONONIENSI. CAESI FVGATIQVE. SVNT. CASTRVM. CAPTVM. DELETVMQ. BONA. FARNESII. AD. AES. ALIENVM. DISSOLVENDVM PER. CONVENTIONEM. RECEPTA MDCXXXXVIIII.

ANNVS. SACER. MAGNA. MORTALIVM. FREQVENTIA CELEBRATVS. MVLTIQVE. EX. ORBE. CHRISTIANO VIRI. PRINCIPES. ADVENERE. HOSPITIA. PEREGRINIS OMNIVM. ORDINVM. PATVERVNT MDCL.

AEDES. HAGNAE. MART. AD. FORVM. AGONALE OPERIBVS. A. SOLO. AMPLIATIS. RESTITVTA. FONS MIRABILIS. OBELISCO. IMPOSITO. FACTVS. MEDIO IN. FORO. ET. PROPE. AEDEM. EPHEBEVM. ALVMNIS PANFILIANIS. INSTITVENDIS

POSTLIMINIVM. BARBERINIS. AB. INNOCENTIO DATVM. EST. ET. EODEM. ANNO. EDICTVM. QVAE DOMVS. PER. ITALIAM. VIROS. RELIGIOSOS CAPERENT. ALERENTVE. PERPAVCOS. EAE. VT IN. POSTERVM. NVSQVAM. ESSENT. INCOLAE. EARVM AD. AMPLIORES. SVI. QVISQVE. ORDINIS. SEDES TRANSMIGRARENT MDCLII.

CORNELII. IANSENII. LIBER. AD. EXAMEN. REVOCATVS ARTICVLI. EX. EO. QVINQVE. AB. INNOCENTIO DAMNATI MDCLIII.

INNOCENTIVS. ANNO. XI. PONTIFICATVS. SVI MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. ALEXANDER VII. QVI. REGINAM. SVECORVM. CHRISTINAM ALEXANDRAM. MAGNO. HONORE. ACCEPIT MDCLV.

CLASSIS. AB. ALEXANDRO. ADVERSVS. TVRCAS

VENE-

VENETIS· SVPPETIAS· MISSA· EST· MARIVS· CHISIVS ALEXANDRI· FRATER· SENIS· IN· VRBEM· CVM LIBERIS· VENIT· ROMANI· FINES· PESTILENTIA TENTATI· EIVSQVE· PERICVLI· PROPVLSANDI CAVSSA· SVPPLICATIO· IN· VRBE· INDICTA· ET AEDES· MARIAE· AD· PORTICVM· VOTO· SVSCEPTO INCHOATA· EST MDCLVI·

SOCIETAS· IESV· ALEXANDRO· AVCTORE· IN· FINES VENETORVM· POST· ANNVM· L· REDVCTA· EST BONA· DOMORVM· RELIGIOSARVM· QVAE INNOCENTII· X· DECRETO· SVBLATAE· FVERANT VENETIS· AD· BELLI· TVRCICI· IMPENSAS· REMISSA SVNT MDCLVII·

AREA· ANTE· TEMPLVM· VATICANVM· EXCELSA PORTICV· CINGI· COEPTA MDCLXI·

TVMVLTVS· IN· VRBE· A· MILITIBVS· CORSIS· EXORTVS QVOD· COMMILITONES· A· GALLO· HOMINE VIOLATI· ESSENT· ORATOR· REGIS· GALLIARVM LICENTIA· MILITARI· APPETITVS· EST· OB· EAM REM· LEGATVS· ALEXANDRI· E· GALLIIS· EXACTVS ORATOR· REGIS· ROMA· DISCESSIT· AVENIO OCCVPATVS· A· GALLIS· COPIAE· MILITARES· AD TERROREM· IN· ITALIAM· MISSAE MDCLXII·

ACTVM· PISIS· PER· LEGATOS· DE· CONCORDIA INTER· ALEXANDRVM· ET· REGEM· GALLIARVM CHISIVS· CARD· LVTETIAM· PARISIORVM DESTINATVS· QVI· CALVMNIAM· PVRGARET CORSI· EXAVCTORATI· ET· POENAE· CAVSSA· SAXSO INCISA MDCLXIII·

CAELESTES· HONORES· FRANCISCO· SALESIO PONTIFICI· GENEVENSIVM· DECRETI· EPHEBEVM VRBANIANVM· AMPLIATVM· AEDESQVE· ADDITA ET· TRIBVS· SAPIENTIBVS· ORIENTIS· DICATA· EST MDCLXV·

ALEXANDER· ANNO· XIII· PONTIFICATVS· SVI MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· CLEMENS· VIIII· QVI· REGEM· GALLIARVM· A· BELLI· CONSILIIS REVOCARE· CONATVS· EST· VENETOS· ADVERSVS TVRCAS· CLASSE· ET· PECVNIA· IVVIT MDCLXVII·

MONVMENTVM· QVOD· AD· CORSORVM· IGNOMINIAM IN· VRBE· CONSTITVTVM· FVERAT· CONSENSV

REGIS. GALLIARVM. EVERSVM. EST. SVBLATA. ITEM INSCRIPTIO. QVAE. REGIS. HENRICI. IIII. ABSOLVTIONEM. TESTABATVR MDCLXVIII.

CLASSIS. A. CLEMENTE. CRETAM. ITERVM. MISSA DVCE. ALEXANDRO. PICO. LANIFICIVM. IN. VRBE RESTITVTVM. COMMERCIVM. AVCTVM MDCLXVIIII.

CLEMENS. ANNO. III. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. CLEMENS. X. QVI SVMPTVS. PVBLICOS. PRAECIDIT. MILITVM NVMERVM. IMMINVIT. FISCVM. PRINCIPIS. PRIVATVM SVSTVLIT. NOBILITATI. NE. QVIS. A. MERCATVRA NOTAM. INVRERET. EDICTO. CAVIT MDCLXX.

SEPVLCRVM. MAGNIFICO. OPERE. CLEMENTI. VIIII. IN. TEMPLO. LIBERIANO. CLEMENTIS. IVSSV EXSTRVCTVM. IPSVMQVE. TEMPLVM. ET. PRONAON IN. POSTICO. EXORNATVM. REGI. POLONIAE BELLVM. ADVERSVS. TVRCAS. GERENTI, PECVNIA SVBVENTVM MDCLXXII.

ANNVS. SACER. MAGNO. CHRISTIANORVM. CONVENTV CELEBRATVS. ADVENIS. OMNIS. GENERIS LIBERALITATE. CLEMENTIS. HOSPITIA. PRAEBITA MDCLXXIII.

CLEMENS. ANNO. VII. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS EST. IN. EIVS. LOCVM. F. E. INNOCENTIVS. XI. QVI CONSANGVINEOS. OMNES. A. SE. REIECIT. FAMILIAM LEGIT. SVMPTVS. LAMPVTAVIT, PECVNIAM. REGI POLONORVM. AD. BELLVM. IN. TVRCAS. SVBMISIT REGIBVS. INTER. SE. DISCORDIBVS, PACIS. AVCTOR FVIT MDCLXXIV.

MVLTAE. IN. VRBE. MORVM. REFORMANDORVM. CAVSSA LEGES. CONSTITVTAE. VETITVM. NE. ORATORES REGVM. IVS. ASYLI. SIBI. VINDICARENT. REGINAE CHRISTIANE. ANNVA. PENSIO. EX. AERARIO ADSIGNATA MDCLXXVII.

CONTROVERSIAE. INTER. INNOCENTIVM. ET. REGEM GALLIARVM. EXORTAE. DE. IVRE. IN. BONA ECCLESIARVM. PER. INTERREGNVM MDCLXXX.

NVNCII. GRAVES. LVTETIA. PARISIORVM. ADLATI EPISCOPOS. IN. CONVENTV. AVCTORITATI PONTIFICIS. MAXIMI. ADVERSATOS. IN. NOVAS SENTENTIAS. ABIISSE MDCLXXXII.

SVP-

SVPPLICATIONES· INDICTAE· PLACANDI· NVMINIS CAVSSA· QVOD·TVRCARVM·EXERCITV·VINDOBONA OBSESSA· ESSET· REX· POLONORVM· INNOCENTIO AVCTORE· FOEDVS· CVM· LEOPOLDO· AVG· INIIT MDCLXXXIII·
TVRCIS· DEVICTIS· EIVS· VICTORIAE· ERGO· DIES FESTVS· INSTITVTVS· NOMINI· MARIAE· SANCTAE RECOLENDO
VENETI· CVM·LEOPOLDO·AVG·ET·REGE·POLONORVM IOANNE· SOBIESCO· INVOCENTII·OPERA·IN·FOEDVS VENERVNT· IDEM· VENELOS· CLASSE· AVXILIARI ET· PECVNIA· IVVIT MDCLXXXXIIII·
LEGATVS· A· REGE· BRITANNIAE·IACOBO· II· ROMAM VENIT· NVNCIATVM· INNOCENTIO· CATHOLICVM REGEM· IN· BRITANNIA· REGNARE MDCIXXXV·
TVRBATVM· IN· VRBE· OB·IMPOTENTIAM·LAVARDINI ORATORIS· GALLICI· ASYLVM· FACINOROSIS·LATE PRAEBENTIS· AEDES· GALLORVM· QVOD· EO PRAESENTE· SACRVM· SOLLEMNE· IN· EA· FACTVM ESSET· IVRE· SACRORVM· PRIVATA· ET SACERDOTIBVS· EIVS· SACRIS· INTERDICTVM EODEM· ANNO· MICHAEL· MOLINOS· DAMNATVS EST MDCLXXXVII·
LAVARDINVS· LICENTIA· RENOVATA· IN· TEMPLVM VATICANVM· TRECENTIS· STIPATVS· LICTORIBVS VENIT· QVI· TVM· SACRVM·FACIEBANT·RELIGIONE INIECTA· AVFVGERE· AVENIO· A· GALLIS· REGE AVCTORE· OCCVPATA MDCLXXXVIII·
REGINAE· CHRISTNAE· CENSORIVM· FVNVS INNOCENTII· IVSSV· FACTVM· ET· SEPVLCRVM· IN TEMPLO· VATICANO· EXCITATVM· BIBLIOTHECAE EIVS· CODICES· VETERES· IN· VATICANAM· INLATI EODEM· ANNO· LAVARDINVS· A· REGE·IN·GALLIAS REVOCATVS· EST MDCLXXXVIIII·
INNOCENTIVS· ANNO· XIII· PONTIFICATVS· SVI MORTVVS· EST· IN· EIVS· LOCVM· F· E· ALEXANDER VIII· HOC· PONTIFICE· REX· GALLIARVM· ASYLVM IN· VICINIA· ORATORIS· SVI· ROMAE·NVLLVM·ESSE PASSVS· EST· AVENIONEM· DEDVCTO· PRAESIDIO RESTITVIT MDCLXXXX·
LEOPOLDO· AVG· BELLVM· ADVERSVS· TVRCAS

INSTRVENTI. PECVNIA. IN. SVBSIDIVM. AB ALEXANDRO. MISSA

ALEXANDER. MORTI. PROXIMVS. NOVAS. CONVENTVS GALLICANI. SENTENTIAS. DAMNAVIT. REGEM. VT ABROGARET. ADMONVIT. IDEM. ANNO. II. PONTIFICATVS. SVI. MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM F. E. INNOCENTIVS. XII. QVI. VENETOS. POLONOSQ. PECVNIA. AD. BELLVM. TVRCICVM. IVVIT MDCLXXXXI.

CONSTITVTIO. AB. INNOCENTIO. PROPOSITA. CVI CARDINALES. SVBSCRIPSERE. EAQVE. PERLATA. NE QVIS. POSTEA. PONTIFICATVM. MAXIMVM. ADEPTVS FRATRIS. FILIOS. AVT. CONSANGVINEOS. BONIS ECCLESIAE. DITARET MDCLXXXXII.

DOMVS. PONTIFICALIS. IN. LATERANO. EGENIS MVTILISQVE. RECIPIENDIS. ADTRIBVTA. ET. FVNDI IN. ALIMENTA. ADSIGNATI. DOMVS. HOSPITALIS PVERORVM. AD. RIPAM. MAIOREM. INCHOATA SEPVLCRVM. INNOCENTIO. XI. IN. TEMPLO VATICANO. FACTVM. CENTVMCELLAE. EXPLICATAE ATQVE. AVCTAE

EPISCOPI. GALLIARVM. LITTERAS. AD. INNOCENTIVM MISERE. OFFICII. PLENAS. PROFESSI. A. NOVIS CONVENTVS. SENTENTIIS. SE. RECESSISSE. REX QVOQVE. PER. EPISTOLAM. TESTATVS. SE. IMPERASSE NE. QVAM. EAE. VIM. AVT. AVCTORITATEM. IN POSTERVM. HABERENT MDCLXXXXIII.

CONSTITVTVM. AB. INNOCENTIO. NE. IN. VRBE HONORES. VLLI. VENALES. ESSENT. REDITVSQVE PVBLICI. HONORATORVM. AMPVTATI. CLASSIS CONTRA. TVRCAS. IN. AVXILIVM. VENETIS. MISSA

LVXVS. IN. VRBE. COERCITVS. ORDINES. VIRORVM RELIGIOSORVM. AD. VETEREM. SANCTIMONIAM LEGIBVS. REVOCATI. EXVNDATIO. TIBERIS. SVBINDE LVES. VRBEM. AFFLICTAVIT MDCLXXXXV.

SVPPLICATIONES. IN. VRBE. DECRETAE. VT. DEO AVSPICE. PAX. INTER. CHRISTIANOS. FIRMARETVR CLASSIS. ADVERSVS. TVRCAS. NAVIGARE. IVSSA PORTVS. ANTIATVM. LAXATVS. CVRIA INNOCENTIANA. LITIBVS. IVDICANDIS. AEDIFICATA GRATIAE. DEO. RITE. ACTAE. QVOD. AB. EVGENIO MDCLXXXXVI.

IMP.

Digitized by Google

IMP· EXERCITVS· TVRCARVM·AD·TIBISCVM· CAESVS ESSET· NVNCII· ETIAM· ADLATI· FEDERICVM AVGVSTVM· SAXONICVM· CATHOLICAM PROFESSIONEM· AMPLEXVM MDCLXXXXVII·

PROVENTVS· AB·INNOCENTIO·ANNVVS·ADSIGNATVS IN· ALIMENTA· SACERDOTVM· QVI· AD·AETHIOPVM CVLTVRAM· IN· ORIENTEM· LEGARENTVR

FENELONII·EPISCOPI·SENTENTIAE· XXIII· DAMNATAE QVAS· AVCTOR· IPSE· ADMONITVS. IMPROBAVIT CONTROVERSIAE· AB· REGNO· SINICO· PERLATAE DE· PRISCIS· INCOLARVM· RITIBVS· DIIVDICANDIS MARIA· CASIMIRA· REGIS· POLONIAE· VXSOR ROMAM· MIGRAVIT MDCLXXXXVIIII·

ACTVM· DE· PALVDE· POMPTINA· EXSICCANDA PRAESCRIPTVM· AB· INNOCENTIO· NE· QVID RESCRIPTORVM· CAVSSA· ADMINISTRI· PETERENT ACCIPERENTVE

ANNVS· SACER· MAGNA· MORTALIVM· FREQVENTIA CELEBRATVS·HOSPITIA·ADVENIS· APERTA· MAGNVS DVX· KOSMVS· III· FLORENTIA· VENIT MDCC·

IVDICIVM· INNOCENTII· AVDITVM· A· REGE HISPANIARVM· DE· HEREDE· REGNI·INSTITVENDO

INNOCENTIVS· ANNO· X· PONTIFICAT·SVI·MORTVVS EST· IN· EIVS· LOCVM· CLEMENS· XI· POSTQVAM PATRVM· CARDINALIVM· VOLVNTATI· TRIDVVM REPVGNASSET· PONTIFEX· MAXIMVS· OMNIBVS BONIS· PLAVDENTIBVS· RENVNCIATVS· EST

PArtes Faſtorum aequas ſeptemdecim, in quas ſpatium hoc annorum mille & ſeptingentorum diviſum eſt, *Saecula* de more appellavi, Latino, ut arbitror vocabulo uſus & proprio: nam etſi nonnullae olim quaeſtiones fuere de numero annorum, quibus Saeculum conſtaret, quas a Cenſorino (2) diſcere poſſis; apud Varronem tamen haec diſerte ſcripta legimus: (3) *Saeculum ſpatium annorum centum vocarunt: dictum a Sene, quod longiſſimum ſpatium ſenaſcendorum hominum id putarunt.* nec Livius diverſa ſentiebat: libro enim centeſimo triceſimo ſexto haec ſcripſerat: (4) *Eodem anno ludos Saeculares Caeſar ingenti apparatu fecit: quos centeſimo quoque anno, is enim terminus Saeculi, fieri mos.* ad ſcripturam quod pertinet, ſi vocis originem ſequeris, quam Varro probat, ſine diphthongo ſcribendum erit *Seculum*: ſed exempla repugnant vetera, nummorum in primis inſcriptiones hujuſmodi, LVD. SAEC. FEC., FELICITAS. SAECVLI, SAECVLO. FRVGIFERO, & id genus aliae, quae paſſim occurrunt.

Iam res, quae in Faſtis enunciantur, non ego hic unde hauſerim, adnotandum puto: in promptu enim ſunt, quos ipſe adivi, quamplurimi ex hoc genere libri, ut cujus hoc aut illo loco opinionem ſententiamque ſequutus ſim, facile quiſque, ſi libeat, cognoſcere poſſit. neque ſane tales ut addam commentarios, inſtituti hujus mei ratio poſtulat, qui ea tantum perſequar, quae ad ſtilum & formulas ſpectant. atque etiam haec ipſa hoc loco conſectari longum eſt; quum tot res tamque varias perſtringere debuerim; nec eadem omnes in dubium vocare ſoleant; tum quae mihi plana ſint, ambigua aliis eſſe poſſint. quapropter ut quae minus ornata ac compta, ſic quae levius aut obſcurius expoſita ſunt, minime hic, commentatione ut tuear aut illuſtrem, mihi ſumam; & iis demum omnia emendanda relinquam, ſi qui haec albo unquam aut marmore digna eſſe exiſtimaverint. quamquam multa jam, quae in Faſtis uſurpavi, ſuperius declarata ſunt; & de quibuſdam dicendum infra eſt: ut ſi quis legendo haereat, quum ſe ad indices contulerit, facile invenire poſſit, quo quidque loco explicatum delibatumve ſit. tum ſi non omnia ibidem, de quibus ipſe ſubdubitet, commode indicata reperiat, ab eruditorum certe libris petere licebit, quae formulis hiſce noſtris vel adſerendis vel emendandis aptiſſima ſint.

At illud ſaltem a me ſcire hic quidam cupiunt, quum laborem hujuſmodi operoſum plane ac moleſtum ita tulerim, nihil ut contentionem meam ad ſaeculum uſque decimum ſeptimum interruperit, quae denique extiterit cauſſa, cur in ipſo ſaeculi noſtri limine defeſſus ſubſiſterem, & reliqua pertexendi curam ſtudiumque deponerem. his vero, quia curioſiores eſſe ſentio, quam deceat, paucis ego reſpondeo: eo me conſilio nihil de aetate noſtra attingere voluiſſe, ut hanc ipſis Faſtorum partem abſolvendam relinquerem.

AN.

(1) titulus ficti argumenti
(2) de die nat. c. 17.
(3) de L. L. l. 5. c. 2.
(4) apud Cenſor. eod. l.

CXXVIII- (1)

ANNO· M· DCC· LXXXII.
VI· NON· MART.
LAZ· OPITIO· PALLAVICINO· CARD·
PRAEF·SACRI·CONSILII·R·P·LAVR·REGENDAE
PHILIPPO· CASONIO· PRAEF· SANCTAE
DOMVS· MARIANAE· ET· LAVRETI
ADVENTVS
D· N. PII· VI· PONT· MAX.
OPTIMI· PRINCIPIS
QVEM· LAVRETANI· OMNES· LAETITIA
GESTIENTES· IN· HAS· AEDES
HOSPITATVM
DEDVXERVNT· ET· IN· GERMANIAM
POSTRIDIE· PROGREDIENTEM· FAVSTIS
OMINIBVS· PROSEQVVTI· SVNT
ANNO· EODEM
PRIDIE· KAL· IVL·
REDITVS· EIVS· E· GERMANIA
FELIX· SALVTARIS
EFFVSA· OBVIAM· CIVITATE· QVAM
PRAESENTIA· SVA· AD· DIEM· PROXIMVM
MORATVS· HILARAVIT· EREXIT

INscriptiones, quum solitariae prostare debent, totumque monumentum ipsae sunt, decretorum more aut fastorum perscribendas esse jam docui: frustra tamen; nam honorariae in primis quotidie fiunt, & ponuntur, quum monumentum nusquam sit: ut hoc quoque a nobis habeant posteri, quod rideant.

Verum, inquies, novum inducis inscriptionum genus, & tuum illud antiquitatis studium jam remittis. neque enim veteres rei unius atque unius anni memoriam litteris consignatam, sed res varias multiplicesque longa annorum serie descriptas *Fastos* appellabant. etiam: quis tamen non videt, si quis Fastos primum ab aetate sua conficere incipiat, necesse esse, ut aliquamdiu in tabulis ejus non plura legantur, quam in hisce scripta sunt, quas tu non probas? quibus deinde, quaecumque

aetas

aetas feret, alia atque alia addentur. ceterum ne exempla quidem veterum deſiderantur, quae Faſtos etiam quoſdam breves antiquitus conditos eſſe, & ſolitarios proſlitiſſe demonſtrent. lege, ſi vacat, quae de his alias (2) a me fuſius ſunt tradita: jam injuria me novitatis inſimulatum, ultro fateare.

(1) Laureti in aedib. Praef. (2) de ſt. inſcr. a pag. 350. ad 353.

CXXVIIII. (1)

ANNO. M. DCC. LXXXII.
VI. ID. MART.
BARPTOLEMAEO. GRADONICO
PRAETORE
TRAIECTVS
PII. VI. PONT. MAX.
REI. CHRISTIANAE. CAVSSA
IN. GERMANIAM. AD. CAESAREM. AVG.
PROGREDIENTIS
QVEM. ORDO. ET. POPVLVS
CLODIENSIVM
SVB. NOCTEM. EX. ITINERE
SVBSISTENTEM
IN. AEDES. GRASSIORVM
AD. DIEM. PROXIMVM
HOSPITATVM
FESTA. POMPA. DEDVXERVNT

Trajectus: inſigne Gordiani Pii nomiſma, cujus pars averſa triremem exhibet cum tribus remorum ordinibus, & Imperatorem paludatum in puppi ſedentem, (2) titulo ornatur hujuſmodi TRAIECTVS. AVG. quo illius ad Helleſpontum tranſmiſſio in Aſiam deſignatur, quum ad bellum Perſicum profectus eſt.

Porro veterum formulae multam afferunt inſcriptionibus venuſtatem, ſi ad res noſtras apte & decore traducantur: quod nempe ſumma illa Romanorum dignitas reviviſcere quodammodo videatur.

AN-

(1) apud Clodienſes in fronte Domus Graſſior. (2) Buonarr. Med. p. 288.

CXXX. (1)

ANNO· M· DCC· LXXX.
XVII· KAL· MAIAS
PIVS· VI· PONT· MAX.
FINIBVS· RENASCENTIS· SOLI
QVA· PALVS· POMPTINA· FVIT
PERAGRATIS
ET· MEMORANDI· OPERIS. MOLITIONE
PROBATA
HIS· AEDIBVS
HOSPES· SVCCESSIT
VICANOS· OMNES
ADMISSIONE· ADLOQVIO
LIBERALITATE
BEAVIT

HIS *Aedibus Hoſpes Succeſſit* : formulam ſuppeditavit Virgilius, apud quem Pallas Aeneam ſic adloquitur: (2)

Egredere o quicumque es, ait, coramque parentem
Adloquere, ac noſtris Succede Penatibus Hoſpes.

ſimilia & illa, quae apud eundem ab Evandro dicuntur: (3)

. . . . . *haec, inquit, limina victor*
Alcides ſubiit: haec illum regia cepit.
Aude, Hoſpes, contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo, rebuſque veni non aſper egenis.

(1) apud Circejos vic. Felic. (2) Aen. l. 8. v. 122. (3) ibid. v. 362.

§. 11.

§. 11.

INSCRIPTIONES OPERVM PVBLICORVM

CXXXI. (1)

CLEMENS· XIII· PONT· MAX·
ANNO· SACRI· PRINCIPATVS· SEPTIMO
RVDERIBVS· EGESTIS· ET· SVBSTRVCTIONE
CONTRA· LABEM· FORNICIS· FACTA
DESCENSVM
AEDICVLAE· HERMETIS· MARTYRIS
PER· GRADVS· SCALARVM· VETERVM
SVA· IMPENSA· RESTITVIT

Vderibus Egeſtis : ſic apud Svetonium dicitur Nero *pollicitus cadaverum & Ruderum gratuitam Egeſtionem* : (2) & in baſi columnae Trajanae inſcriptum eſt, *Quantae Altitudinis Mons Et Locus Tantis Operibus Sit Egeſtus* . at litterator me aliquis interpellans, heus tu , inquit , priſcam formulam oblitus es ? germani illi Latini ſcribebant *Ruderibus Rejectis* , illque duobus R. R. ſignificare ſoliti . atqui falleris , o bone ; itaque te admonitum volo , quum duo illa R.R. occurrent , ſic ut legas in poſterum , *Recta Regione* ; quae omnibus litteris perſcripta Gruterianus exhibet lapis : (3) quaeque rei plane conveniunt , de qua in cippis riparum Tiberis agitur . (4) nec illud *Rejicere Rudera* ab antiquis eſſe credas ; exempla , opinor , id nulla confirmant . *Purgare Rudera* Svetonii eſt . (5)

Et Subſtructione : hæc e Trajani inſcriptione deſumpta : (6) *Subſtructionem contra Labem Montis Fecit* . in alia leges , (7) *Subſtructionem & Tabularium Ex S. C. Faciund. Curavit* .

Deſcenſum Aediculae : id eſt in Aediculam ; ſic & Virgilius loquutus : (8) *Facilis Deſcenſus Averni* : Plinius etiam de ſalice ſcribens , (9) *Vna tamen proditur ad maturitatem perferre ſolita , in Creta inſula ipſo Deſcenſu Iovis ſpeluncae* .

Videar porro quibuſdam minuta nimis & levia conſectari : at nihil in publicis monumentis non exactum examinatumque legi debet . de Conditoris enim exiſtimatione & nomine agitur . quare vel doctiſſimi veterum inſcriptionem hujuſmodi pro-

proponere nullam audebant, de qua non antea amicorum judicium exquiſiviſſent. (10)

(1) in arenatiis Hermetis Mart.
(2) in Ner. c. 38.
(3) p. 200. n. 3.
(4) v. l. 1. de st. inſcr. p. 149.
(5) in Veſpaſ. c. 8.
(6) Fabr. p. 400. n. 292.
(7) Grut. p. 170. n. 6.
(8) Aen. l. 6. v. 126.
(9) H. N. l. 16. c. 26.
(10) V. Cic. ad Q. Fratr. l. 2. ep. 9. Gell. N. A. l. 10. c. 1.

CXXXII (1)

CLEMENS· XIIII· PONT· MAX·
VETERIBVS· INCOLIS· SERVILIANI
OB· SOLVM· DOMOSQVE· FATISCENTES
PATRIA· EXTORRIBVS
NOVVM· OPPIDVM· ET· OPPIDO· NOMEN
DEDIT

PAtria *Extorribus* : Cicero in Verrem de agro Herbitenſi : (2) *Hinc centum triginta ſeptem patresfamilias Extorres profugerunt*. Gellius Solonis legem latine reddens : (3) *Is domo, patria fortuniſque omnibus careto, exſul Extorriſque eſto*. porro veteres Grammatici *Extorrem* quaſi *Exterrem* dictum volunt: at Joſephus Scaliger (4) novam originem commentus eſt, & *Extorrem* eſſe tradit, quaſi *torris* exſortem, ejus nempe fatalis titionis, quo exſtincto hominem mori neceſſe eſt. haec ſi ſtant, translato vocabulo uſi Latini dicendi ſunt, quaſi mortuum haberent, qui patria careret : quippe & civitatis amiſſio *Capitis Diminutio* dicebatur, & *Cauſſa Capitis*, in qua de exſilio ageretur.

(1) in porta Caſtelli Clementini.
(2) lib. 3. c. 51.
(3) N. A. l. 2. c. 12.
(4) in Conject. ad Varr. de L. L. p. 28. n. 18.

CXXXIII· (1)

PIVS· VI· PONT· MAX·
ANNO· SACRI· PRINCIPATVS· SEPTIMO
PRONAON· ET· TEMPLVM
MVNIFICENTIA· SVA· RESTITVENDVM· CVRAVIT

PRonaon, quod & *Pronaum* ſcribitur, (2) appellabant veteres molem, quaecumque eſſet, quae templo adhaereret, ad ornamentum ejus & dignitatem

exſtructa. Vitruvius de porticu fere accipit, quae in templi fronte exſtruebatur. (3) nam quae a tergo eſſet, *Poſticum* appellat. (4) ſed huic quoque *Pronaon* fuiſſe nomen, indicare inſcriptio videtur nuper Romae reperta, in qua leginus PRONAON FRONTIS: hic vero illud FRONTIS addere opus non fuit, quod templi Vrbiventani Pronaum unum ſit.

Munificentia Sua: vetus formula ad Principis liberalitatem prodendam. in Hadriani inſcriptione apud Gruterum (5) haec occurrent, *Munificentia Sua Templum Deae Cuprae Reſtituit.*

(1) Vrbiventi ad templ. max. (2) Maff. M. V. p. 82. n. 3. & (3) lib. 4. c. 4. Vitruv. l. 5. c. 1. (4) lib. 3. c. 1. (5) p. 1016. n. 2.

CXXXIIII. (1)

PIVS VI. PONT. MAX.
ANNO. SACRI. PRINCIPATVS. SEPTIMO
VT. MEMORANDA. ARTIFICVM. EXCELLENTIVM. INVENTA
LINEARIS. PICTVRAE. EXEMPLIS. EXPRESSA
POSTERITATI. PROROGARET
AVCTIS. BIBLIOTHECAE. VATICANAE. SEDIBVS
NOVOS. LAVDATORVM. DIAGRAMMATVM. CODICES
SVA. IMPENSA
INSTITVENDOS. ORDINANDOSQVE. CVRAVIT

Linearis Picturae Exemplis Expreſſa: in chartis nempe vario linearum ductu ad ſimilitudinem repraeſentata; ſive ea quis manu primum effinxerit, ſive de aereis tabulis, ut mos eſt, prelo ſuppoſitis in chartas relata ſint. linearis quippe pictura dicta eſt, quae ſine coloribus figuras lineis exprimeret, a Philocle Aegyptio, ut Plinii aetate ferebatur, inventa, (2) aut a Cleanthe Corinthio. nam & *pingere* quis aliquando dictus, quae tantum delinearet, ut apud Ovidium Vlyſſes: (3)

Ille levi virga, virgam nam forte tenebat,
Quod rogat, in ſpiſſo littore Pingit opus.

Diagrammatum Codices: id eſt figurarum volumina. *Diagramma* enim Graecis eſt rei cujuſque imago & deſcriptio: eoque vocabulo ſaepe uſus Vitruvius. (4) ea & Monogrammas effigies appellare poſſis: quo nomine recte deſignetur pictura, quae ſolis informata ſit lineis: ſed vocabulum illud Latini ad res alias ſignificandas uſu traduxerunt. (5)

PIVS

(1) in Biblioth. Vatic. (2) H. N. l. 35. c. 3. (3) de art. am. l. 2. v. 131. (4) lib. 5. c. 4. 5. l. 6. c. 1. (5) v. Cic. de Nat. D. l. 2. c. 23. & Lucil. apud Non. c. 1. n. 168.

CXXXV. (1)

PIVS· VI· PONT· MAX·
EXORNATA· ATQVE· AVCTA· SPECVLATORIA· TVRRI
IN· QVA· CLARISSIMORVM· MATHEMATICORVM
CONVENTVS
AD· KALENDARI. GREGORIANI· ORDINATIONEM
CELEBRATI· SVNT
ADITVM· A· BIBLIOTHECA· IN· ADSCENSVM
APERVIT
VTI· EA· SEDES· ET· LOCVS
IN· CARD· BIBLIOTHECARII· TVTELA· ESSET

IN *Cardinalis Bibliothecarii Tutela* : minus quidem antiqua vox eſt *Bibliothecarius*, ſed tamen Latina, ſi Salmaſio credimus. (2) eodem enim modo a *Bibliotheca* dicti *Bibliothecarii*, ut a cancellis *Cancellarii*, a cuſtodia *Cuſtodiarii*, a Scriniis *Scriniarii*, ab arca *Arcarii*. adde his *Tricliniarium* (3) a triclinio, quae non minus Graeca vox eſt, ac *Bibliotheca*. nam veteres quae a Graecis mutuati Latina feciſſent, jure quodam ſuo inflectere, & ad linguae ſuae normam detorquere potuerunt.

(1) in Biblioth. Vatic. (2) ad Catin. Vopiſc. c. 16. (3) Grut. p. 576. n. 6.

CXXXVI. (1)

PIVS VI· PONT. MAX·
ANNO· SACRI· PRINCIPATVS· SEPTIMO
ERGASTVLVM· CLVSARE
FLAGITIIS· DEGENERVM· SACRICOLARVM
EXPIANDIS
AB. VRBANO· VIII· PONT. MAX· CONDITVM
QVVM· VETVSTATE· DILABERETVR
PER PAVLLVM· MASSEVM· V· C·
DECAN· COLLEGI· CVRATORVM. VRBIS
A· SOLO· RESTITVIT

ERgaſtulum *Cluſare* : Cuſtodiario illi Cornetano *Ergaſtulum* jamdiu nomen eſt : itaque retinendum vocabulum putavi, quum & veteres de carcere ruſtico

usurparint. sed quia servos illi ad opus inde educebant, *Clusare* hoc appellandum duxi, ut significarem, qui illuc ducti sint, iis egressum non patere.

Degenerum Sacricolarum: turba illa, quae carceri inclusa luit peccata, omnino generatim enuncianda erat. grex enim illic hominum plane varius esse solet; eoque ex omni familia, unam oppidani excipere solent, aliquem aliquando detrusum, vulgata opinio est. *Sacricolas* autem Latini dixere quoscumque sacrorum ministros, sive ii sacra colerent tantum, sive etiam facerent. hoc primum indicasse Tullius videtur, quum de Ennensibus ait, (2) *Vt mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes Sacricolae atque antistites Cereris esse videantur*: (sed in Codicibus quibusdam scriptum est *omnes Accolae*) illud diserte Tacitus de Domitiano; (3) *Prima inruptione apud aedituum occultatus follertia liberti, lineo amictu turbae Sacricolarum immixtus ignoratusque*.

(1) ad Cornetum in agro veterum Tarquiniorum.

(2) l. 4. in Verr. c. 50.
(3) Hist. l. 3. c. 74.

CVXXVII. (1)

REX. FERDINANDVS. IIII.
REGIS. CAROLI. III. CATH. F. REGIS. PHILIPPI. V.
CATH. N. PIVS. FELIX. AVGVSTVS
ANNO. REGNI. XVIII.
BIBLIOTHECAM. FARNESIANAM
VETVSTORVM. CODICVM. MONVMENTIS. INSIGNEM
OPERIBVS. A. SOLO. AMPLIATIS. DIGESSIT
LIBRORVMQ. OMNIS. GENERIS. COPIA. LOCVPLETATAM
PVBLICAVIT

ANno *Regni XVIII.* diu quidem apud veteres obtinuit, ut annos imperii Tribunitia potestate signarent. sed tamen in nummo Philippi Aug. patris leges, AN. II.

Vetustorum Codicum: delenda haec clamaret, si viveret, Martorellius. in ea enim sententia fuit, qui *Codices* a Latinis appellantur, eos minime libros fuisse quadrata forma, quales hodie quoque apud omnes in usu sunt, sed chartas tantum aut membranas in orbem convolutas, quales in statuis videmus. atque idem contendebat, libros apud veteres, nisi quadratos, exstitisse nullos; & hos ipsos, qui similes nostris essent, *volumina* etiam dictos esse. (3) neutrum tamen ille eruditis probavit:

bavit, nec quemquam, opinor, in ſententiam ſuam adducere potuit. nec vero id mirum, quum veterum auctoritates ei refragari videamus. primum quidem Romanis teretes quoque fuiſſe libros e chartis aut membranis convolutis, vel unus Iuvenalis locus ſatis declarat, ubi ſimilitudinis cauſſa *duo Caeſaris Anticatones* commemorantur: (4) quem ille locum quum refutaret, (5) tergiverſari cœpit, & in alia omnia abire, quin tamen ſe expediret. jam libris quadratis, cujuſmodi plures in *Notitia utriuſque imperii* depicti ſunt, nomen etiam fuiſſe *Codicibus*, Vlpiani locus in primis demonſtrat, quem idem, ut in rem ſuam traheret, contra veterem lectionem immutavit; ſic enim ſe habet: (6) *Librorum appellatione continentur omnia volumina ſive in carta ſive in membrana ſint ſive in quavis alia materia: ſed & ſi in philyra aut in tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in quo alio corio: idem erit dicendum. quod ſi in Codicibus ſint membraneis vel chartaceis, vel etiam eboreis vel alterius materiae, vel in ceratis codicillis, an debeantur, videamus.* nimirum Vlpianus primum volumina, deinde libros quadratos recenſet, eoſque *Codices* appellat, quibus adnumerat pugillares eboreos & ceratos codicillos, quos item forma fuiſſe quadrata, manifeſtum eſt, & Martorellii etiam teſtimonio (7) conſtat: qui tamen non vidit, quum a *Codicibus Codicilli* ſint dicti, quaſi parvi Codices, ſi minus magnitudinem, at formam certe utrorumque eandem eſſe oportuiſſe.

(1) Neapoli pro biblioth. regia.
(2) Vaill. c. 2. p. 315.
(3) Martor. Th. Cal. t. 1. a pag. 239.
(4) Sat. 6. v. 337.
(5) Ibid. p. 278.
(6) lib. 32. D. l. 52.
(7) ibid. p. 101.

CXXXVIII. (1)

REX· VICTOR
REGIS· KAROLI· F· REGIS· VICTORIS· N·
AMADEVS· III· AVG·
COMMERCIIS· CIVIVM· TERRA· MARIQVE· AVCTIS
ET· POMOERIO· NOVOS· OB· INCOLAS· AMPLIATO
PORTAM· A· SOLO· RESTITVENDAM· CVRAVIT
QVAM· EX· NOMINE· SVO
VICTORIANAM· APPELLARI· PASSVS· EST

QVam *Ex Nomine Suo*: in monumento Ancyrano ſcriptum invenies, (2) *Porticum Ad Circum Flaminium: Quam Sum Appellari Paſſus Ex Nomine Ejus, Qui Priorem Eodem In Solo Fecerat.* utrumque ſcilicet laude dignum, ſive exorandus ſis, ut quod tuum eſt opus, tibi adtribuatur, ſive aequo animo feras, ut prae te alter operis tui conditor haberi poſſit.

HO·

(1) Nicaeae Maſſilientium.
(2) Grut. p. 232.

CXXXVIIII. (1)

HONORI
PII. VI. PONT. MAX.
PARENTIS. PATRIAE. ET. MVNICIPI
OB. CAELI. SALVBRITATEM. RESTITVTAM
VBERVMQVE. AGRORVM. FINES. PROLATOS
ORDO. ET. POPVLVS. TARRACINENSIS
ADVENTV. OPTIMI. PRINCIPIS
POMOERIVM. AMPLIAVIT

Parentis Patriae & Municipii: quia veteres, ut ſuperius attigi, non raro *Patriam* pro tota re publica accipiebant; idcirco municipales Decuriones, ut patriam ſuam aeque Principi caram atque rempublicam indicarent, quem *Patrem Patriae* alii appellarent, ipſi *Patrem Patriae Et Municipii*, quidam *Parentem Coloniae* aliquando dixerunt. (2)

(1) Tarracinae ad portam Rom. incidenda.

(2) Grut. p. 149. n. 5. Maff. M. V. p. 95. n. 2.

CXXXX. (1)

HONORI
PII. VI. PONT. MAX.
CORPORATI. CIVES. PERVSIAE. AVGVSTAE
ORDINIS. SECVNDI
LEGIBVS. AD. INCREMENTA. ARTIVM. BONARVM
EX. AVCTORITATE. OPTIMI. PRINCIPIS. CONSTITVTIS
CVRIAM. PIAM. COETIBVS. ERVDITORVM. AGENDIS
AERE. CONLATO. EXTRVCTAM
COMMVNI. CONSENSV. DEDICAVERVNT
ANNO. M. DCC. LXXX.

Corporati Cives: ſic apud Gruterum (2) *Corporati Nemauſenſes*. ea porro formula cives ex ſecundo ordine a Decurionibus, ut oportuit, diſtinguuntur; ſimul oſtenditur, his quoque in unum coëundi & legum ſibi condendarum jus eſſe.

Cu-

Curiam Piam: praeter Curias ad ſenatum habendum, aut ſacrorum curialium cauſſa conſtitutas, multae in urbe, quaedam & in municipiis Curiae fuerunt collegiorum maxime & corporum, in quas ſtatis temporibus conveniebant: quae Scholae etiam (3) & Phetria (4) dictae: ex his Romae fuit *Curia Saliorum*, quae in Palatio erat: (5) & in Capitolio *Curia Calabra*, quae ad Pontifices pertinebat: (6) *Curia Baſilicae Aug.* Neapoli, (7) in quam corpus Dendrophororum convenii.ſe legimus; item alicubi *Athletarum*, de qua mentio eſt apud Reineſium. (8) porro & veterum Curiis cognomen additum videmus non modo a conditore ductum, ſed etiam ab eo, cujus honori aedificatae eſſent: ut quae Romae *Curia Marcelli* dicta eſt, (9) quaeque Peltuini in Veſtinis fuit, *Curia Auguſta*: (10) quo etiam referas *Auguſteum* quod Piſis erat, (11) & *Caeſareum* Beneventanum, (2) & *Caeſareum* Fratrum Arvalium Romae, (13) quae omnia Curiae fuerunt honori Caeſaris Auguſti exſtructae.

(1) Perusiae ad theatr. p. 496. n. 5.
(2) Grut. p. 162. n. 5. &c.
(3) id. p. 014.
(4) Cic. de Div. l. 1. c. 17.
(5) Grut. de V. I. Pont. l. 1. c. 27.
(6) Grut. p. 444. n. 2.
(7) Cl. 5. n. 44.
(8) Bottich. A. V. Fac. c. 2. §. 1.
(9) Grut. p. 443. n. 6.
(10) Notiſ. C. P. p. 2.
(11) Vit. A. B. t. 1. p. 164.
(12) inſcr. Vat. nup. inv.
(13)

CXXXXI. (1)

EX. AVCTORITATE
D. N. PII. VI. PONT. MAX.
T. CLAVDIVS. SABINVS
CVRATOR. VIARVM
SEMITAM. TIBERINAM. A. PORTA. FLAMINIA
AD. PONTEM. MILVIVM
VIAM. FECIT
ET. GLAREA. CONSTRATAM
STIPITIBVS. SEPIENDAM. CVRAVIT

Semitam Tiberinam: *Qua ibant*, inquit Varro, (2) *ab itu iter appellarunt: qua anguſte, ſemita, ut Semiiter dictum*. huc vero facit quod de Domitiano Martialis: (3)

Iuſſiſti tenues, Germanice, creſcere vicos,
Et modo quae fuerat Semita, facta via eſt.

Et Glarea Conſtratam: ut apud Livium, (4) *Vias ſternendas Silice in Vrbe, Glarea extra urbem . . . . locaverunt*: & in Nervae Aug. titulo ad Pomptinas invento, (5) *Viam A Tripontio Ad Forum Appi Ex Glarea Silice Sternendam Sua Pecunia Incohavit*.

Nec

Nec minus antiqua eſt, quae ſequitur, formula. nam in Piſanorum Decreto de honoribus L. Caeſaris leges, (6) *Is Locus Ante Eam Aram . . . . Pateat Quoque Verſus Pedes* XL. *Stipitibuſque Robuſtis Sepiatur*, id eſt roboreis. & apud Livium, (7) *Emporium lapide ſtraverunt, Stipitibuſque Sepſerunt.*

(1) ficti argumenti.
(2) de L. L. lib. 4. c. 4.
(3) lib. 7. epigr. 60.
(4) lib. 41. c. 27.
(5) Chaup. Vill. Horat. t. 3. p. 391.
(6) Rein. Cl. 1. n. 12. Noriſ. C. P. 1.
(7) lib. 41. c. 27.

CXXXXII. (1)

EX. AVCTORITATE
PII. VI. PONT. MAX.
FRANC. XAVERIVS. ZELADA. CARD.
III. VIR. COLLEGIO. R. MODERANDO
MVSEVM. KIRCHERIANVM. RESTITVENDVM. CVRAVIT

Collegio Romano Moderando: Collegium Romanum neſcioquod Valerianus Aug. memorat in orationis particula, quam retulit Pollio in Triginta Tyrannis: (2) qua formula Salmaſius conſilium Principis deſignari putat. hic vero Lycei Romani Doctores Anteceſſoreſque intellige: neque enim ipſae aedes recte *Collegium* dici poſſunt.

Muſeum Kircherianum: ita ſcribendum, non *Muſacum*; Graeci enim ſcribunt Μουσειον. Et vero Latini reddunt per E aut per I: itaque *Nimpheum* dicunt & *Nymphium*, (3) *Ariſtoteleum & Ariſtotelium*, aliaque hujuſmodi eadem ratione uſurpant. eſt autem *Muſeum* quaſi Muſarum ſedes, ut recte hoc nomine appellentur ea loca, in quibus veterum monumenta, ſtudiorum & litterarum cauſſa, adſervamus: nuſquam enim habitare libentius ſplendidiuſve poſſint, quae doctrinarum veluti antiſtitae & artium praeſides habeantur. quamquam Alexandriae quod erat, in alios etiam uſus patebat: τουτο βασιλειον inquit Strabo, (4) μερος εστι και το Μουσειον εχον περιπατον και εξεδραν και οικον μεγαν, εν ᾧ το συσσιτιον των μετεχοντων του Μουσειου φιλολογων ανδρων. cui deinde Claudius Aug. adjecit alterum, quod Claudium dictum eſt, & ad Graecas, quas ipſe ſcripſerat, hiſtorias celebrandas inſtituit, inquit Svetonius, (5) *ut quotannis in altero* Τυρρηνικων *libri, altero* Καρχηδονιακων, *diebus ſtatutis, velut in auditorio recitarentur toti a ſingulis per vices.*

EX

(1) Romae ad Muſ. Kirch. in in epiſtil. portae.
(2) ad Martian. c. 12.
(3) v. Salmaſ. ad Gord. III. Capitol. c. 32.
(4) lib. 17. p. 546.
(5) in Claud. c. 42.

Digitized by Google

CXXXIII. (1)

EX· AVCTORITATE
IOANNIS· FRANCISCI· ALBANI
EPISC· OSTIENS· VELIT· DEC· CARD·
ORDO· POPVLVSQVE· VELITER·
VT· VIAM· APPIAM· TRAIANAM
PROVIDENTIA· PII· VI· PONT·MAX·
POST· IMMEMORABILIS·AEVI·SPATIA· RESTITVTAM
CONSENSV· OPTIMI· PRINCIPIS
MVNICIPIO· CONIVNGERET
VELITERNAM· QVAE· VETVSTATE· INTERCIDERAT
SVBACTO· IVGO· PONTIBVSQ· CONSTRVCTIS
AD· APPIAE· MILLIARIVM· XVIIII·
MVNIENDAM· CVRAVIT

Viam Appiam Trajanam: utroque nomine non immerito appellatur ea viae Appiae pars, quam in Pomptina palude ab Appio primum Claudio ſtratam reſtituit Trajanus. magnum enim Trajani opus fuit illud & maximi ſumptus: quamobrem Senatus nummos etiam cudendos curavit, quibus eam viam Trajano deberi teſtaretur. (2) porro & inſcriptio a Grutero edita eſt, (3) in qua legimus VIAM TRAIANAM. APP. PER. BRVTTIOS. SALENTINOS: ut ea quoque Appiae pars, quam Trajanus minore impenſa reſtituerat, de ejus item nomine & *Trajana* dicta eſſe videatur: niſi quod inſcriptionem quidam ſubleſtae fidei habent, ut ut Gudius ſe bis examinaſſe marmor, & cum exemplo contuliſſe tradiderit.

Poſt Immemorabilis Aevi Spatia: teritur utique mannis adhuc via illa, quam majores a Tarracina per fines Privernatium aperuerunt, poſtquam Appiam paludes obruiſſent. verum quo potiſſimum tempore Appia, intercluſo itinere, deſeri coepta ſit, difficile omnino eſt definire. qui Caſſiodorii epiſtolas Regis ſui nomine ſcriptas inter ſe contulerit, paludes quidem a Theodorico exſiccatas ſtatuet anno Chriſtiano DXII. aut proximo ſuperiore. quamdiu tamen illa Pomptini agri ignota atavis ſiccitas perduraverit, majores noſtri memoriae non prodiderunt. unus Procopius ad ſuam uſque aetatem manſiſſe teſtificatur: (4) quippe Gothos caſtra ibi metatos tradit, quum Vuitigem ſibi Regem optaverunt: additque locum iis idoneum viſum eſſe ad

equos maxime ſuſtentandos : *πεδία γαρ πολλα ενδαυτα εσιν ἱππροβοτα , ρηδε και σταμος , ὁν Δικαιαρχιον τῃ Δαπιστι φυτη καλειν οἱ ἐπιχωριοι* . poſt eum annum , qui fuit Dionyſianae ſupputationis DXXXVII. facilius quis veterem ſcriptorem reperiat , qui ſtagnantem rurſum in paludibus aquam memoret , quam qui aratas eas cultaſque referat : ut recte hic & vere Appia poſt immemorabilis aevi ſpatia reſtituta dicatur , ſitque iterum , ut Martialis olim cecinit , (5)

. . . . . *Auſoniae maxima fama viae.*

(1) Via Velit. ad Pontem . p. 123. &c.
(2) Vaill. p. 1. c. 57. c. 2.
(3) p. 199. n. 1.
(4) B. G. l. 1. c. 11.
(5) lib. 9. epig. 103.

CXXXIIII. (1)

ANNO M. DCC. LXXVIIII.
EX DECRETO ORDINIS
VIAE LIMITES
FERIATIS CIVIBVS
AD APRICANDVM
PROLATI

Feriatis Civibus ; ut *Feriati* dies ſunt , quibus Feriae aguntur , ſic *Feriati* homines dicti , quum otioſi : ut apud Tullium : (2) *Sic illi a negotiis publicis , tamquam ab opere aut temporibus excluſi aut voluntate ſua Feriati .*

Ad Apricandum : Tullius idem de Alexandro , quem Diogenes rogantem ſic admonuerat , *Nunc quidem paullulum a ſole* , (3) ſubjicit , *Officerat videlicet Apricanti .* & apud Nonium (4) Varro : *Licet videre multos , quotidie hieme in ſole Apricari .* rem eandem Horatius paullo fuſius deſignavit , ubi Maecenatianos attigit hortos : (5)

Nunc licet Exquiliis habitare ſalubribus , atque
Aggere in aprico ſpatiari .

Apricum autem locum eſſe ſcribit Feſtus *a ſole apertum* , additque : *a Graeco vocabulo φρικης appellatur , quaſi Αφρικης , id eſt ſine horrore , videlicet frigoris , unde etiam putatur Africa appellari . Φριξ* enim fremitus maris dicitur , a quo eſt *Φριασσω* horreſco , & *Φρικη* horror .

S. 1

(1) Velitris contra portam Romanam .
(2) de orat. l. 3. c. 15.
(3) de Divin. l. 5. c. 32.
(4) c. 2. n. 65.
(5) lib. 1. ſerm. 8. v. 11.

CXXXV. (1)

S· P· Q· F·
AVCTORE· VRBANO· PARACCIANO
CARD· ARCHIEP· PRINCIPE
EODEMQVE
OB· SOLVM· EMPTVM· OPERIQ· ADTRIBVTVM
ADIVTORE· MVNIFICENTISSIMO
LOCI· MAIESTATI· AVGENDAE
TEMPLOQVE· METROPOL· CELEBRANDO
EGESTIS· ANTIQVAE· ARCIS· RVDERIBVS
SVBACTO· CLIVO
SVBSTRVCTISQVE· MARGINIBVS
VIAM· NOVAM· A· FORO· AD· IVGVM
AERE· COLLATO· STERNENDAM
CVRAVERVNT
ANNO· M· DCC· LXXI·

LOci *Majeſtati Augendae*: is eſt collis media in urbe, cujus in vertice templum maximum ſitum eſt. *Loci* autem *Majeſtas* idem atque amplitudo & dignitas: ut apud Livium de Iovis Capitolini templo ſcribentem, cujus eam Tarquinius amplitudinem conceperat, (2) *quae digna Deûm hominumque rege, quae Romano imperio, quae ipſius Loci Majeſtate eſſet.*

Temploque Metropolitano Celebrando: non omnia vocabula apud antiquos invenire licet; ſed tamen *Metropolitanum Nomen* & *Metropolitanam Dignitatem* in Codice leges, (3) vix alio ſenſu, quam eo, quo nunc Pontificum majorum jura deſignamus. *Celebrare* autem non modo idem ſaepe eſt atque *frequentare*, ſed etiam aliquando *efficere, ut multi frequentent*; ut apud Tullium; (4) *Senectuti vero Celebrandae & ornandae quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quam juris interpretatio?*

Antiquae Arcis: quanta olim Firmi arx, & quamdiu fuerit, nuper in patriae ſuae originibus expoſuit (5) Michael Catalanus V· C· idemque fuſius in Zanetti opere (6) de monetalibus Italiae officinis, ad quod ſuam ille ſymbolam dedit.

(1) Firmi in ſumma via.
(2) lib. 1. c. 53.
(3) lib. 11. tit. 21.
(4) de orat. l. 1. c. 45.
(5) part. 1. §. 10. p. 19.
(6) t. 3. p. 33.

CXXXXVI. (1)

ORDO· POPVLVSQVE· MARINENSIS
OB· INTENDENDAM· SONORIS· VIM
ET· PRISTINAM· ASPERITATEM· MITIGANDAM
PECVNIA· COLLATA
IN· AMPLIOREM· FORMAM
CONFLANDVM· CVR·
MARINI· AN· M· DCC· LXXII·

Conflandum Curaverunt: tintinnabulum intellige ex aere magnum, in quo ipsa inscriptio legitur. instrumentum hujusmodi Martialis *Aes thermarum* appellat: (2) tintinnabulo enim in balneum lavaturi convocabantur. sed ipsa vox *Tintinnabulum* a Plauto, a Svetonio, & aliis saepe usurpata.

(1) Marini in aere turris. (2) lib. 14. ep. 163.

CXXXXVII. (1)

PIO· VI· PONTIFICE· MAXIMO
PRAFECTVS· ET· CVRATORES· VALETVDINARI
DEPOSITORVM
EX· AVCTORITATE
IOAN· BAPTISTAE· REZZONICI· CARD· PATRONI
SCHOLAM· ANATOMICAM
ARTI· SALVTIS· HVMANAE· PRAESIDI
APERTAM· EXCVLTAMQVE
INSTRVMENTO· OMNI· ORNANDAM· CVRAVERVNT

Arti Salutis Humanae Praſidi: Cornelius Celſus de Medicina: (2) *Id vero quod reſtat, etiam crudele, vivorum hominum alvum atque praecordia incidi; & Salutis Humanae Praeſidem Artem, non ſolum peſtem alicui, ſed hanc etiam atrociſſimam inferre.*

Inſtrumento omni: poetae *Inſtrumenta* etiam dicunt plurali numero; at reliqui Scriptores fere *Inſtrumentum*. Caesar: (3) *Omni militari Inſtrumento, quod circum ſe*

ſe habebat, erepto, Cato : (4) *Villa Inſtrumenti magni ne ſiet*. Svetonius: (5) *Quum nihil ſibi praeter unum Murrhinum calicem ex Inſtrumento regio retinuerit*. niſi autem conſtaret, qua de ſuppellectili ſermo eſſet, appoſito indicabant : itaque paſſim legimus *Inſtrumentum ruſticum*, *piſcatorium*, *venatorium*, *balnearium* & hujuſmodi.

(1) Romae ad valetud. Jacob.
(2) in praef. p. 11. ed Comin.
(3) B. G. l. 6. c. 29.
(4) R. R. c. 1.
(5) in Aug. c. 71.

CXXXVIII. (1)

PIO· VI· PONTIFICE· MAXIMO
DOMVS· ROCHIANA· PRAEGNANTIBVS· RECIPIVNDIS
AD· INCREMENTVM· REI· FAMILIARIS
ET· SACRAE· VRBIS· CVLTVM
AEDES· LOCATITIAS· VETVSTATE· DILAPSAS
OPERIBVS· AMPLIATIS
A· SOLO· SVA· IMPENSA· RESTITVIT

Domus Rochiana: id eſt qui Noſocomio Rochiano praeſunt. *Domus* enim idem ſaepe, ac familia vel Secta etiam & Societas. Seneca, (2) *Idem hoc omnes tibi ex omni Domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici*. in antiquis autem inſcriptionibus occurrunt *Domus Gelotiana*, (3) *Domus Auguſtana*, (4) & hujuſmodi : quo nomine Adminiſtratorum familia deſignatur. & *Domus* etiam feciſſe aliquid dicitur, ut apud Donium, (5) *Domus C. Valerii Hermaiſci Templum Serapis Schola Fauſtiniana Fecit. C. Valerius Hermaiſcus Dedic. Id. Dec. Barbaro Et Regulo Coſ.* ad appoſita vero quod attinet, legito, quae ſuperius inſcriptioni triceſimae ſubjeci.

Aedes Locatitias: id eſt quae locantur. uſurpavit Sidonius : (6) *Mercenariis proſecutionibus & Locatitia fatigatione*. exemplum autem ei antiquum defuiſſe, vix credam ; quum aliae ejuſmodi παραγωγαι veteribus familiares fuerint : ut illae ſunt, *Occupatitius ager* apud Feſtum, *Miſſitius praetorianus* apud Svetonium, (7) *Fictitium vinum* apud Plinium (8) *Factitium ſal* apud eundem, (9) & alia id genus bene multa apud alios.

AN·

(1) incidenda in fronte aedium ad Manſ. Aug.
(2) epiſt. 29.
(3) Grut. p. 598. n. 7.
(4) id. p. 599. n. 7.
(5) lib. 6. ep. 8.
(6) Cl. 2. n. 10.
(7) in Ner. c. 48.
(8) H. N. l. 14. c. 16.
(9) ibid. l. 31. c. 7.

ANTONIVS· LIVI· F· ODESCHALCHIVS
EQVES· HIEROSOL· ABBAS· FVNDIS· CLARAVALLENS· TVENDIS
AD· AGRI· PASCVI· VBERTATEM· ANNVOSQVE· ORYZAE
· PROVENTVS· AVGENDOS
FOSSAM· MILLIARIOR· XIIII· ANNO· M· DCC· LXXXI·
INCHOATAM· AQVIS· VNDIQVE· CORRIVATIS
PER· PETRVM· PAREAM· MEDIOLAN· MACHINATOREM
ET· PRAEF· OPER·
INTRA· MENSES· XIIII· PERDVXIT

Proventus Augendos: erit fortaſſe, qui addendum putet *Irrigatione*: mendoſe, ut arbitror; quum vel lippi opus illud praeclarum intuentes viſuri ſint, quos in uſus aqua deducta ſit. itaque delenda alii ob inutilitatem contenderent, quae quis tamquam neceſſaria intrudi mallet.

Machinatorem: ſic apud Gruterum leges, (2) *C. Baebio Muſaeo Machinatori*: quo nomine veteres non ſolum, ut Archimedem Livius, (3) *Inventorem ac Machinatorem bellicorum tormentorum* operumque deſignabant; ſed Architectum etiam & Deſignatorem aedificiorum, villarum, viarum & hujuſmodi. audi enim, quemadmodum loquutus ſit Tacitus: (4) *Ceterum Nero uſus eſt patriae ruinis, exſtruxitque domum, in qua haud perinde gemmae & aurum miraculo eſſent, ſolita pridem & luxu vulgata; quam arva & ſtagna, & in modum ſolitudinis hinc Silvae, inde aperta ſpatia & proſpectus Magiſtris & Machinatoribus Severo & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam quae natura denegaviſſet, per artem tentare, & viribus Principis illudere.*

Intra menſes XIIII. ſi opus maximum breviſſimo temporis ſpatio abſolutum eſſet, dignum id veteribus viſum eſſe conſtat, de quo mentio in titulo fieret. legimus ſane in C. Ceſtii pyramide (5) *Opus Apſolutum Ex Teſtamento Diebus* CCCXXX. tum in antiqua inſcriptione, quae Novariae eſt, (6) *Balineum, Quod Vi Conſumptum Fuerat, Ampliatis Solo Et Operibus, Intra Biennium Pecunia Sua Reſtituit Et Dedicavit*. ac demum apud Fabrettum, (7) aedes ut arbitror, Silvani *Inchoata* dicitur *Antonino Aug. P. P. Dedicata* XV. *Kal. April. Scipione Orphito Et Soſio Priſco Coſ.*

id

id eſt anno undecimo imperii Antonini Pii, qui fortaſſe biennio tantum aut triennio ante *Patris Patriae* nomen ſuſceperat. (8)

(1) in agro Mediolan. (2) p. 642. n. 4. (3) lib. 24. c. 34. (4) Ann. l. 15. c. 42. (5) Grut. p. 185. n. 2. (6) Don. Cl. 2. n. 31. (7) p. 473. n. 13. (8) v. l. 2. de ſt. inſ. p. 300.

CL. (1)

PAVLLVS· MARCELLI· F· LONGIANVS
EQVES· HISPANIENSIS
VELLERE· AVREO· HONORATVS
PATRONVS· ORDINIS· ET· MVNICIPI
AQVAM· LONGIANAM
A· MILLIARIO· III· EXCISIS· MONTIBVS
SVBSTRVCTISQVE· FORNICIBVS
IN· OPPIDVM· IMPENSA· SVA
PRIMVS· ADDVXIT
MAXIMVS· ET· VALENTINIANVS· FILII
FONTE· NOVO· IN· RIVVM· EIVS· IMMISSO
DVPLICAVERVNT

P*Atronus Ordinis & Municipii*: ſic apud Gruterum (2) *Patrono Ordinis & Coloniae*. duo autem ſignificantur, primo Longianum e Decurionum primariorum numero eſſe; tum eundem ipſius municipii, cujus Decurio eſt, Defenſorem eſſe. de utraque ſignificatione actum a me eſt in libris *de ſtilo inſcriptionum*. (3)

(1) ficti argumenti. (2) p. 365. n. 2. (3) lib. 1. p. 149. &c.

CLI. (1)

M· VALERIVS· GALLVS
P· LAELIVS· PROSPER II· VIRI
EX· DECRETO· ORDINIS
FORVM· OLITORIVM
PORTICIBVS· TABERNISQVE
CLAVDENDVM· CVRAVERVNT

F*Orum Olitorium*: in veteri kalendario ſcriptum eſt, (2) FORVM· HOLITORIVM. at Varro, (3) *Ab olla Olera dicta*: itaque & *Olitorium* ſcribendum videtur; quod probat Cellarius, at Voſſium ſequutus, qui *olus* ab *oleo* id eſt creſco, ductum putat.

KA-

(1) ficti argumenti. (2) Grut. p. 134. v. 1. (3) de LL. l. 4. c. 22.

CLII. (1)

KAROLVS·ET·OCTAVIVS·FRATRES·MOZZONI·BISVSTIANI
DECVRIONES· MEDIOLANENSES
VETERE· PATRIMONIO·ANGELAE·MONETIAE· PROAVIAE
EX· FIDEICOMMISSARIA· LEGE· RECIPERATO
CASTRVM·CARBONAT·AVITAM·MONETIAE·GENT·SEDEM
SVPERIORVM· PATRIAE· PRINCIPVM
FREQVENTI· HOSPITIO· HONESTATAM
IN· CLIENTIVM· NOVORVM· SOLATIVM
SVA· IMPENSA· RESTITVENDVM· CVRAVERVNT
ANNO· M· DCC· LXXXII·

IN *Clientium Novorum Solatium*: Clientes appellavi novos Mozzoniorum ſtipendiarios, quod non alio vocabulo deſignari melius poſſe videantur, qui more hoc noſtro Dominos habent ſibi a Principe praepoſitos. ac mihi rem fere eandem Caeſar ſignificare videtur, quum ait, (2) *Eburones, qui ſunt Trevirorum Clientes*: nam & Treviri communi concilio parebant, penes quod in Galliis ſumma poteſtas & auctoritas erat. (3)

(1) In agro Mediolan. (2) B. G. l. 4. c. 6. (3) ibid. l. 2. c. 2. &c.

CLIII. (1)

ALEXANDER· LVCIANVS· SPINOLA
HORTOS· PENSILES· A· MAIORIBVS
SIBI· ET· QVI· PRIMI· IN· FAMILIA· NASCERENTVR
LIBERIS· POSTERISQVE· RELICTOS
QVVM· VETVSTATE· DILABERENTVR
IN· AMOENIOREM· FORMAM· RESTITVIT
IDEM· ITV· AMBITVQVE· DOMVS
FORENSI· ACTIONE· VINDICATO
IVDICISQVE· SENTENTIA· IN· CODICEM· RELATA
AEDES· AVITAS· OPERIBVS· AMPLIATIS· REFECIT
ANNO· M· DCC· LXXVIII·

IN *Tu Ambituque Domus*: leges apud Gruterum, (2) *Et Ad Id Monumentum Itum, Aditum, Ambitum Atque Hauſtum*. eſt autem *Itus* jus eundi, *Ambitus* circumeundi: *ab eoque*, inquit Varro, (3) *duodecim tabularum interpretes Ambitum*

bitum parietis circumitum esse describunt • de hoc Festus accurate : *Ambitus proprie dicitur inter vicinorum aedificia locus duorum pedum & semipedis ad circumeundi facultatem relictus*.

(1) Genuae • (2) p• 2081• n• 1• (3) L• L• l• 4• c• 4•

§• III•

INDICES LOCORVM PVBLICORVM ET PRIVATORVM

CLIII. (1)

M• HORTENSIVS• VITALIS II• VIRI• QQ•
L• FLAVIVS• CRISPVS
AREA• IN• PVBLICVM• RESTITVTA
PARIETES• A• MARCO• CASSIANO
INAEDIFICATOS• DEMOLIRI• IVSSERVNT
CLAVDIVS• LVCCEIVS MAGISTRI• FONTANI
AVRELIVS• ROLLIANVS
AQVAM• PVBLICAM• IN• PRIVATVM
AEDIFICIVM• EIVS• FLVENTEM
CAVSSA• COGNITA• ADEMERVNT

M *Agistri Fontani* : id est Curatores fontium . hac nempe formula appellantur in veteri inscriptione apud Fabrettum , (2) quae in Exquiliis ad Aggerem Servii reperta est . his autem paruisse puto , qui in alia inscriptione apud eundem (3) *Fontani* dicuntur , & Collegium fuisse videntur multorum sodalium , quum his senos Magistros praefuisse legamus .

(1) ficti argumenti • (2) p• 332• n• 495• (3) p• 278• n• 170•

CLV• (1)

QVAE• VITELLIORVM• ESSE• MANCIPIO• DICIMVR
VSV• IAM• SVMVS
AEDES
D• N• PII• VI• PONT• MAX• OPTIMI• PRINCIPIS

M *Mancipium & Vsus* opponuntur: quo pertinet Lucretii versus , (2)

Vitaque Mancipio nulli datur , omnibus Vsu .

item ille Curii lusus ad Tullium scribentis , (3) *fum χρησα μεν tuus , κτησα δε Attici nostri . ergo fructus est tuus , mancipium illius* .

O o LV•

(1) Tarracinae prope portam Romam • (2) l• 3• v• 985• (3) Fam• l• 7• ep• 29•

CLVI. (1)

Privatum dicitur, quod proprium eſt nec commune cum aliis. itaque Horatius de veterum Romanorum opibus ait, (2)

Privatus illis cenſus erat brevis,
Commune magnum.

& Tullius de juſtitiae munere, (3) *Vt communibus utatur pro communibus, Privatis ut ſuis.* itaque hic paucis ſignificatur, Aureliani Domum non ſervire.

(1) ficti argumenti. (2) l. 2. od. 15. v. 13. (3) de off. l. 1. c. 7.

CLVII. (1)



Vocabulum amavit hoc Cicero, uſupavitque ſaepius, ut ſuam, utque Attici ſui bibliothecam deſignaret. ſic enim ad Atticum ſcribens loquutus eſt: (2) *Epigrammatis tuis, quae in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus:* quae nimirum Atticus ibidem de Tullii laudibus inſcribenda curaverat; addit enim: *praeſertim quum & Chilius nos reliquerit, & Archias nihil de me ſcripſerit.* tum in eadem epiſtola, *Velim*, inquit, *ad me ſcribas, cujuſmodi ſit Αμαλθειον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσια, & quae poemata quaſque hiſtorias de Αμαλθεια habes, ad me mittas.* in alia vero de ipſo Attico, cui Sicyonii pecuniam debebant, ſic ludit: (3) *Ego enim te arbitror, caeſis apud Amaltheam tuam victimis, ſtatim eſſe ad Sicyonem oppugnandum profectum.* idem rurſus alia in epiſtola, (4) *Amalthea mea te expectat & indiget tui.* utroque enim modo illi placuit, *Amaltheum* & *Amalthea*. ante illum Sotion Peripateticus, ut auctor eſt Gellius, (5) librum multae variaeque hiſtoriae Κερας Αμαλθειας inſcripſerat, quod *Cornu Copiae* Latini reddunt; retulitque ad pervulgatam Caprae Amaltheae fabulam, quod liber ejus ob rerum varietatem ſimilis quodammodo Cornu copiae videretur. ceterum Tullius quum bibliothecam *Amaltheum* dixit, fortaſſe ipſam nominis originem ſpectavit, quod ab Αμαλθειου id eſt *Dito* aut *Nutrio* duci poteſt, ut Bibliothecae quammaxime conveniat.

QVOD

(1) titulus bibliothecae. (3) lib. 1. epiſt. 12. (4) lib. 2. epiſt. 1.
(2) lib. 1. epiſt. 16. (5) N. A. l. 1. c. 8.

CLVIII. (1)

QVOD· AGRI· EST· A· RIVO
AD· FLOVIVM· INTER· DVOS
AGGERES· MVNITOS· VERVBVS
FVNDVS· M· COCCEII
M· F· TOLENTINATIS
IVGERVM· TRIGINTA
ITER· ACTVS· DEBETVR· NEMINI

Munitus Verubus: non bene nuper qui Riccardiorum marmora a cenſoria Maffeji nota vindicavit, inter *vallum* & *veru* hoc ſtatuit diſcrimen, (2) ut *vallus* e ligno, *veru* niſi e ferro nullum ſit. nam *Verubus tranſuta ſalignis exta*, dixit Ovidius, (3) *Stellio in ligneis Verubus inaſſatus*, Plinii verba ſunt: (4) & apud Virgilium legimus, (5)

Pinguiaque in Verubus torrebimus exta colurnis,

id eſt e corylo arbore.

Iter, *Actus*: praediorum hae ruſticorum ſervitutes appellantur: *Iter*, inquit Vlpianus, (6) *eſt jus eundi, ambulandi homini, non etiam jumentum agendi*: *Actus eſt jus agendi vel jumentum vel vehiculum*.

(1) ficti argumenti.
(2) p. 233.
(3) l. 3. Faſt. v. 363.
(4) H. N. l. 30. c. 10.
(5) Georg. l. 2. v. 396.
(6) l. 1. D. de ſerv. pr. ruſt.

IOAN· ANTONIVS· MARIA· KAR· F· BENEVELLVS
V·C· CANONIC·ARCHIPRESB·SACRI·CIVILISQ·IVRIS·CONSVLTVS
ANNO· LXX· AETATIS· SVAE
ARCHIPRESBYTERO· ALBENSIVM· POMPEIANORVM·QVI PRIMVS· IN· EIVS· LOCVM· FACTVS· ESSET· QVIQVE DEINCEPS· ALTER· POST· ALTERVM· CREARENTVR DICERENTVRVE· AEDES· SVAS· ET· BIBLIOTHECAM CVM· REDITV· ANNVO· FVNDI· VECTIGALIS TESTAMENTO· LEGAVIT· AB· HEREDIBVS· IN· EAS CONDICIONES· Q· I· S· S·
QVAS· AEDES· QVAMVE· BIBLIOTHECAM·CVM·REDITV ANNVO· FVNDI· VECTIGALIS· ARCHIPRESBYTERO ALBENSIVM· POMPEIANORVM· IN· PERPETVVM·DARI ADSIGNARI· VOLO· EA· OMNIA· TIBI· KAROLE MARIA· TIBIQVE· KAROLE· FELIX· ET· TIBI INNOCENTIA· MARIA· IOSEPHI·LVDOVICI· FRATRIS MEI·FILIIS·OPTIMIS·CARISSIMISQVE·QVOS· HEREDES MEOS· INSTITVI· DO· TRADOQ· FIDEIQVE·VESTRAE COMMITTO· VTI· SVPERSTITIBVS· VOBIS· OMNIBVS AVT· SINGVLIS· IN· MANCIPIO· VESTRO· VSVQVE SIENT· NEVE· CVIPIAM· QVID· DE· IIS· QVAE· IN TESTAMENTO· MEO· LEGATA· HABEAT· REPETENDI VSVRPANDI· PERCIPIENDIVE· IVS· SIET
AT· QVANDOCVMQVE· VOS· DEVS·EX·HOMINVM·VITA MIGRARE· SINGVLOS· IVSSERIT· TVM· EA· OMNIA AD·ARCHIPRESBYTERVM·ALBENSIVM· POMPEIANOR· PERVENIRE· HAC·LEGE· VOLO· VTI· BIBLIOTHECAM IS· MEAM· PRESBYTERIS· COLLEGISQVE· SVIS· ET· IIS QVI· ORDINE· SACRO· CENSEANTVR· STVDIORVM CAVSSA· PATERE· SINGVLIS· NE· GRAVETVR·LIBRVM IDEM· LIMINE· VLLVM· EFFERRI· NE· PATIATVR
ACTVM· XIII· KAL· MART· ANNO· M· DCC· LXX·
ALLIANA· TABELLIO· ROGATVS· EDIDIT

Fvndi Vectigalis: fundos agroſque *Vectigales* dicebant veteres, qui in perpetuum locantur: *id eſt hac lege*, inquit Paullus juriſconſultus, (2) *ut tamdiu pro illis vectigal pendatur, quamdiu neque ipſis, qui conduxerint, neque his, qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eos liceat.*

Legavit Ab Heredibus: nempe ut ab heredibus acciperent, non ab ipſo teſtatore. ſic apud Tullium: (3) *Vxori teſtamento legat grandem pecuniam a filio, ſi qui natus eſſet: ab ſecundo herede nihil legat.*

Rogatus Edidit: formula eſt, quam & in papyris leges, quas Maffejus vulgavit. (4) *Deuſdedit Exceptor civitatis ſuae his geſtis edidit rogatus.* hic autem *Edere* eſt, ut Vlpianus ſcripſit, *copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti & dare vel dictare.* (5)

(1) Albae Pompejae. (3) pro Cluent. c. 12. (4) Diplom. p. 159.
(2) l. 1. D. ſi ager vect. (5) l. 1. D. de edendo.

CLX. (1)

CAESAR· PICVS
CANONICVS
ANNO· M· D· LII·
IN· HONOREM
SANCTI· NICOLAI· MAGNI
FVNDOS· SVOS· COLLEGIO· CANONICORVM
TESTAMENTO· LEGAVIT
ET· EX· EORVM· REDITV· DIVISIONEM· QVOTANNIS
VIRITIM· DARI· HAC· LEGE
VOLVIT
VT· QVARTO· QVOQVE· PER· HEBDOMADEM· DIE
QVI· PROFESTVS· ESSET
SACRVM· SINGVLI· IN· TEMPLO
FACERENT

Diviſionem Quotannis; ipſae res, quae dividerentur, *Diviſiones* interdum a Latinis dictae. Marcellus juriſconſultus, (2) *Quum quidam Decurionibus Diviſiones dari voluiſſet die natalis ſui.* & apud Muratorium, (3) *Decurionibus, Auguſtalibus Epulantibus & Populo Viritim Diviſionem Dedit.*

MAT-

(1) Fabriani in porticu aedis Nicol. (2) l. 33. c. 1. D. l. 25. (3) p. 1106. n. 6.

CLXI. (1)

MATTHAEVS· ISAIA· V· C·
CANONICVS
ANNO· M· DC· LXV·
TEMPLVM
SANCTI· NICOLAI· MAGNI
QVOD· VIVENS· INSTRVMENTO· ARGENTEO
PECVNIAQVE· IN· ORNAMENTVM· DATA
EXCOLVERAT
MORIENS· HEREDITATE· TESTAMENTO· TRANSMISSA
DITAVIT
VTI· EX· BONORVM· SVORVM· VECTIGALI
SACRA· SINGVLIS· ANNIS
PRO· PORTIONE· FIERENT

PRo *Portione*: id est, ut plura fierent, si majus; pauciora si minus vectigal esset. sic apud Tullium: (2) *Nunquam in Sicilia frumentum publice est emptum, quin Mamertinis pro portione imperaretur.*

(1) Fabriani in porticu aed. Nicol. (2) Verr. l. 3. c. 21.

CLXII. (1)

NICOLAVS· QVIRINVS· V· C·
CANONICVS
ANNO· M· DCC· XXV·
PECVNIAM· E· PATRIMONIO· DEMENSOQVE·
SVO· SANCTE· CONTRACTAM
TESTAMENTO· LEGAVIT
EX· QVA· TEMPLVM
SANCTI· NICOLAI· MAGNI
DE· COLLEGARVM· SENTENTIA
OPERE· CVLTVQ· SPLENDIDIORE· EXORNARETVR

DEmensoque *suo*: scribitur & *Dimensum*. est autem quod Graeci Σιτομετριον appellant, sive id, quod in mensem aut annum alimentorum nomine percipi-

cipimus. de Hadriano Spartianus: (2) *Senatoribus, qui non vitio ſuo decoxerant, patrimonium pro liberorum modo ſenatoriae profeſſionis explevit, ita ut pleriſque in diem vitae ſuae Dimenſum ſine dilatione praeſtiterit.* porro *Demenſum* proprie de quaternis frumenti modiis dicebant, quos ſervi in menſem accipiebant. Terentius: (3)

Quod ille unciatim vix de Demenſo ſuo
Suum fraudans genium, comparſit miſer.

(1) Fabriani in portico aed. Nicol. (2) in Hadr. c. 7. (3) Phorm. n. 3.

CLXIII. (1)

NICOLAVS· ANT· F· GIOBBES
DOMO· ROMA
IN· HONOREM· MARIAE· SANCTAE· LORETANAE
ET·IN·MEMORIAM·ANGELI· KARMELITAE· VIRI·VENERAB·
OMNEM· SVBSTANTIAM· SVAM
AB· EXCESSV· ANGELAE· ALBVTIAE· VXSORIS
AD· TEMPLVM· DOMVMQ· HOSPITALEM· ANGELIANAM
PERTINERE· TESTAMENTO· VOLVIT
EAMQVE· REM· SAXSO· INSCRIBI· IVSSIT
GVLIELMVS· PALLOTTA· CARD· PATRONVS
EX· AVCTORITATE· PII· VI· PONT· MAX·
CONDITIONES· TESTAMENTARIAS
EXPLICATIS· ONERIBVS· IN· PERPETVVM· MODVM
CONSTITVIT
ANNO· M· DCC· LXXXI·

Domo Roma: raro veteres in hujuſmodi inſcriptionibus patriam enunciabant; ſed ea erat cauſſa, quod auctores monumentorum ſaepe ob geſtos magiſtratus, aut ob collegia, in quae cooptati eſſent, indidem eſſe apparebat, ubi inſcriptiones proſtabant. vix tamen omiſere, ſi ad milites pertinerent, quod hi non modo ex omni Italia, ſed etiam ex provinciis legerentur, nec eorum nomina illuſtria & populo nota eſſent. res exemplis non indiget, quae apud Gruterum alioſque paſſim occurrunt.

L· AN-

(1) Romae via Lateran.

CLXIIII. (1)

L. ANTONIVS. M. F. BALBVS. V. C.
IN. MEMORIAM. OCTAVIAE. RESIANAE. SVAE
SCVTAT. X. M. DCCC. N. REI. PVBLICAE. FIRMANAE
QVI. AD. SCVTAT. XII. M. N. PERDVCERENTVR
ET. FVNDVM. RESIANVM. TESTAMENTO. LEGAVIT
VT. EX. REDITV. EORVM. IN. PERPETVVM
PVERI. XXXX. E. PLEBE. VRBANA
QVI. NEQVE. MINORES. ANNIS. SEPTEM
NEQVE. MAIORES. ANNIS. DECEM. CAPTI. SINT
IN. ANNOS. OCTO. SINGVLI. ALANTVR. INSTITVANTVR

Scutat. X. M. DCCC. N. Scutatos decem millia octingentos nummos. ſic apud Livium leges, (2) *Et Philippei nummi aurei quatuordecim millia quingenti quatuordecim.* genitivo enim caſu tum ſolum Latini res numeratas efferebant, quum *Millia* numero integra eſſent, ut apvd eundem; (3) *Signati Argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum.* nummum autem *Scutatum* appello, qui Iuliis conſtat decem, a ſcuto, quod in eo effictum eſt, ut a biga & victoria bigatum & victoriatum Latini ſuos nominaverunt.

(1) ficti argumenti. (2) l. 34. c. 12. (3) ibib. paullo ante.

CLXV. (1)

PIO VI. PONT. MAX.
IOAN. THOMAS. GALLARATIVS
EPISC. PARIVS
POSTREMA. GHISLIERIORVM. NATVS
CIDARIM. PVRPVREAM
EXVVIAS. SACRAS. AVGVSTAS
PII. V. PONTIFICIS. MAXIMI
A. MAIORIBVS. ACCEPTAS
ADFINI. CVLTORI. SECTATORI
DECESSORIS. SANCTISSIMI
DONVM. DAT

Cidarim Purpuream: Curtii verba ſunt, (2) *Cidarim Perſae regium capitis vocabant inſigne: hoc caerulea faſcia albo diſtincta circumibat.* at haec Hieronymi

mi, (3) *Cidaris enim insigne Pontificis est: corona, hoc est diadema, Regis indicium.* & a Hieronymo non dissentit Hesychius, cui *Cidaris* est περιδεμα κεφαλης, η εκ της τριχος ὑφασμα, ὑτοι ιδος καμηλαυκιε, ὁ και τιαρα κοινται. addit enim, τιτεσθε Κιδαριν λεγουσι περικρανιον φιλινον, η σεφανον, η φακιολιον, η πιλον βασιλικον Περσων, η το στροφιον, ὁ οἱ Ιερεις φορυσι. recte igitur & pileus Pontificis Maximi *Cidaris* appellatur.

(1) in arcula dono data. (2) lib. 3. c. 3. (3) in Ezechiel. l. 7. c. 21.

CLXVI. (1)

IOSEPHVS· CASTELLVS	IANVARIVS· SANCHEZIVS
CARDINALIS	LVNEN· ARAGON·
PEAEF· SACRI· CONSILII	IN· HONOREM
CHRISTIANO· NOMINI	IESV· DEI· SERVATORIS
PROPAGANDO	SANCTAEQVE· VIRGINIS
PICTVRATA· DVO· LINTEA	DEI· PARENTIS
EFFIGIE· PRAESTANTIA	ATQVE· IN· MEMORIAM
IESV· SERVATORIS	IOSEPHI· CASTELLI
EXANIMI	CARDINALIS
ET· MARIAE· VIRGINIS	VIRI· OPTIMI
DEVM· INFANTEM	PIENTISSIMI
DEXTRA· GESTANTIS	PICTAS· IMAGINES
QVAE· VIVENS	QVAE· SIBI· LEGATO
HABVIT· CARISSIMA	OBVENERE
IANVARIO· SANCHEZIO	SEPTO· AC· FASTIGIO
LVNEN· ARAGON·	CLVSAS
AMICO	ET· SACRO· CVLTV
PIGNVS· AMORIS· VLTIMVM	EXORNATAS
TESTAMENTO	LIBENS· MERITO
LEGAVIT	DEDICAVIT

PIcturata *Duo Lintea*: picturas plerique *Tabulas* indiscriminatim appellant, sive ligno inductae fuerint, sive illitae telae. atqui Latini illi veteres pictorem in tela pingentem viderant nullum, & quas dicebant *Tabulas pictas*, tabulas re vera esse intelligebant. itaque Tullius, quum peristromata etiam attingere vellet,

ſic eſt loquutus: (2) *Nego ullam picturam neque in Tabulis neque textilem fuiſſe, quin conquiſierit.* quare *Picturae*, quae in linteis ſint, recte appellentur, *Tabulae* non item, ſi veterem ſcribendi conſuetudinem ſequi libet.

(1) in aula cubiculari. (2) 6. Verr. c. 1.

CLXVII. (1)

D. N. MARIAE. SANCTAE. GENETRICIS. DEI
QVAM. CONCA. EQVES. PINXIT. TABVLAM
HAEC. ANTEA. IN. SACRIS. EXPEDITIONIBVS
LATIOS. OBIBAT. AGROS
NVNC. IERANI. SEDEM. HABET. SANCTA. AVGVSTA
SVPPLICIS. PRAESIDIVM. PATRIAE
AT. EXEMPLAR. EIVS. PIO. VI. PONT. MAX.
QVANDO. IDEM. OLIM. VENERATVS. EST
HOCCE. DEDICAT. PVBLICE
ORDO. ET. POPVLVS. IERANENSIS

Sacris In Expeditionibus: militare hocce vocabulum, quo iter maxime belli cauſſa ſuſceptum deſignatur, ad res quoque alias ſignificandas non nemo Latinorum tranſtulit. haec ſane Plinii ſunt verba: (2) *Apes noctu deprehenſae in Expeditione, excubant ſupinae.* licuit igitur & mihi *Expeditiones* appellare itinera & labores populorum erudiendorum atque conformandorum cauſſa ſuſceptos: quemadmodum veteres dixere, *Bellum indicere Philoſophiae, ſuſcipere aeternum Bellum cum improbis*, & ſimilia, quae de militia & bellicis artibus dicta eſſe, nemo exiſtimet.

(1) ad Effigiem S. Virg. (2) H. M. l. 11. c. 8.

CLXVIII. (1)

MARIVS. ET
CLAVDIANVS FRATRES. ORATAE
MAGISTRI. SODALIVM. ANTONIANORVM
ANNO. I.
TABVLAS. DVAS. RAPHAELIS. SANCI. MANVS
DEIQVE. PVERI. ARGVMENTO. NOBILES
OB. HONOREM. MAGISTERI
IN. DEDICATIONE. SCHOLAE
COLLEGIO. DONVM. DEDERVNT

Ancii Manus: id eſt opus ſive picturam; ſic nempe & veteres loquuti: Petronius, (2) *Zeuxidos manus vidi nondum vetuſtatis injuria victas.* Statius, (3)

Vidi

Vidi artes veterumque manus, variiſque metalla
Viva modis.

(1) ficti argumenti. (2) in Satyr. c. 83. (3) l. 1. Silv. 3. v. 47.

CLXVIIII. (1)

M· ANTONIVS· CASSIANVS
IN· MEMORIAM
EVGENII· PATRIS· SVI
SIGNA
IVSTITIAE· ET· PACIS
PROPLASMATA
ALEXANDRI· ALGARDI
COLLEGIO· LVCANO
PICTORVM· ET· STATVARIORVM
DONVM· DEDIT

PRoplaſmata: Varronis ipſius vocabulum eſſe videtur, de quo Plinius, (2) *Idem*, inquit, *magnificat Arceſilaum L. Luculli familiarem, cujus Proplaſmata pluris venire ſolita artificibus ipſis, quam aliorum opera*. porro *Exemplaria* etiam dicebantur: nam idem addit: *Octavio Equiti Romano Cratera facere volenti, Exemplar e gypſo factum talento*.

(1) ficti argumenti. (2) H. N. l. 35. c. 12.

CLXX. (1)

AVE
PARTHENIA
VIRGO· MARTYR
IOSEPHVS· MARIANVS· PARTHENIVS
SACRI· OSSA· CORPVSCVLI
CVM· PHIALA· SANGVINIS
IN· ARENARIIS· PRISCILLAE
AD· VIAM· SALARIAM· REPERTA
COLLEGIO· PIENTISSIMO
VIRGINVM· THERESIANORVM
DONVM· ROMA· MISSVM
PRIVO·IN·SACRARIO·PROPRIVM·DICAVIT
SANCTAE· PRAESIDIVM· DOMVS

IN *Arenariis Priſcillae*: diu ante Chriſtianum nomen multae circa urbem criptae fuere, quas ab egeſta arena *Arenarias* appellabant: meminit inter alios

Tullius, ubi Afinii Larinatis caedem attigit: (2) *Afinius autem brevi illo tempore, quaſi in hortulos iret, in Arenarias quaſdam extra portam Exquilinam perductus, occiditur.* loca hujuſmodi ſubterranea perfugium poſtea Chriſtianis in communi periculo patuerunt; & quia ibidem mortuos componebant, Coemeteria appellata: de quibus haec habet Hieronymus: (3) *Dum eſſem Romae puer, & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum ceteris ejuſdem aetatis & propoſiti diebus Dominicis ſepulcra Apoſtolorum & Martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, quae in terrarum profunda defoſſae, ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora ſepultorum, & ita obſcura ſunt omnia, ut propemodum illud Propheticum compleatur,* Deſcendunt in infernum viventes; *& raro deſuper lumen admiſſum horrorem temperet tenebrarum: ut non tam feneſtram, quam foramen demiſſi luminis putes: rurſumque pedetentim acceditur, & coeca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur,* (4)

Horror ubique animos ſimul ipſa ſilentia terrent.

(1) Fani Fortunae in coenobio.
(2) pro Cluent. c. 13.
(3) ad c. 40. Ezechiel.
(4) Aen. l. 2. v. 755.

CLXXI. (1)

AVLVS. CANVLEIVS. DECVR. NOLAN.
MARCO. FAVENTIO
M. F. SABINO
INVESTIGATORI. RERVM. NATVRALIVM
SVI. TEMPORIS. PRIMO
VRI. SILVESTIS. CAPVT
IN. RVPE. AD. TIFATA
LAPIDESCENS. NACTVS
DONVM. LIBENS. AMICO
DEDI
MIRVM. NATVRAE. OPVS
ET. VETVSTATIS

AD *Tifata*: Montem, qui Capuae imminet, *Tifata* veteres appellabant, de quo ſaepe Livius & Silius mentionem fecerunt. templa in eo bina fuiſſe accepimus Dianae & Iovis Tifatini, de quibus alias a me actum eſt. (2)

ATHA.

(1) adſciti argumenti.
(2) v. l. 1. de ſt. Inſcr. p. 100.

CLXXII· (1)

ATHANASIVS· KIRCHER
DOMO· FVLDA
MATHEMATICVS· AETATIS
SVAE· PRAESTANTISSIMVS
AD· INGENIA·HOMINVM
PRAECLARIS
ARTIBVS· IMBVENDA
MVSEVM· CVI· NOMEN· ET
FAMAM· FECIT
INSIGNIBVS·VETVSTATIS
RELIQVIIS
ET· MIRANDIS· NATVRAE
MVNERIBVS· INLATIS
PRIMVS· SVA· IMPENSA
CONSTITVIT
IDEMQVE· INVENTIS· SVIS
AVXIT
SCRIPTIS· ILLVSTRAVIT
PHILIPPVS· BONANNVS
CONTVCIVS·CONTVCCIVS
PRAEFECTI
ALTER· ORNATV· VARIO
ALTER· VETERVM
MONVMENTIS· EXCOLVIT
LITTERIS· VTERQVE
CELEBRARVNT
IOAN·BAPTISTA·TOLOMEVS
CARDINALIS
ANNVA· PECVNIA
IN· TVITIONEM· LEGATA
AB· INTERITV· ADSERVIT

BENEDICTVS· XIIII·
PIVS· VI·
PONTT· MAXX·
REX· POLON· FRIDERICVS
AVGVSTVS· III·
MVSEVM·MVNIFICENTIA·SVA
DITAVERVNT
QVIQ· INFRA· SCRIPTI· SVNT
VV· CC·
ALII· ALIA· VETERVM
SVPELLECTILE
ORNAMENTISQ· EX· GEMMA
AVRO· ARGENTO
ITEM· SIGNIS· AEREIS
MARMOREISQVE
INSTRVXERVNT
NOBILITARVNT
ALEX· GREGORIVS
CAPPONIVS
ALFONSVS· DONNINVS
LEO· STROZZIVS
PROSPER· MOLARA
FRANCISC· FICORONIVS

LOcus conſulto relictus eſt nominibus adſcribendis munificorum virorum, quicumque Muſeum ſubinde locupletaverint: quibus jam praeivit, primoſque honores occupavit vir eminentiſſimus Franc. Xaverius Zelada Cardinalis; qui quum domi inſignem omnis generis gazam in Muſeo ſuo dedicarit, eamque in dies augeat, exornet; eo tamen hoc quoque alterum ſtudio excolit amplificatque, ut non tam Reſtitutor, quam Conditor appellandus ſit. quod quidem teſtis dico & confirmo: opera enim ille mea aut conſilio in monumentis omnibus & praeclara veterum ſupellectili ordinanda atque ornanda uti voluit.

(1) Romae ad introitum Muſei.

CLXXIIII. (1)

P·I·O· VI· BRASCHIO
PONTIFICE· MAXIMO
IOAN· PETRVS· KAR· F· CAMPANA
CVRATOR· PIGNORIBVS· RECIPIVNDIS
AEDES· CVM· AREA· AMBITVQVE· OMNI
NVPER· PAVLLI· A· CHRISTI·PASSIONE·VIRI·PIENTISSIMI
INCOLATV· HONESTATAS
LEGIBVSQVE· AB· EO· FAMILIAE· SVAE· IBIDEM· DATIS
POSTERITATI· MEMORANDAS
POST· MIGRATIONEM· EIVS· EMIT
ET· MACERIA· RESTITVTA· HORTISQVE· INSTRVCTIS
REFECIT

A *Chriſti Paſſione*: quid hoc eſt? inquies: num Latinorum quiſpiam, quid ſibi iſta velint, ſi legeret, explicare poſſet? haereret fortaſſe; vix tamen, rem edoctus, meliora proferret. quin & hoc, opinor, daret, vix alia ſignificatione dixiſſe Livium, *Turnus Herdonius ab Aricia*: (2) & Tullium, *Noſtri, inquam, illi a Platone & Ariſtotele moderati homines*. (3) jam pro *Paſſione* Tullianum vocabulum eſt *Perpeſſio*, ſed tamen non ſolitarium; ſic enim uſurpatur, *Laborum Perpeſſio*, (4) *Perpeſſio dolorum*: (5) itaque hic quadrat magis *Paſſio* abſolute, quam vocem Chriſtianorum ſcriptorum vetuſtiſſimi uſurparunt, quamque in iis etiam carminibus legimus, quae Cornelio Gallo tribuuntur. (6)

AN·

(1) Romae incidenda ad hortos Coelimont.
(2) lib. 1. c. 50.
(3) pro Mur. c. 30.
(4) de inv. l. 2. c. 54.
(5) de fin. l. 1. c. 15.
(6) eleg. 5. v. 42.

CLXXIIII. (1)

QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT
II. AD. ODEVM. ET. SVBSELIARIVM
IN. AREA. PVBLICA
CONSTRVENDVM
PECVNIAM. CONTVLERVNT
ET. EX. DECRETO. ORDINIS
PRIMI. LOCA. SINGVLI. QVATERNA
SIBI. POSTERISQVE. SVIS. EXTRA. SORTEM
OPTAVERE
MOENIANO. I.
DECVRIONES
SEXTVS. AVIOLA. MARCVS. PANSA
LVCIVS. AVIENVS. CAIVS. FABVLLVS
QVINTVS. ANVLINVS. FLAVIVS. MERVLA
MOENIANO. II.
CORPORATI. CIVES. ORD. II.
AVRELIVS. FESTVS. POMPONIVS. MELA
FAVSTVS. CLAVDIANVS. LIVIVS. ABENNA
MOENIANO. III.
NEGOCIATORES. FRVMENTARII
ANTONIVS. GALBA. LVCAS. ALBINVS
PAVLLVS. LIVINEIVS

Deum & Subſeliarium: plura in urbe Odea fuiſſe conſtat, quae inſtar ejus facta putantur, *quod*, ut ait Vitruvius, (2) *Athenis Pericles columnis lapideis diſpoſuit, naviumque malis & antennis e ſpoliis Perſicis pertexit*. hujus deſcriptionem apud Plutarchum (3) accuratam invenies. porro in his certamina muſica ſpectabantur, quae Romae a Neronis aetate frequentari coepta. nomen unde ſit ductum, exponit Suidas: Ὠδεῖον, θέατρον ᾠδικὸν, ὅπερ θέατρον . . . . ἐπὶ τῷ τὰς ᾠδὰς τὰς μουσικὰς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Ὠδεῖον ἐκλήθη ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. utinam vero hujuſmodi aedificia noſtris quoque temporibus haberemus! quo ſcilicet muſicorum greges, quum theatra ſilent, concedere poſſent: quique eantu & fidibus delectantur, feriati homines, loeum ad conveniendum haberent publieum, ubi garrire ſine noxa, & colludere nulla piorum offenſione poſſent.

Subſeliarium, ante ignotum Grammaticis voeabulum, nuper in eenſum venit e veteri lapide ad Centumcellas reperto, in quo legimus, *Curiam*, *Tabularium*, *Scaenarium*, *Subſeliarium Loco Privato De Sua Pecunia Caſtronovanis Faciunda Coeravit*. ſedes autem, ut apparet, ſive theatri loca deſignat.

QVO-

(1) ficti argumenti. (2) lib. 5. c. 9. v. Svet. in Domit. c. 5. (3) in Pericl. p. 160. A.

CLXXV. (1)

ANNO. M. DCC. LXXVIIII.
KAL. OCTOBR.
OCTAVIO. M. F. BLANDO. MANCIPI. VIAR.
AREAM. RVDERIBVS. COMPLETAM
IN. PLANITIEM. REDIGENDAM. LOCAVIT
DECIVS. QVINTINVS
CVRATOR. OPER. PVBL. IDEMQ. PROBAVIT

Mancipi Viarum : ſic apud Gruterum (2) *Mancipi Viae Appiae* : & eadem fere ſignificatione alii *Mancipes Balnearum* , (3) *Mancipes Officinarum Acrariarum* (4) dicti ſunt . eſt autem *Manceps* redemptor operis faciendi , item conductor mercenariorum & operariorum , quaeſtus cauſſa : (5) & qui officinas conducit aut agros eadem de cauſſa . (6)

(1) fícti argumenti .
(2) p. 622. n. 2. v. Tacit. ann. l. 3. c. 31.
(3) Reinef. Cl. 1. n. 120.
(4) Don. Gl. 8. n. 16.
(5) v. Suet. in Veſp. c. 1.
(6) v. Plin. l. 3. ep. 19. & ſenior. H. N. l. 10. c. 43.

CAP.

CAPVT V.

ELLOGIA

§. I.

ELLOGIA CAELITVM SANCTORVM

CLXXVI. (1)

ATHANASIVS· SANCTVS
PATER· ET· DOCTOR· ECCLESIAE
PONTIFEX· MAIOR· ALEXANDRIN·

CONCILIO· NICAEENSI· DIACONVS· INTERFVIT
PERPETVVMQVE· CVM· ARIANA· FACTIONE
BELLVM· SVSCEPIT· IN· PONTIFICATV
OB· CATHOLICAM· PROFESSIONEM· CONVICIIS
IMPROBORVM· APPETITVS· ET· IN· IVDICIVM
CALVMNIA· INSTRVCTA· VOCATVS· INSIDIIS· ETIAM· AD
CAEDEM· PARATIS· SAEPE· LATITARE· COACTVS
ORBEM· TERRARVM· EXSVL· PERAGRAVIT
EXEMPLVM· VBIQVE· INNOCENTIAE· ATQVE· CONSTANTIAE
MAXIMAS· INTER· CVRAS· ALEXANDRINIS· SVIS
SANCTISSIME· PRAEFVIT· ANNOS· SEX· ET· QVADRAGINTA
MAGNVS· DIVINARVM· LITTERARVM· INTERPRES
EGREGIVSQVE· VETERIS· DOCTRINAE· ATQVE· IVRIS
PROPVGNATOR HABITVS· EST

HVIC· ECCLESIA· VNIVERSA
IN· SACROSANCTIS· CONCILIIS
SVMMAE· INTEGRITATIS· VERAEQVE· SENTENTIAE
TESTIMONIVM· TRIBVIT

Pontifex Major: quum ſummum religionis & ſacrorum magiſtrum antiqua formula *Pontificem Maximum* jamdiu appellemus; quidni, quos ab ejus honore proximos agnoſcimus, & dignitate ceteris, qui *Pontifices* audiunt, majores ſunt, veteri item appellatione *Pontifices Maiores* nominemus? neque enim raro id nomen inſcriptiones exhibent, aut ea ſignificatione uſurpatum declarant, ut religionis cauſſa repudiare debeamus: (2) eſto, iidem, quum in Codice Juſtinianeo (3) *Archiepiſcopi* dicantur, hoc quoque deſignari titulo poſſint, cui nempe Latini ſaltem recentiores auctoritatem addidiſſe videantur.

Ob Catholicam Profeſſionem : pro Vniverſali *Catholicum* & Plinius dixit: (4) qua fere ſignificatione Chriſtiani ſcriptores uſurpant . *Profeſſio* autem tam de artibus, quam de vitae genere a Latinis dicitur ; *Profeſſionem pietatis* habet Tacitus , (5) *Vltimae Profeſſionis homines* Lampridius . (6)

(1) adſciti argumenti .
(2) Grut· p· 360· n·8· l·433· n· 4· &c·
(3) C· de ſum· Trin· l·7· &c·
(4) H· N· l. 1· in elenc· l· 2·
n· 15· & n· 55·
(5) in Agric· c·3·
(6) in Elag· c· 20·

CLXXVII· (1)

AMBROSIVS· AMBROSII· F· SANCTVS
PATER· ET· DOCTOR· ECCLESIAE
PONTIFEX· MAIOR· MEDIOLANENSIVM

QVI· DOMESTICIS· EXEMPLIS· AD· OMNEM· SANCTIMONIAM ERVDITVS· INGENIO· ELOQVENTIA· LITTERIS· CLARVS REI· CHRISTIANAE· ADMINISTANDAE· INVICTVM ANIMVM· SVMMASQVE· VIRTVTES· ATTVLIT A· SVSCEPTO· PONTIFICATV· PIETATIS· ET· SACRORVM CVLTOR· ADSIDVVS· VETERIS· DOCTRINAE· STRENVVS PROPVGNATOR· FVIT· PATRIMONIVM· SVVM· IN· ALIMENTA PLEBIS· OPESQVE· SACRAS· CAPTIVIS· REDIMENDIS· PROFVDIT POPVLVM· OMNESQVE· ORDINES· CONCIONIBVS· SCRIPTIS CONSILIIS· EXEMPLIS· SANCTISSIME· INSTITVIT FACTIONEM· ARIANORVM· VIGILANTIA· COERCVIT AEDIVM·SACRARVM·RELIGIONEM·AVCTORITATE·TVTATVS·EST FL· THEODOSIVM· AVG· OB· THESSALONICENSIVM· CAEDEM TEMPLI· ADITV· PROHIBITVM· DEO· CONCILIAVIT AVGVSTINVM· AB· ERRORE· REVOCATVM· ORBI CHRISTIANO· SANCTITATIS· EXEMPLAR· DEDIT

Domeſticis Exemplis : ſic Tullius M. Catonem adloquens , de proavo ejus rem attigit ſimilem: (2) *De cujus*, inquit, *praeſtanti virtute quum vere graviterque diceres, Domeſticum te habere dixiſti Exemplum ad imitandum* .

Enimvero praeter Vranium Satyrum fratrem , & ſororem Marcellinam , utrumque egregiis moribus, & praeclaris virtutibus ſpectatiſſimos , numerabat Ambroſius inter majores ſuos virginem ſanctiſſimam Soteridem , ſub Diocletiani principatu martyrii laude illuſtrem , de qua ipſe haec ad Sororem perſcripſit : (3) *Sed quid alienigenis apud te, Soror, utor exemplis, quam hereditariae caſtitatis inſpirata ſucceſſio parentis infuſione martyris erudivit? . . . . . qui enim fieri poſſet, ut ſancta Soteris tibi non eſſet mentis auctor, cui auctor eſt generis?*

IOAN-

(1) adſciti argumenti . (2) pro Mur· c· 31· (3) l·3. de virgin· p· 554· H· ed.Pariſ.1586·

CLXXVIII. (1)

IOANNES· SANCTVS
DOCTOR· CHRYSOSTOMOS
PATER· ECCLESIAE
PONTIFEX· MAIOR· CONSTANTINOP·

PRIMVS· SACERDOTVM· MINORVM· CONCIONES ANTIOCHIAE· AD· POPVLVM· HABVIT· CIVESQVE SVOS· AD· RELIGIONEM· ET· VIRTVTEM· INSTITVENS AB· AVREA· ELOQVENTIA· COGNOMEN· INVENIT IDEM· DEDVCTVS· AB· IMPERATORE· ARCADIO· AVG· ECCLESIAE· CONSTANTINOPOLITANAE· SANCTISSIME PRAEFVIT· VITIORVM· OMNIVM· INSECTATOR ET· HAERETICARVM· FACTIONVM· HOSTIS· PRO MAIESTATE· SACERDOTII· TVENDA· PRO· ECCLESIAE LEGIBVS· CONSERVANDIS· SAEPE· IN· DISCRIMEN CAPITIS· VOCATVS· PERICVLA· IMMOBILI· PIETATE CONTEMPSIT· ODIA· IMPROBORVM· EXPLEVIT BIS· OMNIVM· BONORVM· MOERORE· IN· EXSILIVM ACTVS· MORTE· IN· EXSILIO· FORTISSIME· OPPETITA QVEM· ORBIS· TERRARVM· VT· PARENTEM· LVXIT

NOMEN· EIVS· IVSSV· INNOCENTII· I· PONTIFICIS· MAXIMI FASTIS· EST· SACRIS· ADSCRIPTVM
CORPVS· AB· IMP· CAES· THEODOSIO· AVG· F· AVG· TRIVMPHALI· POMPA· CONSTANTINOPOLIM· AD· TEMPLVM MAXIMVM· EFFVSA· OBVIAM· CIVITATE· RELATVM· EST

Haereticarum Factionum; Tullius aliique e Latinis ſaepe *Haereſim* pro ſecta poſuerunt. *Haereticus* Chriſtianorum ſcriptorum eſt; eandemque vocem adjectivorum more uſurpavit Arator. (2)

Majeſtate Sacerdotii: quid Latinis *Majeſtas* ſit, maxime illa Salluſtii declarant verba: (3) *Majores veſtri parandi juris & Majeſtatis conſtituendae gratia, bis per ſeceſſionem armati Aventinum occupavere*. Tribunos enim plebis deſignare voluit, qui ſancti & inviolabiles habebantur. quare idem eſt *Majeſtas* atque amplitudo & dignitas, quam nemo laedere, omnes revereri debeant.

(1) adſciti argumenti. (2) In Act. Ap. c. 16. l. 1. v. 611. (3) in Iugur. c. 31.

CLXXVIIII. (1)

GREGORIVS· GORDIANI· F· SANCTVS
PATER· ET· DOCTOR· ECCLESIAE
PONTIFEX· MAXIMVS

POST· FORENSES· LABORES· QVVM· SENATORIO· ESSET· GRADV ET·PRAEFECTVRAM·VRBANAM·PRO·EIVS·ORDIN· DIGNITATE· GESSISSET HONORES·RELIQVOS· VT· MONACHVM·AGERET·FORTI·ANIMO·SPREVIT PATRIMONIVMQ·SVVM· COENOBIIS· SEPTEM· EXAEDIFICANDIS· EFFVDIT EXEMPLIS· INDE· CONTENTIONE· SCRIPTIS· ENISVS· EST· VT· AVITA DOCTRINA· MANERET·IMMOBILIS·RESQVE· PVBLICA·PERDITIS·MORIBVS AFFLICTA·IN·VETEREM·SPLENDOREM· REDIGERETVR· LEGATIONEM· ADTIB· CONSTANTINVM· AVG· PELAGII· PONT· MAX· NOMINE· SVSCEPIT IN· EAQVE· EVTYCHIVM· ANTISTITEM· CONSTANTINOP· NOVIS· REBVS STVDENTEM· ERRORE· EXSOLVIT· IN· PONTIFICATV· MAXIMO· QVEM HONOREM·INVITVS·ACCEPIT·ANNOS·XIIII·OMNIVM·VIRTVTVM·GENERE ENITVIT· EGENORVM· ALTOR· CALAMITATVM· PROPVLSATOR· FVIT CONCILIISQVE·EPISCOPOR·INDICTIS·SEDITIOSOS·HOMINES·COERCVIT AC· VETEREM· MONACHORVM· SANCTIMONIAM· REVOCAVIT RITVS· SANCTISSIMOS· INVEXIT· LEGES·ECCLESIAE· SALVTARES· TVLIT BRITANNIS·AD·CHRISTIANAM·PROFESSIONEM·TRADVCTIS· APOSTOLVS EIVS· GENTIS· DICTVS· EST

SECVNDVS· PONTIFICVM· MAXIMORVM
EX· REBVS· GESTIS
MAGNI· COGNOMEN· DVXIT

Coenobiis: Graeca quidem vox eſt, & a Graecis ad vitae ſocietatem & communitatem ſignificandam uſurpata: ſed pro ipſa etiam Coenobitarum domo poſuit Hieronymus, (2) & Latinis perſcripſit litteris.

Apoſtolus: Graeca item vox, ſed quam in vetuſtiſſimis Chriſtianorum ſcriptorum libris legimus, eamque Latina conſuetudine enunciatam. Romani tamen juriſconſulti litteras, quae *Appellatoriae* aut *Dimiſſoriae* dicebantur, ſaepe & *Apoſtolos* nuncupabant.

§. II.

(1) adſciti argumenti.

(2) l. 2. Comm. in c. 3. Lam. Hier.

CLXXX. (1)

M· PORCIVS· M· F· CATO

CENSOR· COS· PRO· COS· PR· AED· Q· TR· MIL· EX· HISPANIA CITERIORE· TRIVMPHVM· DEPORTAVIT EX· SARDINIA· Q· ENNIVM POETAM· DEDVXIT· IN· CENSVRA· LVXVRIAM· PVLLVLANTEM REPRESSIT· ATQVE· IN· COMPLVRES· NOBILES· ANIMADVERTIT MVLTIS· INIMICITIIS· REI· PVBLICAE· CAVSSA· SVSCEPTIS· VSQVE AD· EXTREMAM· SENECTVTEM· LAVDE· CREVIT· SCRIPSIT ADOLESCENS· ORATIONES· SENEX· HISTORIAS· AGRICOLA· SOLERS PERITVS· REI· PVB· IVRIS· CONSVLTVS· ORATOR· PROBABILIS IMPERATOR· MAGNVS· HABITVS· EST

HAec e Catonis vita, quam Nepos Cornelius ſcripſit, deſumpta ſunt: cujus ſane ſtilus ellogiis texendis aptiſſimus mihi videtur.

(1) adſciti argumenti.

CXXXI. (1)

M· TVLLIVS· M· F· CICERO
COS· PROCOS· PRAET· AED·
QVAEST· TRIB· MIL· AVGVR
IN· CONSVLATV· CONIVRATIONEM L· CATILINAE· DEPREHENDIT ET· RE PVBLICA· E· PERICVLIS· ERERPTA· PRIMVS OMNIVM· A· SENATV· PARENS· PATRIAE APPELLATVS· EST
IN· PROCONSVLATV· CILICIA PROVINCIA· SANCTE· ADMINISTRATA IVSTI· ETIAM· TRIVMPHI· RES· GESSIT IMPERATOR· AB·· EXERCITV· DICTVS PRIVATVS· QVOQVE· MAGNO· VSVI REI· PVBLICAE· SEMPER· FVIT IN· CVRIA· IN· ROSTRIS· IN· FORO DEFENSOR· SENATVS· VINDEX· LIBERTATIS ARTES· IDEM· ET· STVDIA VNVS· EX· OMNIBVS· MAXIME· COLVIT ORATOR· OPTIMVS· ET· PHILOSOPHVS PRAESTANTISSIMVS· DISCIPLINAS GRAECORVM· LATIO· INTVLIT

CIVI MAXIMO D· EC· DEC· PVBLICE

DEDIC· KAL· APRIL· AN· M· DCC· LXXVIII·

ASpini ſtatua Tullii dedicata fingitur: quem utique honorem, ubicumque Latinae vigent litterae, nedum in patria meritus ille eſt. IMP·

(1) adſciti argumenti.

CLXXXII. (1)

IMP. CAES. KAROLVS. V. AVG.
ANNOS. VNDEVIGINTI. NATVS. QVVM. IN. VTRAQVE
HISPANIA. ANNVM. TERTIVM. REGNARET
IMPERIVM. POPVLI. ROMANI. ACCEPIT
VOLVNTATE. FRIDERICI. SAPIENTIS. IMP. DESIGNATI
QVI. EVM. HONOREM. VLTRO. SE. MERENTI
DARE. ET. OPTIMO. CEDERE. PROFESSVS. EST
DVX. AETATIS. SVAE. FORTISSIMVS. REGEM
OPVLENTISSIMVM. ORBIS. TERRARVM. DEVICIT
TVRCARVM. EXERCITVS. FVDIT. AHENOBARBVMQVE
ARCHIPIRATAM. VICTORIIS. FEROCEM. COERCVIT
MVLEASSEM. IN. REGNVM. TVNETANVM. REDVCTVM
VECTIGALEM. FECIT. MELITAM. INSVLAM
EQVITIBVS. HIEROSOLYMARIIS. CONDONAVIT
BELLA. PRO. RELIGIONE. PATRIA. ADVERSVS
PERDVELLES. MVLTA. CONFECIT. PROVINCIIS. OMNIBVS
PACATIS. IMPERIVM. POST. ANNVM. XXXVIII.
VOLENS. LIBENSQVE. DEPOSVIT

K*arolus V.* : numerum ſane veteres adſcribere iis ſoliti , qui eundem Magiſtratum iterum aut ſaepius geſſiſſent ; reges vero & Principes ſuos , qui cognomines eſſent, ad Graecorum conſuetudinem appoſito potius , quam numero diſtinxerunt. Capitolinus tamen de Gordiano Pio ſcribens ſic loquutus eſt: (2) *Dexippus quidem adſeverat, ex filio Gordiani Tertium Gordianum eſſe natum.*

(1) adſciti argumenti. (2) in Gordianis c. 23.

CLXXXII. (1)

NICOLAVS. V. PONT. MAX.
QVI. OPTIMIS. ARTIBVS. REVOCATIS
PRIMVS. BIBLIOTHECAM. VATICANAM
VETVSTISSIMIS. CODICIBVS
GRAECIAE. ET. ORIENTIS. EXSVVIIS
ORNAVIT

G*raeciae & Orientis Exſuviis*: Graecia Aſiaque omni a barbaris vaſtata , immunes belli atque incendiorum multis in locis manſere Codices : eos ergo *Exſuvias* appellari poſſe exiſtimavi, ut Livius de Hannibale & exercitu ejus dixit, *Exu-*

(2) *Exſuvias non militum modo ſed etiam imperatorum portantem* : & Iuvenalis (3) *Bellorum Exſuviae* . neque porro arma tantum , ſed quaecumque hoſtis fuiſſent, *Exſuviae* dictae : *Dulces Exſuviae* a Didone appellantur , quae Aeneas dederat munera : (4) & Alpheſiboei venefica ſic cecinit : (5)

Has olim Exſuvias mihi perfidus ille reliquit
Pignora cara ſui .

(1) in aedib. Vatic. ad diaetam Card. Bibl.
(2) l. 30. c. 28.
(3) Sat. 10. v. 133.
(4) l. 4. v. 651.
(5) Virg. ed. 8. v. 91.

CLXXXIIII. (1)

XYSTVS· IIII· PONT· MAX·
QVI· BIBLIOTHECAM· VATICANAM
PRAEFECTO· DATO· CVSTODIBVS· SCRIBISQ·
LIBRARIIS· CONSTITVTIS· DEDICAVIT
ET· INGENIA· SAPIENTIVM
REM· PVBLICAM· FECIT

REm *Publicam Fecit* : id eſt omnium communia . ſic olim Plinius eodem in argumento loquutus de Aſinio Pollione , (2) *Qui primus bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit* .

(1) ibidem .
(2) H. N. l. 35. c. 2.

CLXXXV. (1)

XYSTVS· V· PONT· MAX·
CVIVS· MVNIFICENTIA
MAGNVM· BIBLIOTHECAE· VATICANAE
CHALCIDICVM
OPERIBVS· A· SOLO· AMPLIATIS
EXSTRVCTVM· EST

CHalcidicum : in monumento Ancyrano legimus , *Curiam & Continens Ei Chalchidicum Templumque Apollinis* : (2) *Chalchidicum* igitur , ſive ut habet Vitruvius (3) *Chalcidicum* neque Curia erat neque templum . adde jam , neque Baſilica , quum Vitruvius Chalcidica in extremis Baſilicarum partibus conſtitui jubeat . (4) apud

apud Reineſium vero (5) in veteri inſcriptione junguntur *Chalcidicum* & *Schola*, ut a Schola etiam differre dicendum ſit. ex his porro illud etiam colligas, licet, aedificium fuiſſe ejuſmodi, ut non ſolitarium ſtaret, ſed alteri adhaereret. Feſtus fuiſſe ait *genus aedificii ab urbe Chalcidica dictum*. nomen certe externum fuiſſe Dio quoque indicat ſic appellans, (6) καὶ τὸ χαλκιδικὸν ὠνομασμένον. Oecum enimvero amplum magnumque fuiſſe puto in aedibus publicis exſtructum publicorum conviviorum cauſſa, qualem Soſius Pergami ſtraverat, *quem*, inquit Plinius, (7) *vocant aſaroton oecon*. in hanc opinionem Arnobii locus ille vulgatus me adduxit: (8) *Deſcribuntur Dii veſtri in tricliniis caeleſtibus atque in Chalcidicis aureis cenitare*. atque hic idem ſcriptor operis amplitudinem alio loco non obſcure ſignificat: (9) *Avet animus atque ardet in Chalcidicis illis magnis atque in palatiis coeli Deos Deaſque conſpicere*. quae quum ita ſint, nemo, opinor, qui amplum illud bibliothecae Vaticanae conclave viderit, *Magnum Chalcidicum* minus recte appellatum judicabit. nam quod ibidem pro tricliniis plutei librorum ſint, & animus illic potius, quam corpus paſcatur; nihil plane referre videtur, quum neutrum Chalcidici nomine ſignificari, manifeſtum ſit.

(1) ibidem.
(2) Grut. p. 232.
(3) l. 5. c. 1.
(4) ibidem.
(5) Cl. 7. n. 15.
(6) l. 51. p. 459. D.
(7) H. N. l. 36. c. 25.
(8) adv. gent. l. 4. p. 149.
(9) l. 3. p. 105.

CLXXXVI. (1)

CLEMENS· VIII· PONT· MAX·
HIC· FVNDVM· VENTICANVM
IN· TVITIONEM
BIBLIOTHECAE· VATICANAE
MANCIPAVIT

IN *Tuitionem*: ſic apud Gruterum: (2) *Inlatis Arcae Seviror. Ob Locum Et Tuitionem Statuiae* ~~HS~~ N. ⅭⅭⅠⅠⅠ· & apud Fabrettum, (3) *Et Tuition. Dedit* ~~HS~~ N. ⅭⅭⅠⅠⅠ· ſimilis vero hiſce formula, quae ſaepius occurrit, *In Tutelam Dedit*, aut *Datis in Tutelam*, & hujuſmodi: quare eodem modo *In Tuitionem* ſcribere licuit.

Mancipavit: id eſt addixit. Plinius: (4) *Pro quingentis millibus nummum, quae in alimenta ingenuorum promiſeram, agrum ex meis longe pluris actori publico Mancipavi*.

PAVL-

(1) ibidem.
(2) p. 348. n. 1.
(3) p. 485. n. 160.
(4) lib. 7. ep. 18.

CLXXXVII. (1)

PAVLLVS· V· PONT· MAX·
HIC· BIBLIOTHECAE· VATICANAE
CONCLAVIA· ADSTRVXIT· BINA
GRAECOS· SYRIACOS· PERSICOS· CODICES
ET· LITTERATAS· E· TILIA· TABELLAS
INTVLIT

Litteratas E Tilia Tabellas: hi ſunt libri, quos memorat Vlpianus, *in philyra aut in Tilia, ut nonnulli conficiunt*. (2) pugillares ex ea arbore cur fierent, ne mirere: *materies*, inquit Plinius, (3) *teredinem non ſentit*. quaedam de his, eaque digna, quae legas, ſcripſit Maffejus: (4)

(1) ibidem.
(2) lib. 32. D. l. 52.
(3) H. N. l. 16. c. 14.
(4) Diplom. p. 70.

CLXXXVIII. (1)

GREGORIVS· XV· PONT· MAX·
HIC· BIBLIOTHECAM· PALATINAM
QVAM· A· DVCE· BAVAR· MAXIMILIANO
DONO· ACCEPERAT
VATICANAE· AMPLIFICANDAE
DESTINAVIT

A Duce Bavarico: non militare tantum, ſed civile quoque vocabulum eſt *Dux*: de Tiberio Principe uſurpavit Phaeder: (2)

Tum ſic jocata eſt tanti majeſtas Ducis.

& oratorem Tullius *regendae civitatis Ducem* appellavit. (3) quare ſatis latine loquuti videntur, qui Principem ſuum *Ducem* nominaverunt: quamquam olim Bembus *Regem Vrbini* dicere maluit, alii *Tetrarcham* ſcribendum exiſtimarunt. adde, apud veteres quoque dominantium nomina varia fuiſſe, & uſu potius, quam ſenſu percepta; quum minus fere enunciarent, quam quod in illis auctoritatis poteſtatiſque eſſet: nam, exempli cauſſa, qui Romae *Dictator* aut *Princeps* audivit, multo plura potuit, quam verba ipſa ſonare videantur.

(1) ibidem.
(2) l. 2. fab. 5. v. 23.
(3) de orat. l. 3. c. 17.

CLXXXVIII. (1)

VRBANVS· VIII· PONT· MAX·
HIC· PALATINAE· BIBLIOTHECAE· LIBROS
IN· VATICANA· ORDINARI· IVSSIT
GRAECOS· CODICES
LOMELLINI· PONTIF· BELVNENS·
DONVM· DEDIT

ORdinari Iussit: Svetonius de C. Melisso, quem Augustus bibliothecis suis praefecerat: (2) *Quo*, inquit, *delegante curam Ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit*.

Belunum supra Feltriam situm in finibus Venetis. Rheticum tamen oppidum appellare Plinius videtur, quum ait, (3) *Feltrini & Tridentini & Berunenses Rhetica oppida*: siquidem ut Cellarius suspicatur, *Berunenses* iidem sint, qui *Belunenses*. at in Plinio Elzeviriorum leges *Bernenses*.

(1) ibidem. (2) de illustr. Gramm. c. 21. (3) H. N. l. 4. c. 19.

CLXXXX. (1)

ALEXANDER· VII· PONT· MAX·
HIC· VETERES· LIBROS
QVOS· DVCES· VRBINATIVM
LONGO· STVDIO· CONGESSERANT
IN· BIBLIOTHECAM· VATICANAM
DEPORTANDOS· CVRAVIT

VRbinatium: quidni, inquies, Vrbinatum? at recte utrumque scribimus. inscriptio apud Fabrettum (2) habet *Canarthae Principis Gentium Baquatium*: in praeclaro Secusini fornicis titulo (3) leges *Adanatium*, *Savincatium*, *Quadiatium*; quin & Cottius dicitur *Praefectus Ceivitatium*, *Quae Subscriptae Sunt*: ut apud Horatium occurret (4) *Dos est magna Parentium*, & similia apud alios ejusdem aetatis Scriptores, quorum exemplis nihil opus est.

Deportandos curavit: proprium verbum est *Deportare*, quum res de uno in alium tran-

transferuntur locum : ut apud Nepotem , . (5) *Ossa ejus in Cappadociam ad matrem Deportanda curarunt* . alias idem ac *ferre* aut *circumferre* . (6)

(1) ibidem .
(2) p. 379. n. 32.
(3) Maff. M. V. p. 234.
(4) l. 3. od. 24. v. 21.
(5) in Eum. c. ult.
(6) Suet. in. Aug. c. 78.

CLXXXXI. (1)

INNOCENTIVS· XI· PONT· MAX·
HIC· BIBIOTHECAM· VATICANAM
SINENSIVM· LIBRIS
QVALES· EVROPAEI· REDDIDERE
AVTOGRAPHISQVE· VETERVM· CODICIBVS
ATQVE· APOGRAPHIS· ADORNAVIT

A *Vtographiſque . . . Atque Apographis* : utrumque vocabulum a Latinis uſu perceptum : Svetonius de Auguſti ſcripto , (2) *Nec id dubium eſt Autographa quadam epiſtola . Apographon* habet Plinius de tabulae exemplari ; (3) at de ſcriptis Tullius uſurpavit , quamquam Graecis uſus litteris : (4) Απογραφα , inquit , *ſunt , minore labore fiunt* .

(1) ibidem .
(2) in Aug. c. 71.
(3) H. N. l. 35. c. 12.
(4) ad Att. l. 12. ep. 52.

CLXXXXII. (1)

ALEXANDER· VIII· PONT· MAX·
HIC· VTRIVSQVE· LINGVAE· CODICES
QVOS· REGINA· SVEDORVM· CHRISTINA
LECTISSIMOS· RELIQVERAT
IN· BIBLIOTHECAM· VATICANAM
INFERRI· IVSSIT

V *Trinſque Linguae Codices* : Vtraque lingua Latinis dicitur Graeca & Latina : Horatius Maecenatem adloquens (2)

Docte ſermones utriuſque linguae

& alio loco , (3)

. . . . *at ſermo lingua concinnus utraque* .

Svetonius vero de Claudio Aug. (4) *Cuidam barbaro Graece & Latine differenti, cum utroque, inquit, fermone noſtro ſis peritus.*

(1) ibidem.
(2) lib. 3. od. 8. v. 5.
(3) ſerm. l. 1. ſat. 10. v. 23.
(4) in Claud. c. 42.

CLXXXXIII. (1)

CLEMENS. XI. PONT. MAX.
HIC. EDENDORVM. IN. VRBE. LIBRORVM
EXEMPLA. BIBLIOTHECAE. VATICANAE
SINGVLA. DECRETO. ADDIXIT
VETERES. EX. OMNI. ORIENTE. PLVRIMOS
PER. SIM. ASSEMANVM. COMPARAVIT

EX *Omni Oriente*: ſic veteres deſignabant Syriam potiſſimum & finitimas Iudaeorum gentes. Iuſtinus de Iudaeis: (2) *Primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt.* Svetonius, (3) *Percrebuerat Oriente toto vetus & conſtans opinio, eſſe in fatis, ut eo tempore Iudaea profecti rerum potirentur.*

(1) ibidem. (2) l. 36. c. 3. (3) in Veſp. c. 4.

CLXXXXIIII. (1)

BENEDICTVS. XIIII. PONT. MAX.
HIC. BIBLIOTHECAE. VATICANAE
LIBROS. VETERES. LATINOS. GRAECOSQ.
ET. EX. ATHO. QVOSDAM. AVECTOS. ADTRIBVIT
NOVOS. LITTERARVM. FORMIS. EXPRESSOS
PLVRES. SVPERADDIDIT

Litterarum formis: φραστς a Tullio eſt, inventum aliorum. nam de corporum concurſione fortuita ſcribens, ex qua mundum effici quidam contendebant, *Hoc*, inquit, (2) *qui exiſtimat fieri potuiſſe, non intelligo, cur non idem putet, ſi innumerabiles unius & viginti Formae litterarum vel aureae vel quales libet, aliquo conjiciantur, poſſe ex his in terram excuſſis annales Ennii, ut deinceps legi poſſint, effici.*

CLE-

(1) ibidem. (2) de N. D. l. 2. c. 37.

CLXXXXV. (1)

CLEMENS· XII· PONT· MAX·
HIC· BIBLIOTHECAM· VATICANAM
AD· TERTIVM· CONCLAVE· PRODVXIT
PRISCAS· FIGLINAS· LITTERATAS· PAPYROS
MISSILIA· AVGG· NOMISMATA· DICAVIT
SVMPTIBVS· SVBLATIS· CENSVM· AVXIT

Miſſilia Auguſtorum Nomiſmata : nummos ſcilicet , quos Principes dono dare ſolebant , ut Auguſtus , de quo Svetonius : (2) *Modo munera dividebat veſtem & aurum & argentum : modo Nummos omnis notae etiam veteres regios ac peregrinos* . porro *Miſſilia* veteres appellabant , quaecumque populo ſpargerentur , mitterenturve : (3) quare & magnos illos nummos , quibus veteres non emendi , ſed munerandi cauſſa utebantur , ſic appellare licuit .

Cenſum Auxit : fundos nempe & bona , unde proventus eſſent majores . *Cenſum* enim Latini patrimonium cujuſque appellabant : hinc & *Senatorius* & *Equeſtris Cenſus* privatae Senatorum & equitum opes ſunt dictae : quo pertinet illa Plinii querela : (4) *Senator Cenſu legi coeptus , judex fieri cenſu : magiſtratum ducemque nil magis exornare , quam Cenſus* .

(1) ibidem .
(2) in Aug. c. 75.
(3) v. Svet. in Cajo c. 18. & in Ner. c. 11.
(4) H. N. l. 14. in prooem.

CLXXXXVI. (1)

BENEDICTVS· XIIII· PONT· MAX·
HIC· BIBLIOTHECAE· VATICANAE
OTTOBONIANAM· ADIVNXIT
MVSEVM· CHRISTIANVM· FECIT
NVMMIS· PONTT· MAXX· SCILLANAM· SERIEM
AVGVSTORVM· CARPEGNANAM· ADIECIT

Scillanam feriem . . . Carpegnanam : id eſt nummos a Xaverio Scilla collectos , quorum idem formas vulgavit , docteque deſcripſit : (2) & nummos item Caſparis Carpegnae Card. in quos exſtant C. V. Philippi Buonarroti obſervationes illae cedro dignae , (3) quas eruditi nunquam contemnent .

CLI.

(1) ibidem .
(2) Romae 1715.
(3) ibid. 1698.

CLXXXVII. (1)

CLEMENS· XIIII· PONT· MAX·
HIC· BIBLIOTHECAE· VATICANAE· MVSEIS
REGVM· COAEQVALIVM· NOMISMATA
GEMMAS· NVMMOSQVE· ANTIQVOS
FICTILIA· ETRVSCA· SIGNAQ· AEREA· ADDIDIT
LITTERATAS· PAPYROS· ORNATV· EXCOLVIT

Regum coaequalium: id eſt qui eodem tempore regnabant. Iuſtinus de Hierone: (2) *Eidem in ludo inter Coequales diſcenti*. nam & *Aequalis* non modo de aetate, ſed etiam de tempore uſurpatur, ut apud Tullium: (3) *Philiſtus Aequalis illorum temporum*.

Fictilia Etruſca: ſic enim appellant: nec vero ea repudianda appellatio, quod vaſa ejuſmodi ab aliis etiam aſſabre ficta conſtet: quum plerique Etruſcos figulos imitati videantur, qui ſane argillam inter primos ceteris felicius tractaſſe feruntur.

(1) ibidem. (2) l. 23. c. 4. (3) de Div. l. 1. c. 20.

CLXXXVIII. (1)

PIVS· VI· PONT· MAX·
CVIVS· LIBERALITATE
BIBLIOTHECAE· VATICANAE· MVSEA
NVMMIS· AVREIS· LOCVPLETATA
SIGNIS· TABVLISQVE· AEREIS· INSTRVCTA
LAETO· CVLTV· ET· MAGNIFICO· ORNATA· SVNT

MVlta deinde in Bibliothecam Vaticanam a munificentiſſimo Principe inlata, quae ampliore ellogio digna alii perſequentur: qui & de Muſeo Piano addent, quod in proximo exſtructum eſt, & ſtatuis ſigniſque omnis generis in eam ſpeciem exornatum, ut poſteris quoque noſtris in miraculo futurum ſit.

RO-

(1) ibidem.

CLXXXVIII. (1)

ROBERTVS· BELLARMINVS
MARCELLI· II· PONT· MAX·
SORORIS· FILIVS
VIR· VENERABILIS
QVEM· CLEMENS· VIII· PONTIFEX· MAX· OB· SINGVLAREM DOCTRINAE· LAVDEM· DE· SOCIETATE· IESV· IN· PATRVM CARDINALIVM· COLLEGIVM· ADLEGIT· ET· CAMPANORVM ARCHIEPISCOPVM· DIXIT· PAVLLVS· V· PONTIFEX· MAXIMVS REI· CHRISTIANAE· CAVSSA· SIBI· A· CONSILIIS· ESSE· IVSSIT FVIT· IN· EO· INNOCENTIA· EXIMIA· ABSTINENTIA· SVMMA RELIGIO· MAXIMA· QVVMQVE· ESSET· INGENIO EXCELLENTI· DOCTRINA· ET· ELOQVENTIA· PARI SCRIPTIS· ET· REBVS· GESTIS· CLARISSIMVS IDEMQVE· PLVRIMVM· APVD· OMNES· PRVDENTIA AVCTORITATE· GRATIA· POSSET· PVDOREM· NON DIMISIT· ANIMOS· NVMQVAM· EXTVLIT

Campanorum : ita veteres appellarunt, qui deinde *Capuenſes* dicti, ut apud Gruterum in titulo ſequioris aetatis, *Ordo Capuenſis*. (2) nam Livius quidem cives Capuae non ſemel *Campanos* vocat, (3) eademque appellatione Tullius deſignaverat: (4) Varro autem & hoc tradidit, non, *ut ſit a Roma Romanus, ſic ex Capua dici oportere Capuanus* : (5) quamquam in Goltzii nummis legit Cellarius ΚΑΠΤΑΝΩΝ. nec tamen mirandum alio urbem, alio cives nomine nuncupatos, quum & *Meſſana* dicta, quae olim Zancle erat, cives contra *Mamertini* paſſim appellati fuerint: (6) cujus nominis cauſſam Feſtus expoſuit. (7)

Animos Numquam Extulit : quidni *Animum*, inquies, quum de uno homine ſermo ſit? nempe quia Tullium, quum licet, ſequor, cujus illa ſunt, (8) de Clodio : *Quamquam & inſolentia dominatus Extulerat Animos* : & de odio, in quo Romani erant apud exteras nationes, (9) *Quae civitas eſt in Aſia, quae non modo imperatoris aut legati, ſed unius tribuni militum Animos ac ſpiritus capere poſſit?* alia vero & Tullii & aliorum exempla tute inveneris, ea ſi animum advertes.

IOAN·

(1) adſcitl argumenti.
(2) 8. 459. n. 1.
(3) lib. 7. c. 29. &c.
(4) Agr. 1. c. 7.
(5) L. L. l. 9. c. 1.
(6) Plin. H. N. l. 3. c. 8.
(7) v. *Mamertini*.
(8) pro D. S. c. 55.
(9) pro l. Man. c. 22.

CC. (1)

IOANNES. BAPTISTA. FAVRES
ROMANVS. IN. AMPLISS. ORDIN. VITERB. COOPTATVS
IN. SOCIETATE. IESV. QVAMDIV. EA. STETIT
SODALIS. PROFESSVS. SACERDOS. ANNOS. LII.
PRAEFECT. SODALIVM. MARIALIVM. COLLEGII. ROM.
DOCTOR. DECVRIALIS. SACR. DISCIPLINIS. TRADENDIS

AB. IPSA. ADOLESCENTIA. OSOR. DESIDIAE. DOMITOR
CVPIDITATVM. SVMMA. DEVM. RELIGIONE. COLVIT
MAGNAMQVE. DEI. MATREM. AVGVSTE. VENERATVS
EST. HVMANOS. CASVS. FORTI. ANIMO. SEMPER. TVLIT
CONVICIA. INSECTATIONES. PROPOSITI. TENAX
CONTEMPSIT. IN. STVDIOSAE. IVVENTVTIS. MORIBVS
CONFORMANDIS. IN. INFIMA. ETIAM. PLEBE
INSTITVENDA. REGENDA. DIVTVRNAM. OPERAM
ET. VTILEM. POSVIT. IDEM. EXCELLENTI. INGENIO
FLORENS. STVDIIS. LITTERISQ. DEDITVS. ATQVE. OMNI
DOCTRINA. ORNATISSIMVS. MVLTA. AD. ERVDITIONEM
LITTERASQVE. FOVENDAS. PLVRIMA. PRO. ECCLESIA
TVENDA. SCRIPSIT. EGREGIE. DICTAVIT. EDIDIT
THEOLOGVS. AETATIS. SVAE. PRAESTANTISSIMVS
HABITVS. EST

Sodalis Profeſſus: id eſt qui nomen dedit fidemque ſuam obligavit. nam *Profiteor* ſaepe abſolute uſurpatur. Vellejus; (2) *Nam & quaeſturam petentes, quos indignos judicavit, Profiteri vetuit.* & Salluſtius: (3) *Quod intra legitimos dies Profiteri nequiverit.* item de peſſimo profeſſionis genere Ovidius: (4)

Multa Profeſſarum queſtibus apta Venus.

Theologus: Viri hujus optimi ſummam in theologicis doctrinam grata adhuc recordatione perſequimur quicumque docentem audivimus, & diſputantem mirati ſumus; de quo illud vere praedicamus, uni maxime omnes theologiae fontes patuiſſe.

HOR-

(1) Viterbii in Curia.
(2) l. 2. c. 92.
(3) in Catil. c. 18.
(4) in Faſt. l. 4. v. 866.

ccl· (1)

HORTENSIVS· PAVLLI· F· QVINTIANVS
D· ARRETIO
SODALIS· ARCADICVS

INTER· POETAS· LATINOS· CLARITATE· INGENII
ET· MAGNILOQVENTIA· SVI· TEMPORIS· PRIMVS
IN· CAPITOLINO· CERTAMINE· QVVM· ESSET
ANNORVM· XX· OMNIBVS· SENTENTIIS· IVDICVM
CORONAM· TVLIT

IN veteri inſcriptione apud Muratorium leges : (2) *Hic Cum Eſſet Annorum* XIIII· *Romae Certamine Sacro Iovis Capitolini Luſtro Sexto Claritate Ingenii Coronatus Eſt Inter Poetas Latinos Omnibus Sententiis Iudicum*. (poetae huic nomen fuit *L. Valerio L. F. Pudenti*, quem Hiſtonienſes ſtatua donaverunt) late nimirum *Iudicis* nomen patet, atque a foro & tribunali ad ſapientium conſeſſus & litteratorum pertinet pluteos : itaque Horatius Albium Tibullium ſic compellavit : (3)

Albi noſtrorum ſermonum candide Iudex.

(1) ficti nominis. (2) p. 653. n. 4. (3) l. 1. epiſt. 4. v. 1.

§. 111.

ELOGIA ILLVSTRIVM FEMINARVM

CCII. (1)

L A L A
DOMO· CYZICO
VIRGO· PERPETVA

HAEC· ARTE· PICTORIA· NOBILIS· ROMAE TEMPORIBVS· SVLLANIS· FLORVIT· IMAGINES CESTRO· IN· EBORE· PENICILLO· IN· TABVLIS PINGEBAT· QVVMQVE· NVLLIVS· VELOCIOR· IN PICTVRA· MANVS· ESSET· IPSO· ETIAM· MANIPRETIO CELEBERRIMOS· AETATIS· SVAE· IMAGINVM PICTORES· ANTECESSIT

DE Lala Cyzicena quae hic celebrantur, a Plinio desumpta sunt, qui eam Marci Varronis juventa Romae inclaruisse tradit: nec a Iunio aliud de ea quid praeterea repertum video.

Cestrum: Κεστρος Graecis, viriculum est scalpendo aptum a Κεω *findo*, unde & Κεστεω ac Κοπτεω *pungo*, item Κεστος *affabre scalptus*: ut apud Homerum Κεστος ἱμας, (3) quae interpretes quidem vertere *acu pictum cingulum*, at Martorellius reddenda esse contendit, *affabre scalptum baltheum*. (4)

Manipretium & *Manupretium* tam de pretio sive mercede dicitur, quae artifici datur, quam de ipsa artificis opera. in Faleriensi inscriptione legimus (5) *Ex Conlatione Manipretii*: & apud Livium, (6) *In auro praeter Manus pretium nihil intertrimenti fit*. contra Asconius, *Manupretium* inquit, *dicitur, ubi non tam materiae ratio, quam manus atque artis ducitur*. (7) & Cajus jurisconsultus, *Quia plerumque plus est in manus pretio, quam in re*. (8) quare non audiendus Cujacius, qui Plinii verba *Artis vero tantae, ut multum manipretio antecederet*, sic refingebat, *Immanitate precii antecederet*.

SA-

(1) pro pinacotheca.
(2) H. N. l. 35. c. 11.
(3) Iliad. l. 14. v. 214.
(4) Th. Cal. l. 1. p. 153. v. Salmas. in Solin. p. 231. D.
(5) de sc. infc. lat. p. 452.
(6) l. 34. c. 7.
(7) in Verr. 3. c. 56.
(7) D. l. ult. c. 16. L. 13.

CCIII. (1)

SABINA· FABI· F· MALLIANA
RARISSIMA· FEMINA
VXSOR· MARCI· NVMERIANI
MATER· SENATORVM· DVORVM
QVAE· FORMA· PRAESTANS· VIRTVTE
PRAESTANTIOR· MAIORIBVS· EX· QVORVM
DIGNITATE· SVMMO· IPSA· HONORE· AFFECTA
EST· ORNAMENTA· NON· MINORA·EX·SVA·LAVDE
REDDIDIT· IVSTITIAM· PIETATEMQVE·A·PVERITIA
COLVIT· OFFICIVM·A·NEMINE· SVVM· DESIDERARI
PASSA· EST· DIGNITATEM· SEMPER· COMITATE
TEMPERAVIT· INGENIO· FVIT· EXCELLENTI
ELOQVIO· PERSPICVO· SVAVI· MATERFAMILIAS
DILIGENTISSIMA· FAMVLOS· BENIGNE· HABVIT
OPES· DOMESTICAS· PARSIMONIA· AVXIT· IN
SENECTVTE· ANIMVM· FORTEM· MAGNVMQVE
AFFECTO· PERDIV· CORPORE· NVMQVAM· EXSVIT

Majoribus . . . . sententiam & verba Tullius dedit, qui Caeciliae Balearici filiae, Nepotis fororis laudes sic attigit: (2) *Spectatissima femina, quae quum patrem clarissimum, amplissimos patruos, ornatissimum fratrem haberet; tamen, quum esset mulier, virtute perfecit, ut quanto honore ipsa ex illorum dignitate afficeretur, non minora illis ornamenta ex sua laude redderet.*

Famulos: hoc malui scribere, quam *Servos*, quod nunc ingenuis fere utimur. *Famuli origo*, inquit Festus, *ab Oscis dependet, apud quod Servus Famel nominabatur, unde & Familia vocata.* jam vero Vlpianus (3) haec habet: *Familiae appellatione omnes, qui in servitio sunt, continentur, etiam liberi homines, qui ei bona fide serviunt, vel alieni.* ergo & *Famuli* rectius hi, quam *Servi* appellantur, quum ea vox libertatem non excludat.

(1) fidei nominis. (2) pro Rosc. Amer. c. 50. (3) l. 25. D. de aed. edict. & redhib.

CCIIII. (1)

OCTAVIA· MARCI· FESTI· F·
RVFINA· F· C·
MATER· TERENTII· RVFINI
QVI· IN· MEMORIAM· EIVS
SALIENTES· ET· LACVS
IN· FORO· SVA· IMPENSA· FECIT

C. F. *Clarissima Femina*: id jam appositum matronis illustribus antiquitus adtributum diximus. porro veteris quoque consuetudinis est, laudi feminis vertere,

quae parentes earum aut filii recte vel ſplendide fecerint. in Iuliae Lucillae titulo leges apud Gruterum, (2) *Cujus Pater Thermas Ocriculanis A Solo Extructas Sua Pecunia Donavit*: in aliis adſcripta filiorum nomina, qui vel ad Principatum perveniſſent, vel inſignem aliquam laudem meriti eſſent.

(1) ficti nominis. (2) p. 422. n. 9.

CCV. (1)

DOMITILLA· FABI· DRVSIANA· C· F·
MATRONA· FRVGI· MVNIFICA
QVAE· IN· HONOREM· CLAVDI. DRVSIANI
PATRIS· SVI
PATRONI· COLLEGI
LEGAVIT· SODALIBVS· MARIALIBVS
VICI· LAVRI
FVNDVM· DRVSIANVM· QVI· EST· VIA
AVRELIA· AD· MILLIAR· III· INTER
PRAEDIVM· MARCI· GALBIANI· ET
PRAETORIVM· SEIANVM

Domitilla Fabii: adde *Vxſor*, quam vocem veteres ex conſuetudine omittebant, itaque occurret ſaepe *Agrippina Germanici*, *Metella Craſſi*, *Clodia Avieni* & id genus alia.

Praetorium Sejanum: id eſt villam in agro minime ruſticam, ſive aedes, in quibus Seji ruſticandi cauſſa habitant: ſic enim veteres appellabant, ſimilitudine e caſtris ducta, quod inter ruſticorum caſas emineret non minus, quam Praetoris tentorium inter cetera militum tabernacula ſub pellibus hiemantium. de Auguſto *Svetonius*: (2) *Ampla & operoſa Praetoria* gravabatur: eaque modica, ut idem addit, *non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xyſtis & nemoribus excoluit*. idem de Cajo Aug. (3) *In exſtructionibus Praetoriorum atque villarum, omni ratione poſthabita, nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod poſſe effici negaretur*. rem quoque eandem deſignat Iuvenalis, quum ait, (4)

Criminibus debent hortos, Praetoria, menſas.

Palladius demum quo loco aedes Domini in agris aedificandae ſint, tradens, ſic loquutus eſt: (5) *Ipſius Praetorii ſitus ſit loco aliquatenus erectiore & ſicciore, quam cetera.*

CAP.

(1) ficti nominis pro Schola ſodalium.
(2) in Aug. c. 72.
(3) in Cajo c. 37.
(4) Sat. I. v. 75.
(5) R. R. I. 1. c. 8.

CAPVT VI.

CONSTITVTIONES PVBLICAE

§. 1.

LEGES ET EDICTA

ccvi. (1)

M· CLAVDIVS· M· F· BASSVS· II· VIR· PATRIBVS· AVCTORIBVS· POPVLVM IVRE· ROGAVIT· POPVLVSQVE· IVRE· SCIVIT· IN· FORO· PRO·AEDIBVS PVBLICIS· A· D· III· KAL· NOVEMBR· ANNO· M· DCC· LXXVIIII·
QVAE· BACCHANALIA· HACTENVS· STATIS· DIEBVS· ANTE· IEIVNIVM SOLLEMNE· QVOTANNIS· CELEBRATA· SVNT· QVAEQVE· PER· EOS DIES· CONVIVIA· PVBLICA· VENATIONES· POMPAE· LVDIQVE· SCENICI FVERVNT· EORVM· NE· QVID· POSTEA· IISDEM· DIEBVS· IN· VRBE VSPIAM· AVT· IN· AGRO· FIAT· MAGISTRATVSVE· QVIVE· AMERIAE IVRE· DICVNDO· PRAEERVNT· NE· QVA· VISCERATIO· DETVR· NEVE QVI· LVDI· IN· THEATRO· AVT· IN· FORO· IIS· DIEBVS· FIANT SPECTENTVRVE· CVRANTO
QVICVMQVE· POST· HANC· LEGEM· ROGATAM· INTERDIV· NOCTVVE PER· VRBEM· PERSONATVS· QVEM· DEDVXERIT· COMITATVSVE·FVERIT IS· SCVTAT· C· N· IN· PVBLICVM· DARE· DAMNAS· ESTO
SVPPLICATIONES· AD· CAELITVM· SANCTORVM· TEMPLA· PER· EOS·DIES QVOTANNIS· SVNTO· EIVSQVE· REI· CAVSSA·AEDITVI·TEMPLA·OMNIA APERTA· FESTOQVE· CVLTV· ORNATA· HABENTO
CONVICTIBVS· CVNCTI· SESE· ABSTINEANT· NEVE· MVTITATIONES CENARVM· FIANT· VIRGINES· MATRONASVE· NE· QVIS· CHOREARVM DVCENDARVM· CAVSSA· DOMVM· SVAM· INVITET· RECIPIATVE· NEVE EIVS· REI· ERGO· FIDICINES· TIBICINESVE· AVT· SCENICOS· QVOSVE ARTIFICES· APVD· SE· HABEAT
SI· QVIS· CIRCVLATOR· PLEBEM· PER· EOS· DIES· IN· FORO· AVT· PER VICOS· CANTV· SALTATIONIBVS· PRAESTIGIIS· ALIISVE· LVDICRIS CONCIERIT· TENVERITVE· DVVMVIRIS· EO· NOMINE· COERCENDI MVLTAEVE· DICENDAE· IVS· POTESTASVE· ESTO
EQVIRIA· IN· VRBE· AVT· SVB· VRBEM· NE· SINT· QVAE· POSTHAC·MENSE MAIO· QVO· DIE· MAGISTRATVS· EDIXERINT· CELEBRANTOR
QVOMINVS· PER· EOS· DIES· EXPERIMENTA· DOCTRINARVM· IN· LVDIS POETARVMQVE· CONVENTVS· HABEANTVR· DVM· NEQVE· MAGISTRI ABSINT· NEQVE· QVID PRAEFECTIS· INVITIS· FIAT· HAC· LEGE· NIHILVM ROGATOR

MVtitationes Cenarum : novum apud Grammaticos noſtros atque inauditum vocabulum *Mutitatio* , ſed Latinum tamen & ipſo Auguſti ſaeculo uſurpatum : nuper enim in Verrii Kalendario Praeneſtino apparuit : *Nobilium Mutitationes Cenarum*

narum Solitae Sunt Frequenter Fieri. quare jam contemnenda Henrici Stefani & Hadriani Turnebi Gelliana lectio, (2) *Principes civitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu Mutuitarent* : retinendumque *Mutitarent*, ut in antiquis codicibus ſcriptum eſt.

Equiria : ludi apud Romanos *ab equorum curſu* dicti, ut Varro tradit : (3) *eo enim die currunt equi in campo Martio*. quo pertinet Ovidii verſus : (4)

Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen.

quare ubicumque ludi hujuſmodi fiant, eodem eos appellare nomine licet.

(1) ficti argumenti.
(2) N. N. l. 2. c. 24.
(3) de L. L. l. 6. c. 3.
(4) Faſt. l. 2. v. 859.

CCVII. (1)

QVAE·DONO·DATA·COMPARATA·EMPTAVE·IN·MVSEVM
AD· HANC· DIEM· INLATA·DEDICATA·SVNT·QVAEQVE
POSTEA· INFERENTVR· DEDICABVNTVR· EA· OMNIA
COLLEGI· ROMANI·PRIVATA·PROPRIAQ·IVRE·MANCIPI
SVNTO
SI·QVID· EORVM· QVIS· CLEPSERIT· AVT· DOLO· MALO
CORRVPERIT·VIOLARIT· HIC· SIBI·PONTIFICIS· MAXIMI
DECRETO· SACRIS· INTERDICTVM· SCIAT
CIVES· HOSPITESVE· QVICVMQVE· AMANT· LITTERAS
STATIS· DIEBVS· SPECTATVM· ADMITTVNTOR·IIDEM
QVVM· LIBVERIT· REDEVNTO
HIS· DESCRIBERE· QVAE· VELINT· ET· IN· CHARTIS
EFFINGERE· LICETO
MOVERE· QVID· ALIOVE· TRANSFERRE·NE· LICETO

IVre *Mancipii* : id eſt dominio poteſtatique ſubjecta. nam quae quis mancipio accepiſſet, ea lege empta habebantur, ut venditor evictionem praeſtare deberet. (2) itaque Mancipii jure quae habeas, optimo jure habere dicendus es : quippe veteres quum mancipio quid darent, ne quod periculum eſſet, rei dominium adhibita mancipationis ſolemnitate transferebant : quam deſignat Horatius, quum ait, (3)

Si proprium eſt, quod quis libra mercatus & aere eſt :

eoque ritu in donationibus quoque uſi ſunt ; (4) ut qui res accepiſſet, ſecurus poſſideret, nec amittere poſſet. porro ritus quidem jamdiu exolevit, at vis in verbo manet.

ALEX-

(1) Romae in muſeo Kircher.
(2) v. Plaut. Curc. 4. 2. 9.
(3) lib. 2. epiſt. 2. v. 158.
(4) l. 4. & 5. C. Theod. de donat. v. Fabr. Inſc. p. 49. D.

CCVIII. (1) (2)

ALEXANDER· HOR· F·
ALBANVS· CARD·
AD· DOMESTICAE· LAVDIS
STVDIVM· IN· POSTEROS
PROROGANDVM
BIBLIOTHECAM· A
MAIORIBVS
INSTITVTAM
QVAM· CLEMENS· XI·
PONT· MAX·
PATRVVS· MEVS
FLORENTISSIMORVM
AVCTORVM
LIBRIS· SCRIPTISQVE
INSTRVXIT
AVCTIS· ORDINATISQVE
PLVTEIS· REFECTAM
ET· NOVO· CVLTV
EXORNATAM
EXQVISITIS· OMNIVM
DISCIPLINARVM
VOLVMINIBVS
AD· TRIA· MILLIA
ET· QVINGENTA
LOCVPLETAVI

PRAEFECTI· BIBLIOTHECAE
HAEC· ERVNT· OFFICIA
LIBRORVM· CODICVM·MEMBRANARVM
CHARTARVMVE· QVAECVMQ·INLATA
DESCRIPTA· DEDICATAVE· SIENT
CVSTOS· ESTO· QVAE· NOVA
ADCREVERINT· IN· ELENCHVM· IN
INDICEM· REFERAT
QVAE· PECVNIA· EMENDORVM
VOLVMINVM· NOMINE· AVT· IN
TVITIONEM· DATA· ADTRIBVTA
FVERIT· EAM· PECVNIAM· INFERAT
RATIONIBVS· TABVLASQVE· ACCEPTI
ET· EXPENSI· CONFICIAT
LIBRVM· SCRIPTVMVE· VTI· LIMINE
EFFERAT· DEDERIT· NEMINI
AMICOS· DOMINO· ET· FAMILIARES
COMIS· RECIPITO· IGNOTVM· NE
QVEM· ADMITTITO
ADESTO·A·MERIDIE·ALTERNIS·DIEBVS
QVI· PROFESTI· ERVNT· MANE· KAL·
ET·IDIBVS·OCTOB·MENSE· FERIATOR·
ARMARIA· QVVM· ABERIT·CLAVSA·VTI
SIENT· ET· OSTIVM· NE· CVI· PATEAT
CVRATO
QVI· MVNDICIAS· FACIAT· SERVVM
HABETO· CONSIDERET· QVAE
DOMINVS· IMPERAVERI· FIANT
QVID· SIBI·CREDITVM· THESAVRI·SIET
VNVS· NOSCITET· MAXIME· IDEM
LIBRIS· SAPIENTER· VTATVR
DISCENDI· TERMINOS· ESSE· NVLLOS
MEMINERIT

A *Vtis ordinatiſque Pluteis* : militare utique & nauticum vocabulum *Pluteus* & *Pluteum* eſt, imo & tricliniare, atque ad architecturam etiam pertinens. ſed tamen ad bibliothecas quoque & libros ſpectat, & pro repoſitorio uſurpatur aut armario. nam ad Iuvenalis verſum illum, (3)

Et jubet archetypos Pluteum ſervare Cleanthas ;

vetus Scholiaſtes *Pluteum* reddit Armarium. Sidonius quoque Donidio ſcribens de villis

villis Apollinaris & Ferreoli, (4) *Huc*, inquit, *libri affatim in promptu: videre te crederes aut grammaticales Pluteos aut Athenaei cuneos aut armaria exſtructa bibliopolarum*. quibus verbis rem eandem tribus vocabulis explicavit. enimvero pluteos ſive armaria veteres etiam ordinare ſolebant numeriſque diſtinguere. *Habet*, inquit Vopiſcus, (5) *bibliotheca Vlpia in Armario ſexto librum elephantinum, in quo S. C. perſcriptum eſt, cui Tacitus ipſe manu ſua ſubſcripſit*.

Ad Tria Millia Et Quingenta: numeri ſi cardinales ſint, *Et* conjunctione recte iunguntur; at non ita ordinales, ſiquidem Varronem audias: (6) qui haec tradit, *Quintum Tricenſimum annum dici ſine* Et *conjunctione & ſimilia; nec interponendam conjunctionem in re ipſa cohaerentem, ut ſi dixero* Ad quintum & tricenſimum praedium habeo, *jam duo ſignificabunt, alterum* ad Quintum, *alterum* ad Tricenſimum. ceterum Tullius quandoque ſcripſit, (8) *cujus a morte hic tertius & triceſimus eſt annus*: nec, ſi locum hunc in codicibus vexatum apparet, aliquot a Tullio ipſo exempla praeterea non ſuppetant, quae Varroni opponas: ab aliis certe ſcriptoribus non pauca peti poſſunt.

Ad Catonis autem normam praeſcripta reliqua ſunt, qui rem ruſticam litteris complexus, patris familiae & Vilici officia accuratiſſime deſcripſit· cujus quidem plures utinam exſtarent libri: mirum, quam utiles iis eſſent, qui Latinum in ſcribendo leporem exprimere cupiunt!

(1) Romae in biblioth· Alban·
(2) ibid· e regione ſuperioris.
(3) Sat· 2· v· 7·
(4) lib· 2· ep· 9·
(5) in Tacit· c. 8.
(6) in Fragm· epiſt· l· 7· ex Soſip· l· 1.
(7) de Senect· c· 6·

(1)

BONVM· FACTVM
FABIVS· TERTVLLVS
CORNELIVS· BASSVS PRAEFECTI· SACROR·
RENVNCIATVM· EST· NOBIS· FVISSE· HOMINES· TANTA· AVDACIA· ATQ· IMPROBITATE· VT· AEDEM· MARIAE· ADIVTRICIS· VIA· SALVIA· AD MILLIAR· III· COMPILARE· AGGRESSI· AEDITVO· CAESO· ALTARE· IPSVM SIMVLACRVMQ· SANCTAE· VIRGINIS· ORNAMENTO· OMNI· SPOLIAVERINT HOC· TANTVM· SCELVS· ANTEQVAM· SVPREMO· SVPPLICIO· SANCIATVR DIVINAE· ANIMADVERSIONIS· AVERRVNCANDAE· CAVSSA· PVBLICE EXPIANDVM· ESSE· NOBIS· VIDETVR· QVAPROPTER· EX· AVCTORITATE CLAVDI· AVIDIENI· PONTIFICIS· TOTIVSQVE· CONSILI· EIVS· EDICIMVS VTI· NVMINIS· PLACANDI· CAVSSA· OBSECRATIONES· AB· OMNIBVS PRIVATIM· FIANT· INQVE· TEMPLIS· AEDITVI· STIPEM· COGANT· VTIQ· SACERDOTES· CVNCTI· A· D· III· KAL· NOVEMBR· PROXIMAS· PRIMA LVCE· IN· TEMPLVM· MAXIMVM· AD· SVPPLICATIONEM· CONVENIANT ATQVE· INDE· PIACVLI· CAVSSA· POMPA· AD· AEDEM· MARIANAM CVM· DONIS· MVNERIBVSQVE· DVCATVR

Bonum Factum: ſic & veteres praefari ſoliti, quum edicta proponebant, ominis cauſſa. Plautus (2) *Bo-*

Bonum Factum eſt, edicta ut ſervetis mea.

peregrinis a Caeſare in ſenatum adlectis, libellum propoſitum tradit Svetonius tamquam edictum his verbis: (3) *Bonum Factum. Ne quis Senatori novo Curiam monſtrare velit.* & de Vitellio, qui edicto juſſerat, mathematicos intra calendas Octobres Vrbe Italiaque excedere, libellum ſtatim Chaldeorum nomine propoſitum ſcribit hujuſmodi: (4) *Bonum Factum. Ne Vitellius Germanicus intra eundem calendarum diem uſquam eſſet.* morem hunc veteres diu retinuere: quod illo Tertulliani jam deſipientis teſtimonio confirmatur: (5) *Audio etiam Edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium: Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit:* Ego & moechiae & fornicationis delicta poenitentia functis dimitto. *o Edictum, cui adſcribi non poterit* Bonum Factum.

(1) ficti argumenti. (3) in Caeſ. c. 80. (4) in Vitell. c. 14.
(2) Poen. prol. v. 16. (5) de pudic. c. 1.

CCX. (1)

QVOD· FELIX· FAVSTVMQVE· SIT
TRIGINTA· PRIMI
E· SCHOLA· RHETORICA· COLL· ROM·
SI· CVI· COMMODVM· EST· INTERESSE
IDIBVS· AVGVSTIS
DISCIPLINARVM· LIBERALIVM· EXPERIMENTA
PVBLICABVNT

Experimenta Publicabunt: de Claudio Svetonius, (2) *Diſciplinis tamen liberalibus ab aetate prima non mediocrem operam dedit, ac ſaepe experimenta cujuſque etiam publicavit*: id eſt in confeſſu eruditorum virorum ſpecimen recitando edidit, qui quidem mox Princeps aliis quandoque recitantibus libenter adfuit: Plinius Senecioni: (3) *At hercule memoria parentum Claudium Caeſarem ferunt, quum in Palatio ſpatiaretur, audiſſetque clamorem, cauſſam requiſiſſe; quumque dictum eſſet, recitare Novianum: ſubitum recitanti inopinatumque veniſſe.*

(1) pro agone litterario. (2) in Claud. c. 3. (3) lib. 1. epiſt. 13.

§· 11·

ccxl·

PIO· VI· PONTIFICE· MAXIMO
PR· KAL· AVG· ANNO· M· DCC· LXXXI·
FAVENTIAE· IN· CVRIA· MAGISTRATIBVS· ORDINEM
HABENTIBVS· FREQVENTES· ADFVERVNT

QVOD· VERBA· FACTA· SVNT· DE· HONORE HABENDO· GRATIISQVE· REFERENDIS· D· N· MARIAE· OPIFERAE· CONSERVATRICI· PATRIAE CVIVS· BENEFICIO· FAVENTINI· VNIVERSI FACTVM· ESSE· FATENTVR· VT· MAXIMO TERRAE· MOTV· ET· VASTA· RVINARVM· LABE SVPERSTITES· INCOLVMESQVE· CIVI· VNA AMISSA· OMNES· LVCE· FRVANTVR· DE· EA· RE ITA· CENSVERVNT

QVVM· D· N· MARIA· OPIFERA· QVAE· EADEM ANNO· M· CCCC· X· ITALIAM· PLERAMQVE· VI PESTILENTIAE· DEPOPVLANTE· CIVITATI· N· PROPITIA· PRAESTO· FVIT· AVERSAEQVE· LVIS INDICIO· TERNA· VTRAQVE· MANV· TELA OSTENTANS· INFRACTA· VIDENDAM· SE· PRAEBVIT NOVA· HOC· ANNO· SIGNIFICATIONE· AMORIS SVI· PRIDIE· NONAS· APRILES· IN· MAXIMO PATRIAE· DISCRIMINE· OPEM· ADTVLERIT· ET TEMPLIS· TECTISQVE· OMNIBVS· MOTV· TERRAE CONCVSSIS· QVIBVSDAM· ETIAM· PROSTRATIS VITAM· CIVIBVS· SALVTEMQVE· VOCATA REDDIDERIT

F*requentes Adfuerunt*: Decuriones nempe, e quibus Ordo conſtat, quemadmodum paullo poſt exponemus·

Clavibus Vrbis · · · · Dicatis: clavium traditione veteres quoque non rerum cuſtodiam tantum, ſed etiam dominium deferre ſolebant. *Clavibus traditis*, inquit Pa-

(1)

QVVMQVE· ITERATO· MENSEM· POST· TERTIVM
CLADIS· PERICVLO· ET· TOTA· RVRSVM·CREBRIS
MOTIBVS· TERRAE· FATIGATA· AEMILIA
SVPPLICEM· AEQVE· CIVITATEM· PRAESENS
RESPEXERIT· AC· MORTIS· TERRORE· IN
ANIMORVM· CONSTANTIAM· VERSO· SPEM
OMNIBVS· FECERIT· EA· ERGA·NOS·VOLVNTATE
IN· PERPETVVM· SE· FVTVRAM· QVA· NOS
PVBLICE· DOMINAM· CLAVIBVS· VRBIS· IN
ARGVMENTVM· DELATI· IMPERII· DICATIS
APPELLAVIMVS
PLACERE· HVIC· ORDINI· OB· TANTA· EIVS· IN
SINGVLOS· VNIVERSOSQVE· MERITA· VT· IN
ANNVM· QVINQVAGESIMVM· PRIDIE· NONAS
APRILES· QVO· DIE· PRIMVM· IMMORTALI
DOMINAE· N· BENEFICIO· CONSERVATI·SVMVS
GRATIAE· PERSOLVENDAE· CAVSSA· SACRVM
SOLLEMNE· QVOTANNIS· IN· TEMPLO·MAXIMO
AD· ALTARE· EIVS· FIAT· EIQVE· SACRO
MAGISTRATVS· QVIQVE· MAGISTRATIBVS
APPARENT· TOTIVS· CIVITATIS· NOMINE
INTERSINT
VTIQVE· DECRETVM· N· IN· PVBLICAS· TABVLAS
REFERATVR· ET· EXEMPLAR· EIVS· SAXSO
INCISVM· ATQVE· IN· TEMPLO· MAXIMO
FIXVM· HVIVSCE·DEVOTIONIS· AVCTORITATEM
POSTERIS·NOSTRIS·TESTETVR· CENSVERVNT

Papinianus, (2) *ita mercium in horreis conditarum poſſeſſio tradita videtur, ſi claves apud horrea traditae ſint: quo facto confeſtim emptor dominium & poſſeſſionem adipiſcitur, etſi non aperuerit horrea.*

(1) Faventiae in templo maximo.

(2) l. 74. D. de contr. empt.

CCXII.

NON· IVN· AN· M· DCC· LXXXII·
ARIMINI· IN· CVRIA· MAGISTRATIBVS· ORDINEM
HABENTIBVS· FREQVENTES· ADFVERVNT
QVOD· V· F· S· AD· DIGNITATEM· MVNICIPII· N·
PERTINERE· VT· QVO· HONORE· D· N· PIVS· VI·
P·M·ITERATO·INTRA·ANN·ACCESSV·CIVITATEM
DIGNATVS· EST· IS· A· NOBIS· MEMORIAE
POSTERORVM· PRODATVR· Q· F· P· D· E· R· I· C·
QVVM· D· N· PIVS· VI· P· M· GERMANICA
PROFECTIONE· SVSCEPTA· IN· VRBEM· N· IIII·
NON· MART· PROPITIVS· ADVENERIT
MAGISTRATIBVSQVE· ET· OMNIBVS· ORDINIBVS
SINGVLARI· AMORIS· SIGNIFICATIONE· AD
OSCVLVM· PEDVM· ADMISSIS· NOCTEM· APVD
NOS· HOSPITATVS· SIT· ATQ· IN· IPSO·DISCESSV
CIVITATEM· VNIVERSAM· AD· FORVM· FONTIS
VIAMQ· CONSVLAREM· MAXIMO· ADVENARVM
CONCVRSV· STIPATAM·SALVTARI·PRECATIONE
DE· CVRIAE· MAENIANO· LVSTRAVERIT
QVVMQ· VTI· VOVERAMVS· SOSPES·INCOLVMISQ·
RE· CHRISTIANA· ORDINATA· IN· ITALIAM
REVERSVS· ITERVM· III· NON· IVN· VRBEM· N·

Frequentes Adfuerunt: Decuriones ſcilicet, quos nominari minime opus erat, Ordine commemorato, qui ex ipſis conſtat. ſic in Decreto Peltuinatium apud Gruterum leges (2) *Ordinem Habentibus T. Avidiaco Reſtituto & Blaeſio Natale Aedd. QQ. Scribundo Adfuerunt*, nec aliud adjectum eſt: ut aut omnes Decuriones adfuiſſe intelligendi ſint, aut tot numero, quot lex adeſſe jubebat.

De Curiae Maeniano: originem Maenianorum Aſconius tradidit: (3) *Maenius*, inquit, *quum domum ſuam venderet Catoni & Flacco Cenſoribus, ut ibi baſilica aedificaretur, exceperat jus ſibi unius columnae, ſuper quam tectum proficeret ex provolantibus tabulatis, unde ipſe & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorium poſſent, quod etiamtum in foro dabatur*. addit enim Feſtus: *Maeniana aedificia a Maenio ſunt appellata: is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora*. haec

(1)

AGROSQ· IPSOS·LAETISSIMO·ADVENTV· OMNES
ITEM· ORDINES· ADMISSIONE· ATQ· ADLOQVIO
SOLATVS· SIT· HOSPITIOQ· IN· DIEM·PROXIMVM
VSVS·ANTE·DIGRESSVM·EODEM·RVRSVS·E·LOCO
SVBLIMIS· IN· CONSPECTVM· PRODIERIT· ET
CVNCTIS· BONAS· PRECES· PRECATVS
FLAGRANTIA· MORTALIVM· MVLTORVM· VOTIS
PROSEQVENTIVM· DESIDERIA· CVMVLATISSIME
EXPLEVERIT
PLACERE· HVIC· ORDINI· VT·DIES·VTERQVE·QVEM
SEMPER· FAVSTVM· FELICEMQ· HVIC·MVNICIPIO
HABENDVM·ESSE·SINGVLI·VNIVERSIQ· FATEMVR
AD· COMMEMORATIONEM·ILLVSTRATIONEMQ·
TANTAE· BENIGNITATIS· LITTERIS
CONSIGNATVS· POSTERITATI· TRADATVR
VTIQVE·DECRETVM·NOSTRVM·MARMORI·INCISVM
LITTERISQ· INAVRATIS· DESCRIPTVM· ATQ· IN
CVRIA· CELEBERRIMO· LOCO· AFFIXVM
VOLVNTATEM· STVDIVMQ· ORDINIS· ET· POPVLI
ARIMINENSIS· ERGA· OPTIMVM· PRINCIPEM
PVBLICO· TESTIMONIO· ET· IOCVNDA
RECORDATIONE· TESTETVR· CENSVERVNT

haec tamen nugas habet Salmaſius, (4) cui fere in deliciis ſcriptores ii ſunt, qui minus antiqui: & *Moenianum* a *Moenibus* eſſe vult, idemque ac Περιβολον ſive Podium in circuitu ſolariorum poſitum, ne facilis in praeceps ſit lapſus. ceterum Iſidorus ipſe, cujus locum affert, a Maenio dicta Maeniana ſcribit, etſi perperam Craſſi collegam dicat; idemque adjicit, & *Solaria* appellata, quia patent ſoli: ſubjungitque, *Poſt haec alii lapide, alii materia aedificavere: porticibus Maeniana & foribus & domibus adjecerunt*. quare ne Iſidorus quidem iis adverſatur, qui *Maenianum* a *Maenio* deducunt, & eo nomine podium appellant foribus aedium impoſitum, ut domus pleraeque nunc habent, cujus & vetus nomen Romae adhuc manet.

PIO

(1) Arimini in Curia.
(2) p. 443. n. 6.
(3) ad Divin. in Verr. c. 16.
(4) ad Peſcenn. Spart. c. 12.

CCXIII.

PIO· VI· PONTIFICE· MAXIMO
ANNO· M· DCC· LXXX·
IIII· NON· DECEMBR·
VRBIVENTI· IN· CVRIA· ADFVERVNT· CVNCTI

QVOD· V· F· S· DE· GRATIA· REFERENDA·PAVLLO
FRANCISCO· ANTAMORO· V· C· PONTIFICI
VRBIVENT· DESIGN·INTER·PATRES·CARDINALES
ADLECTO· A· PIO· VI· PONT· MAX· D· E· R· I· C·
QVVM·PAVLLVS·FRANCISCVS·ANTAMORVS· CARD·
PONT· VRBIV· DESIGN· VIR· SIT· GENERE
HONORIBVS· DOCTRINA· VIRTVTE
PRAESTANTISSIMVS· ATQVE· OB· HAEC
PLVRIMVM· APVD· D· N· PIVM· VI· P· M·GRATIA
VALEAT· MAXIMAMQVE· APVD· OMNES· ET
AVCTORITATEM· ET· DIGNITATEM· OBTINEAT
IDEMQVE· EA· IN· NOS· VOLVNTATE· ESSE
VIDEATVR· VT· VRBIS·HONORIBVS·POSTHABITIS

Inter Patres Cardinales: ipſi quidem Latini dixere interdum *Conſcripti*, omiſere *Patres*, ut quum ait Horatius (2)

Quod ſit Conſcripti, quod judicis officium, quae
Partes in bellum miſſi ducis:

ſed quid ſupplendum eſſet, nemo non intelligebat. quare & *Cardinalis* ſcribi nunc poteſt, praetermitti *Pater*; addet enim quiſque quod deſideretur: recte tamen & ex Latina conſuetudine *Patres Cardinales* dicimus, quod & Senatorius his titulus apprime conveniat, & appellatio eorum, quae adjectiva eſt, ſubſtantivum nomen requirat.

Auri Coronarii Nomine: in monumento Aneyrano invenies: (3) *Auri Coronarii Pon-*

(1)

ET· PONTIFICATV· NOSTRAE· CIVITATIS
SVSCEPTO· SPEM· FACIAT· AD· BENE· REGENDOS
CIVIVM· ANIMOS· COMPONENDAMQVE
INTER· EOS· GRATIAM· SE· APVD· NOS
PARENTIS· LOCO· FVTVRVM
PLACERE·HVIC·ORDINI·QVANDOQVIDEM·MAIORA
MERENTI· HONOREM· EI· AMPLIOREM· DEFERRE
NON· POSSVMVS· VT· IPSE· ET· FRATRES· ET
AGNATI·POSTERIQVE·EORVM·INTER·PATRICIOS
ADLEGANTVR
VTIQVE· IPSI· EX· ARCA PVBLICA· SCVTATI
DCCC· N· AVRI· CORONARI· NOMINE
NVMERENTVR· ET· EX· HOC· ORDINE· IN
VRBEM· MITTATVR· QVI· EAM· SVMMAM
ET· DECRETVM· N· AD· EVM· PERFERAT
STVDIVMQVE· CIVIVM· ET· POPVLI· VOTA· OB
ADVENTVM· EIVS· OPTATISSIMVM· PVBLICE
EXPONAT· CENSVERVNT

Pondo Triginta Quinque Millia Municipiis & Coloniis Italiae Conferentibus Ad Triumphos Meos. Coronae antiquitus e lauro datae triumphantibus, deinde aureae; (4) pecunia demum pro coronis : (5) nec vero iis ſolum, qui triumpharent, ſed Principi quidem alias etiam ob cauſſas. nam de Antonino Pio Capitolinus haec tradit: (6) *Aurum Coronarium, quod adoptionis ſuae cauſſa oblatum fuerat, Italicis totum, medium provincialibus reddidit*. itaque factum eſt, ut *Aurum Coronarium* pro dono gratuito & honoris cauſſa oblato acciperetur. de his Lipſium (7) fuſius diſputantem, ſi libet, adito.

VIII.

(1) Vrbiventi in Curia.
(2) Arc. P. v. 314.
(3) Grut. p. 232.
(4) Gell. N. A. l. 5. c. 6.
(5) v. l. 10. L. 1. de aur. coron.
(6) in Anton. c. 4.
(7) de Magn. Rom. lib. 2. c. 9.

CCXIIII.

VIII. K. NOV. ANNO. M. DCC. LXXXI.
TIBVRE. IN. CVRIA. ORDINEM. HABENTIBVS
FRANCISCO. CESARIO. SVMMO. MAGISTRO
FRANCISCO. STERLICHIO
IOSEPHO. TANIO
IOAN. MARIA. MOGLIAZZIO
III. VIRIS PRIORIBVS
FRANCISCO. CAPPVCCINIO. CVR. REI. PVB.
CORPORATI. CIVES. FREQVENTES. ADFVERVNT

QVOD. FRANCISCVS. CESARIVS. SVMMVS. MAGISTER. V. F. ET. DIGNITATI. ET. SALVTI. MVNICIPIO. NOSTRO FVTVRVM. VIDERI. SI. VIR. PRINCEPS. ALOISIVS. BRASCHIVS ONESTIVS. D. N. PII. VI. PONT. MAX. SORORIS. FILIVS. QVI NVPER. AEDIBVS. SIBI. INTRA. POMOERIVM. FVNDIS. IN AGRO. COMPARATIS. VNVS. ERGA. NOS. OPTATISSIMO ADVENTV. AMOREM. CIVIS. ET. PATRONI. STVDIVM EXHIBVERIT. IDEM. IN. HVNC. ORDINEM. ADLECTVS CLARITATE. NOMINIS. SVI. PATRICIORVM. NOSTRORVM SPLENDOREM. AVGEAT. AC. TVEATVR. DE. EA. RE. ITA CENSVERVNT

QVVM. VIR. PRINCEPS. ALOISIVS. BRASCHIVS. ONESTIVS D. N. PII. VI. P. M. SORORIS. FILIVS. DVDVM. MAGNO REI. PVBLICAE. BONO. AD. CIVITATEM. N. AEDIBVS APVD. NOS. FVNDISQ. COEMPTIS. VEL. MANCIPII. IVRE VEL. VICINITATIS PROPINQVITATE. PERTINERE COEPERIT. EIVSDEMQVE. OMNES. PRAESENTIS MVNIFICENTIAM. HVMANITATEM. BENIGNITATEM SVMMA. OMNIVM. ORDINVM. LAETITIA. MIRATI EXPERTIQVE. SIMVS

VEl *Mancipii Iure*, *Vel Vicinitatis Propinquitate*: id eſt, quod bonis Mancipio acceptis, in agro communi poſſeſſor habeatur, & propter conterminos fundos aedeſque proximas inter Vicinos a civibus numeretur.

Do-

(1)



PLACERE· HVIC· ORDINI· VTI· HONORE· OBLATO·QVI
EST· APVD· NOS· POTISSIMVS· AB· IPSO· ET· A
ROMVALDO·BRASCHIO·ONESTIO·PONT· MAX·SORORIS
FILIO· ALOISII· PRINCIPIS· FRATRE· V·C· PRAEPOSITO
SACRI· PALATII· PETAMVS· VT· IN· HVNC·ORDINEM
COOPTATI· ET· PRIMI· CIVIVM· PATRICIORVM· IN
TABELLA·AVREA· DESCRIPTI· SINGVLOS· VNIVERSOSQ·
NOS; REMQVE· PVBLICAM· NOSTRAM· IN· CLIENTELAM
DOMVS· SVAE· RECIPERE· DIGNENTVR
VTIQ· IPSIS· ET· ALOISII· PRINCIPIS·LIBERIS· POSTERISQ·
PRAESENTIBVS· ABSENTIBVSQ· SVMMVM· MAGISTRAT·
PETERE· ET· PER· ALIOS· ETIAM·INIRE·GERERE· LICEAT
EADEMQ·IIS·IVRA·HONORES·IMMVNITATES·VBICVMQ·
LOCORVM·SINT·FVERINT· IN· PERPET· DECERNAN TVR
ADTRIBVANTVR· QVAE· ILLIS· SVNT· ERVNT· QVI· IN
MVNICIPIO· NOSTRO· NATI· DOMICILIVM· HABENT
HABEBVNT· PERPETVOQVE· HABITANT· HABITABVNT
QVO· DIGNATIONE· BENIGNITATIS·EORVM·POSTERIS
QVOQVE· NOSTRIS· REM· PVBLICAM· NOVO· DECORE
PRAESIDIOQ·AVCTAM·ET·CONFIRMATAM·TRADAMVS
VTIQVE· EX· HOC· ORDINE· DOMINICVS· DE· ANGELIS
STANISLAVS· BOSCHIVS· IN· VRBEM· LEGENTVR· QVI
D· N· PIO· VI· P· M· DECRETI· HVIVS· EXEMPLAR
PERFERANT· AB· EOQVE· SVPPLICES· POSTVLENT· VT
STVDIVM· NOSTRVM· IVDICIO· SVO· PROBARE· ET
TOTIVS· CIVITATIS· VOLVNTATI· AVCTORITATEM
OPTIMI· PRINCIPIS· ACCEDERE· VELIT· CENSVERVNT

RECOGNOVIT· IOSEPHVS· ADIVTOR· ET· SCRIBA· ( ) SPINVCCIVS ORDINIS

Dominicus De Angelis: scripseram, ut scribendum erat, *Angelius*: nec tamen repugnavi, ne deleretur, memor Octavii illius EX MERCVRIALIBVS, quem apud Donium & Fabrettum (2) sic appellatum videmus. ceterum externa nomina Latini

Graecique ſecundum Grammaticas leges efferre ſolebant, atque in ſingulos declinare caſus, ne quis legendo falleretur. ac Graeci quidem auribus ſervientes impenſius, in recto etiam extremas fere litteras ad nominum ſuorum ſimilitudinem, ut a Salmaſio adnotatum eſt, immutabant: (3) quibus nempe *Hannibal* fiebat Ἀννίβας, *Hamilcar*, Ἀμίλκας, *Bogud*, Βόγος, *Bocchor* Βόκχος. Latini vero, quum pa-

CCXV.

PIO· VI· PONTIFICE· MAXIMO
QVATVORVIRATV ANDREAE· CONTI· DEC·
MARCI· ROMITI
IACOBI· TESOLI
ALEXANDRI· TEDESCHINI
XXXX· VIRI· MVNICIPI· ANAGNINI· IN· CVRIAM· QVVM
CONVENISSENT· PLACVIT· VNIVERSIS· ANTON·
LAMBERTVM· RVSCONVM· V· C· DOMO
CENTO· ANTISTITEM· VRBANVM· XII· VIRVM
SVMPTIBVS· MINVENDIS· QVI·REI·PVBLICAE·CAVSSA
SVSCEPTA· MVNICIPIVM· ANAGNINVM· CONSILIO
ET· GRATIA· ADIVVERIT· CIVIVMQ· CONTROVERSIS
EX·OMNIVM·SENTENTIA·COMPOSITIS·SECVRITATEM
OTIVM· CONCORDIAMQVE· CONSTITVERIT
OB·TANTA·EIVS· IN·SINGVLOS· VNIVERSOSQ· MERITA
IPSVM· FRATRESQVE· EIVS· DIONYSIVM· ET·PETRVM
RVSCONOS· ET· PETRI· LIBEROS· POSTEROSQVE

Quadraginta Viri: non magiſtratus ſolum, ſed etiam Decuriones univerſi hoc modo apud veteres aliquando appellati; ut apud Fabrettum (2) *Centumviri Municipii Auguſti Vejentis*: & in lapide praetorii Albani *Matribus Centumvirorum & Sororibus & Filiabus*. nam ſi primores tantum e Decurionum numero nominandi eſſent, dicebant, *Quinque Primi*, *Sex Primi*, *Decem Primi*, & hujuſmodi, ut habes libro tertio de ſtilo inſcriptionum. (3)

Ad-

patrio casu scriberent *Hannibalis*, *Hamilcaris*, *Bogudis*, *Bocchoris*, in recto retinebant *Hannibal*, *Hamilcar*, *Bogud*, *Bocchor*, & quae in eas desinerent consonantes, quas Latina nomina postremas item exhibebant: cetera ipsi etiam littera aut syllaba augebant, ut latine sonarent, & rectum proderent casum.

(1) Tibure in Tabular. (2) Don. Cl. 8. n. 64. Fabr. p. 280. n. 177. (3) in Solin. p. 281. E.

(1)

EORVM· IN· AMPLISSIMVM· ORDINEM· COOPTARI
EIVSQVE· REI· CAVSSA· DECRETVM· CONSCRIBI·VT
DECVRIONVM· NVMERO· HABERENTVR
VTIQ·HONORES·MVNICIPALES·PETERE· ET· EO·QVISQ·
IVRE GERERE· POSSET· QVO· QVI· OPTIMO· ANTE
GESSISSENT· ITEM· NE· QVOD· AB· IS· VECTIGAL
MVNICIPI· ANAGNINI· EXIGERETVR· CENSVERVNT
ACTVM· NON· IANVAR·
ANNO M· DCC· LXXVIIII·
DESCRIPTVM· ET· RECOGNITVM
EX· CODICE· AVREO
QVI· IN· TABVLARIO· ADSERVATVR
N· VI·
X· KAL· APR· AN· M· DCC· LXXX·

ANDREAS· ADIVTOR·ET·SCRIBA· ( ) GISCVS IIII·VIR·R·P·C·

Adjutor & Scriba Quatuorvirorum Rei Publicae Conservandae: male plerique, qui *Adjutor* dicendus sit, *A Secretis* appellant, nunquam hac formula usi veteres sunt. contra Adjutores magistratuum saepe occurrunt. (4)

(1) Anagniae in Tabulario.
(2) p. 170. n. 324.
(3) p. 523.
(4) v. l. 3. de st. infer. p. 525.

CCXVI.

ANNO· M· DCC· LXXVIIII·
IIII· NON· FEBRVAR·
ALATRII· IN· CVRIA· ORDINEM· HABENTIBVS
IOSEPHO· MARTIO· SEBASTIANO· VINCIGVERRA
NICOLAO· CATTALDO· III· VIRIS· REI· PVBLICAE
CONSERVANDAE· QVI· ET· SCRIBVNDO
ADFVERVNT
QVOD· VERBA· FACTA· SVNT· DE· AVGENDIS
HONORIBVS· ANTONII·LAMBERTI·RVSCONI· V·C·
DOMO· CENTO· ANTISTITIS· VRBANI· XII· VIRI
SVMPTIBVS· MINVENDIS· DE· EA· RE· VNIVERSI
ITA· CENSVERVNT
QVVM· ANTONIVS· LAMBERTVS· RVSCONVS· V·C·
EX· AVCTORITATE· PII· VI· PONT· MAX·
LEGATIONE· SVSCEPTA· VETERES· FINIVM
CONTROVERSIAS· QVAE· INTER· ALETRINATES

INter *Patricios Adlegantur*. ſic apud Gruterum, (2) *Adlecto Inter Patricios Ab Imp. Caeſ. Trajano Hadriano Aug.* de Vrbis tamen Patriciis illic ſermo eſt: verum & primarios cujuſque civitatis viros *Patricios* appellari poſſe, ex Capitonis definitione apud Gellium (3) jure quis contendat: generatim quippe loqui videtur: *Plebes vero ea dicitur, in qua gentes civium Patriciae non injunt*. quid, quod, uti Feſtus tradit, *Patricios Cincius ait in libro de Comitiis, eos appellari ſoditos, qui nunc Ingenui vocentur?* Patricios jam dictos fatendum eſt, quicumque in municipiis libertini generis non eſſent. nec vero in ipſo vocabulo ineſt quidquam, cujus cauſſa transferri ad alios appellatio non poſſit. nam de primis Vrbis Senatoribus Livius, (4) *Patres*, inquit, *ab honore*; Patricii, *quæ progenies eorum, appellati*:

Re-

(1)



ET· FINITIMOS· PLEROSQVE· POPVLOS· ERANT
ITA· VNVS· DIIVDICARIT· IDEMQVE·DIREMERIT
VT· CONSILIO· PRVDENTIAQVE· EIVS· SINE
VLLIVS· QVERELA· AVCTORITAS· DIGNITASQVE
MVNICIPI· N·CONSERVATA· ATQVE· AVCTA·SIT
PLACERE· HVIC· ORDINI· VT· OB· TANTA
IN· HANC· REM· PVBLICAM· MERITA· IPSE
FRATRESQ· EIVS· DIONYSIVS· ET· PETRVS
RVSCONI· ET· PETRI· LIBERI· POSTERIQVE
EORVM· IN· DECVRIONVM· NVMERVM· ATQVE
INTER· PATRICIOS· ADLEGANTVR· VTIQVE
DECRETVM· EIVS· REI· CAVSSA· CONSCRIBATVR
HONORISQVE· ERGO· EXEMPLVM· AD· EVM· IN
VRBEM· QVI· PERFERAT· EX· HOC· ORDINE
DESIGNETVR· CENSVERVNT

RECOGNOVIT· CAIET· SCRIBA. ( ) TIRINELLVS III·VIR· R·P·C·

Recognovit: sic olim scriba publicus sive tabellio subscribebat, postquam exemplum cum autographo contulisset: ut apud Sponium (5) in Rescripto Antonini Pii, *Recogn· Vndevicensimus*: sic enim appellabatur. at in militum diplomatis fere legimus, *Descriptum Et Recognitum Ex Tabula Aenea, Quae Fixa Est Romae In Capitolio In Ara Gentis Iuliae*, aut alibi. apud Gruterum autem (6) in Vesbini Aug. L· titulo leges: *Descriptum Et Recognitum Factum In Pronao Aedis Martis Ex Commentario, Quem Iussit Proferri Cuperius Hostilianus Per T. Rustium Lysiponum Scribam, In Quo Scriptum Id, Quod Infra Scriptum Est*.

XVII.

(1) Alatrii in Tabulario.
(2) p. 393. n. 6.
(3) N. A. l. 10. c. 20.
(4) lib. 1. c. 8.
(5) Misc. p. 352.
(6) p. 214.

CCXVII.



XVII· KAL· SEPTEMBR· ANNO· M· DCC· LXXXI·
VINCENTII· GIGLI· DEC·
DELPHINI· APOLLONI
ANAGNIAE·QVATVORVIRATV
IOAN·BAPTISTAE·GIGLI
VINCENTII· CICOTTI
XXXX· VIRI· IN· CVRIAM· CONVENERVNT
OMNES· IIDEMQ· SCRIBENDO· ADFVERVNT
QVOD· VINCENTIVS· GIGLIVS· IIII· VIR· VERBA· FECIT
DE· AVGENDIS· HONORIBVS· DOMINICI· NARDINI
V· C· MVNICIPIO· NOSTRO·PROPINQVITATE·FINITIMI
QVEM· NVPER· IN· VRBE· FLORENTEM· D· N· PIVS· VI·
PONT· MAX· NOBILISSIMIS· CIVITATIBVS· DONATVM
INTERQVE· INTIMOS· CVBICVLARIOS·ADLECTVM·SIBI
AB· EPISTVLIS· LATINIS· ESSE· IVSSIT· QVID·DE·EA· RE
FIERI· PLACERET· DE· EA· RE· ITA· CENSVERVNT
QVVM· RECTE· MAIORES· NOSTRI· ET· PATRIAE
ORNAMENTO· ET· SIBI· LAVDI· ESSE· PVTARINT· SI
SPECTATIS· VIRIS· ET· HVIVS· VICINITATIS· FACILE
PRIMIS· QVICVMQVE· VIRTVTE· ET· DIGNITATE
INCLARVISSENT· ADITVS· IN· HVNC· ORDINEM
SINGVLIS· PATERET
QVVMQVE· PER· HOS· ANNOS· CONSENSIONE·OMNIVM

AB *Epiſtulis Latinis* : Graeci quidem Επιστολαι ſcribunt; at EPISTVLA in decem lapidibus invenit Manutius : (2) & in aliis ſubinde iterum ac ſaepius apparuit EPISTVLA, ut haec Latinis ſcribendi ratio magis placuiſſe videatur: qui ſane in aliis quoque vocabulis a Graecorum conſuetudine receſſerunt. nam Graeci quidem θριαμβον, ipſi *Triumphum* ſcribunt, Graeci Κερκυραιον ipſi *Corcyraeum*, Graeci Στραγγαλων, ipſi *Strangulo*, & multa hujuſmodi.

Per-

(1)



DOMINICVS· NARDINVS· V· C· DOMO· VICO
HONESTISSIMIS· PARENTIBVS· AC· MAIORIBVS· NATVS
EAM· SIBI· IN· VRBE· VEL· EXISTIMATIONE
ELOQVENTIAE· VEL· PRVDENTIA· IVRIS· FAMAM
PEPERERIT· VT· CONSVLTORVM· DISERTISSIMVS· ET
DISERTORVM· CONSVLTISSIMVS· MERITO· HABEATVR
IDEMQVE· CVM· CETERIS· ORNAMENTIS· TVM· VERO
INTEGRITATE· CONSTANTIA· FIDE· HOC· MERVERIT
VT· SINGVLARIS· EIVS· VIRTVS· OPTIMI· PRINCIPIS
IVDICIO· PRAECLARISSIMO· COMPROBARETVR
PLACERE· HVIC· ORDINI· VTI· PERROGATIONE· FACTA
IPSE· PRIMVM· INTER· PATRICIOS· COOPTETVR· TVM
OB· MERITA· EIVS· PROSPERO· NARDINO· VIRO· EXIMIO
FRATRI· EIVSDEM· PAR· HONOR· TRIBVATVR· LIBERISQ·
HVIVS· ET· POSTERIS· DETVR· VT· OMNES· PATRICIO
LOCO· ORTI· HABEANTVR
VTIQVE· DECRETVM· NOSTRVM· IN· PVBLICAS· TABVLAS
REFERATVR· ET· EX· HOC· ORDINE· IN· VRBEM· LEGETVR
QVI· EXEMPLAR· EIVS· GEMINVM· AD· CONCORDISSIMOS
FRATRES· PERFERAT· DOMVM· AC· DE· CIVITATIS
STVDIO· ET· VOLVNTATE· VTRVMQVE· PVBLICE
EDOCEAT· CENSVERVNT

RECOGNOVIT· ANDREAS· ADIVTOR· ET· SCRIBA· ( ) GISCVS IIII· VIR·R·P·C·

Perrogatione Facta: verbum Curiae eſt *Perrogo*: Livius: *Perrogari eo die ſententiae non potuerunt*. & Tacitus: (4) *Quum Perrogarent ſententias Conſules*· at *Perrogatio* in libris non legebatur: Maffejus e veteri lapide protulit primus: (5) *Fiat Perrogatio Ordinis, Vt Singillatim* · · · ·

AN·

(1) Anagniae in Tabular·
(2) Orthogr· E·
(3) lib· 29· c· 19·
(4) Hiſt· l· 4· c· 9·
(5) M. V· p· 258· n· 4·

CCXVIII.

(1)

ANNO. M. DCC. LXXVIIII.
LVCA. APRONIANO
MARCO. FABRO II. VIR.
KAL. DEC.
AVXIMI. IN. CVRIA. SCR. ADF.
SEPTIMIVS. BALDVS
QVINTILIVS·MVCIANVS
HORATIVS. PERSA
AVRELIVS. PLANTINVS
QVOD. M. AEMILIVS. FAVSTVS. V. F. DE. IIS. QVI CVRATORES. VIARVM. EX. CONSENSV·ORDINIS. A LVCA. APRONIANO. II. VIRO. NOMINATI. SVNT ORDINANDIS. D·E·R·I·C. PLACERE, HVIC. ORDINI EOS. QVI. VIIS. STERNENDIS. REFICIENDIS CVRATORES·CREATI·ESSENT·QVVM·MAGISTRATVM INIISSENT·DE·SVMPTIBVS·QVOS·FIERI·OPORTERET SEPARATIM·COGNOSCERE·INITAQ·RATIONE·AD·II. VIROS. REFERRE
VTIQVE. II. VIRI. PECVNIA. QVAE. PVBLICA. ESSET ET. EXIGI. POSSET. AD. EAM. REM. VTERENTVR MVTVAMQVE. A. QVIBVS. VIDERETVR. SVMERENT ET. QVAESTOREM. ARCAE. PVBLICAE. AD. EAM REM. DARE. ADTRIBVERE. SOLVERE. IVBERENT
VTIQ. CVRATORIBVS. LAPIDVM. CONVEHENDORVM OPERISQVE. FACIVNDI, CAVSSA. RVSTICOS. EX AGRIS. SINGVLOS·E·SINGVLIS. FAMILIIS·LEGENDI COGENDIQVE. IVS. POTESTASQVE. ESSET. IIDEM ARCHITECTVM. VNVM. SCRIBAM. LIBRARIVM VNVM·SERVOS·PVBLICOS·QVATERNOS, HABERENT IISQVE. SINGVLIS·EX·QVO. AD. II. VIROS. DELATI ESSENT. A. QVAESTORE. MERCEDES. CIBARIA ANNVA. DARENTVR. DEFERRENTVR. QVANTA CVRATORES. OPERVM. PVBLICORVM. DARE DEFERREQVE. SOLENT. CENSVERVNT

DE *Iis*, *Qui* . . . . *Ordinandis* : id eſt conſtituendis. eadem verba in veteri S. C. leges apud Frontinum. (2) ſic & Svetonius de C. Caeſare loquutus : (3) *eadem licentia ſpreto patriae more magiſtratus in plures annos Ordinavit*. & de Veſpaſiano : (4) *Quemdam e caris miniſtris diſpenſationem cuidam quaſi fratri petentem quum diſtuliſſet, ipſum candidatum ad ſe vocavit, exactaque pecunia, quantam is cum ſuffragatore ſuo pepigerat, ſine mora Ordinavit*.

§. III.

(1) ficti argumenti.
(2) de Aquaed. art. 100.
(3) in Iul. c. 76.
(4) in Vespaſ. c. 23.

§· I I I·

TABVLAE FOEDERVM ET HOSPITIORVM

CCXVIIII· (I)

AMICITIA· POPVLO· CALATINO
CVM· POPVLO· ATELLANO
HIS· LEGIBVS· ET· CONDITIONIBVS· ESTO

TABVLAM· PICTAM· QVAE· CALATIAE· IN· CVRIA· AD· IGNOMINIAM POPVLI· ATELLANI· POSITA· EST· ANTE· KALENDAS· MARTIAS QVAE· PRIMAE· FVTVRAE· SVNT· ORDO· DECVRIONVM CALATINORVM· IN· FORO· CREMANDAM· CVRATO· LEGATVMQVE DE· EA· RE· AD· POPVLVM· ATELLANVM· PVBLICE· MITTITO· IS ILLICO· VINCTOS· QVOS· HABET· CIVES· CALATINOS· E· CVSTODIA LIBEROS· ABIRE· SINITO

A· KAL· APRILIBVS· QVAE· PRIMAE· FVTVRAE· SVNT· SI· QVI ALTERVTRIVS· PARTIS· CIVES· INCOLAEVE· NOXAE· CAVSSA VINCTI· FVERIVNT· EORVM· REPETENDORVM· NEVTRI· POPVLO· IVS ESTO· MAGISTRATVSQVE· DE· CRIMINIBVS· COGNOSCITO· APVD QVEM· REVS· DEPREHENSVS· EST

QVI· LVDI· POSTHAC· ATELLAE· AVT· CALATIAE· FIENT· EOS· EX VTROQVE· POPVLO· SPECTARE· CVIQVE· FAS· SIT· TESSERAEQVE SINGVLIS· GRATVITAE· DENTVR· HOSPITIVM· VICISSIM MAGISTRATIBVS· PVBLICE· PRAEBETOR

NEGOCIATORES· MANCIPESVE· QVI· E· POPVLO· CALATINO· ATELLAM QVIQVE· E· POPVLO· ATELLANO· CALATIAM· RES· PROMERCALES INVEHENT· SI· DIPLOMA· MAGISTRATVS· SVI· OSTENDERINT PORTORII· EIVS· QVOD· PEREGRINI· PENDVNT· DIMIDIVM· DVM TAXAT· SOLVVNTO

CONTROVERSIAE· INTER· CIVES· SI· QVAE· CALATIAE· AVT· ATELLAE ORIENTVR· EARVM· CAVSSA· ARBITROS· EX· ORDINE· DECVRIONVM QVOS· LIBVERIT· VTRINQVE· LEGERE· ET· APVD· EOS· DISCEPTARE IVS· ESTO· MAGISTRATVSQVE· SENTENTIAM· EORVM· RATAM HABENTO

POPVLVS· ATELLANVS· NE· QVID· OB· VETERES· SIMVLTATES· AVT INIVRIARVM· PERSEQVENDARVM· CAVSSA· CONTRA· CIVEM INCOLAMVE· CALATINVM· NEVE· QVID· POPVLVS· CALATINVS CONTRA· CIVEM· INCOLAMVE· ATELLANVM· FACITO· FIERIVE IVBETO· QVAE· PRIVATVS· QVISPIAM· ADVERSVS· HANC· LEGEM INIVSSV· POPVLI· ADMISERIT· POENA· AFFICITO

CCXX.

IVSIVRANDVM ATELLANORVM

AVDI. DEVS. OPTIME. MAXIME. AVDI. VIRGO. MATER. ET. PATRONI OMNES. CAELESTES. AVDITE. VT. HAE. LEGES. HAE. CONDITIONES IN. TABVLA. IN. ALBO. SCRIPTAE. SVNT. VTIQVE. HODIE RECTISSIME. INTELLECTAE. SVNT. HIS. CONDITIONIBVS POPVLVS. ATELLANVS. CVM. POPVLO. CALATINO. PACEM AMICITIAMQVE. FACIT. SI. PRIOR. POPVLVS. ATELLANVS PVBLICO. CONSILIO. DOLO. MALO. PACEM. AMICITIAMQVE CVM. POPVLO. CALATINO. RVPERIT. VIOLAVERIT. IN. ILLO DIE. DEVS. OPTIME. MAXIME. POPVLVM. ATELLANVM. ET DOMOS. FAMILIAS. REMQVE. PVBLICAM. POPVLI. ATELLANI PESSIMO. LETO. AFFICIAS

IVSIVRANDVM CALATINORVM

AVDI. DEVS. OPTIME. MAXIME. AVDI. VIRGO. MATER. ET PATRONI. OMNES. CAELESTES. AVDITE. VT. HAE. LEGES HAE. CONDITIONES. IN. TABVLA. IN. ALBO. SCRIPTAE SVNT. VTIQVE. HODIE. RECTISSIME. INTELLECTAE. SVNT HIS. LEGIBVS. HIS. CONDITIONIBVS. POPVLVS. CALATINVS CVM. POPVLO. ATELLANO. PACEM. AMICITIAMQVE. FACIT SI. PRIOR. POPVLVS. CALATINVS. PVBLICO. CONSILIO. DOLO MALO. PACEM. AMICITIAMQVE. CVM. POPVLO. ATELLANO RVPERIT. VIOLAVERIT. IN. ILLO. DIE. DEVS. OPTIME MAXIME. POPVLVM. CALATINVM. ET. DOMOS. FAMILIAS REMQVE. PVBLICAM. POPVLI. CALATINI. PESSIMO. LETO AFFICIAS

ACT. ATELLAE. IN. CVRIA. V. K. MARTIAS. ANNO. MDCCLXXX.

IN *Tabula in Albo*: id eſt in tabula ſive albo. ſic apud Muratorium, (2) *In Tabulam in Album Referunda*: quod eſt εἰς δέλτον ἀναγράψαι. ceterarum autem formularum pleraeque a Livio deſumptae. (3)

Porro utrumque Iusjurandum conditionibus iis ſubſcriptum putato, quas modo legiſti, & eodem modo in aes inciſum. hoc certe pacto veteres monumenta hujuſmodi ab oblivione vindicare ſolebant. (4) formulam Iurisjurandi *Arilienſium* poſt Vidaniam vulgavit Fabrettus, (5) quam ex aerea tabula deſcriptam conſtat.

PIO

(1) ſicti argumenti.
(2) p. 582.
(3) v. l. 2. c. 24.
(4) v. l. 1. de ſt. Inſcr. p. 184.
(5) p. 673. n. 13.

CCXXI. (1)

PIO· VI· PONTIFICE· MAXIMO
ANNO· M· DCC· LXXVIIII·

MAGISTER· ET· SODALES· MARIALES· ALBATI PERVSIA· AVGVSTA· RELIGIONIS· PIETATISQVE ERGO· HOSPITIVM· FECERVNT· CVM· PRAEFECTO COLLEGIOQVE· VRBANO· FRATRVM· MARIALIVM ALBATORVM·IPSVM·FRATRES·MARIALES· ALBATOS SVCCESSORES· POSTEROSQVE· EORVM· SIBI SVCCESSORIBVS· POSTERISQVE· SVIS· PATRONOS COOPTAVERVNT

PRAEFECTVS·COLLEGIVMQVE·VRBANVM· FRATRVM MARIALIVM·ALBATORVM·RELIGIONIS· PIETATISQVE ERGO· MAGISTRVM· ET· SODALES· MARIALES ALBATOS·PERVSIA· AVGVSTA·SIBI·SVCCESSORIBVS POSTERISQVE· SVIS· IN· FIDEM· CLIENTELAMQVE SVAM· RECEPERVNT

EGERVNT

HANNIBAL· M· F·	STASIVS· PROMAG·	
PAVLLVS· ANT· F·	BALBVS	LEG·
DEMETRIVS· FEL· F·	FESTVS	

Fratrum Marialium: apud veteres quoque Sodalium Arvalium Collegium, *Fratrum Arvalium* dictum est. nam & apud Graecos Φρατωρ sive ut Attici & Dores dicebant, Φρατηρ *Sodalis* est: item *Fratria*, inquit Varro, (2) *est Graecum vocabulum partis hominum, ut Neapoli etiam nunc*. his autem qui praeerant, *Magister* & *Promagister* apud Romanos appellati: ut apud Fabrettum, (3) *P. Metilius Secundus Magister*, & (4) *Magisterio C. Matidi Patruini*, *Promagistro L. Veratio Quadrato*. tum *Praefecti* etiam appellatione designatus, qui curam sacrorum sustineret: *Praefectus Sacrorum* bis apud Gruterum occurret, (5) semel apud Reinesium: (6) & apud utrumque *Praefecti Collegiorum* saepius: quae quidem artificum fere & opificum erant, sed qui tamen sacra iidem sua in Scholis facerent: qua de re jam egit Heineccius. (7)

(1) ficti argumenti.
(2) L. L. l. 4. c. 15.
(3) p. 445. n. 52.
(4) p. 442. n. 49.
(5) p. 411. n. 3. p. 4. 494. n. 1.
(6) Cl. 1. n. 275.
(7) de orig. & jur. Colleg. Exerc. 9. §. 17. & 23.

§. XXXI.

RESCRIPTA ET DIPLOMATA PUBLICA

CCXXII. (1)

CLEMENS. XIIII. PONT. MAX.
ANNO. SACRI. PRINCIPATVS. III.
SALVTEM. DICIT. NOVEMVIRIS. ET. DECVRIONIBVS
SERVILIANENSIVM. EX. PICENO
QVID. IN. SOLATIVM. CALAMITATIS. VESTRAE
CONSTITVERIM. COGNITA. OPPIDI. ET. DOMORVM
VESTRARVM. RVINA. NE. IGNORARETIS. HVIC
EPISTVLAE. SVBIICI. IVSSI
ANNO. M. DCC. LXXII. KAL. MART. CLEMENS. XIIII.
PONT. MAX. ADHIBITIS. PICENTIVM. PATRONIS
EE. VV. PRONVNCIAVI. QVOD. SVBSCRIPTVM. EST
QVIA. IN. SOLO. FATISCENTE. SITI. DVDVM
INCOMMODE. ET. CVM. PERICVLO. HABITATIS
NEC. VERO. DOMIBVS. EXSTRVENDIS
COMPARANDISVE. EX. MAGNIS. REI. FAMILIARIS
DETRIMENTIS. PARES. ESTIS. LOCVM. VOBIS. IN
PROXIMO. ADSIGNARI. OPPIDO. AEDIFICANDO
ET. IMPENSAS. E. FISCO. SVPPEDITARI. IVBEO
IDQVE. OPPIDVM. VT. DE. NOMINE. MEO. CASTRVM
CLEMENTINVM. APPELLETIS. PERMITTO. VALETE
III. NON. MART. ANNO. M. DCC. LXXII. AGENTE
CVRAM. MARCO. POMPEIO. LEGATIS. FAVSTO
PETRONIO. PAVLLO. GENTILI

Rescriptum hoc ad ejus formam expressum est, quod Domitianus Falerienſibus de subſecivis dedit. (2) cetera, quae exstant, praefatione plerumque carent. *EE. VV.* Eminentissimis Viris. *Agente Curam*: vetus formula, qua *Curator* designabatur, cui negotii publici procuratio demandata esset. qui & *Cura Agens* quandoque dictus est. (3)

Castrum Clementinum: sic apud veteres a conditore appellatum *Castrum Iulium*, *Castra Caecilia*, & hujusmodi. porro inscriptionem, quae ad novi oppidi portam fixa est, habes superius cap. IIII. n. CXXXII.

OR-

(1) adsciti argumenti. (2) Grut. p. 1081. n. 2. (3) Fabr. p. 434. n. 14.

CCXXIII. (1)

ORDO· DECVRIONVM
CIVIBVS· HONESTISSIMIS· QVI· VRBE· AB
HOSTIBVS· OBSESSA· LIBERTATIS
RETINENDAE· AVCTORES· FVERVNT
AERARIOQVE· SVMPTIBVS· EXHAVSTO
PATRIMONIVM· SVVM· IN· SALVTE
PATRIAE· COLLOCAVERVNT· QVORVM
NOMINA· SVBSCRIPTA· SVNT· IPSIS
LIBERIS· POSTERISQVE· EORVM
VIRTVTIS· ERGO· HONOREM
DECVRIONATVS· GRATVITVM· DEDIT
ET· CONVBIVM· CVM· PATRICIIS· AVT
SI· QVI· VXOREM· HABERENT· VT
VXSORES· EORVM· INTER· PATRICIAS
CENSERENTVR
NON· AVG· AN· M· DCC· LXX·
M· SILVIO· FAVSTINO· V·C·
DESCRIPTVM· ET· RECOGNITVM· EX
TABVLA· AENEA· QVAE· IN· CVRIA· FIXA
EST· AD· SVBSELLIA· II· VIR.
Q. FABIVS ( )MERVLA· DEC.
C. ANTONIVS ( ) FABER· DEC.
L. CAECILIVS ( ) NOBILIS· DEC.

Arco Silvio: huic diploma petenti datum fingitur, & ſubſcripti Decuriones tres ſigno quiſque ſuo teſtantur, Fauſtinum unum eſſe ex iis, qui honorem Decurionatus gratuitum adepti ſunt; ejuſque nomen in tabula aenea inciſum inter eorum nomina legi.

Hic vero me quiſpiam admonet ſubiratus, & dic, inquit, aliquando, quid ſibi geminum illud ſigma velit, quod toties hoc capite inter nomen & cognomen ſubſcriptorum appoſuiſti, averſum alterum & alterum adverſum, hic vero non ſemel ſed ter? nihil equidem de hac re adnotandum duxeram, quod jam alias attigiſſem. (1) ſed quoniam interpellas, neutrum ſigma eſſe, reſpondeo, at notas tantum, quae ſigilli locum indicent ſive civitatis, ut in decretorum exemplis, ſive teſtium, ut hic: nam teſtes non modo ſubſcribebant, ſed etiam ſignabant, anulo ſignum inter nomen & cognomen quiſque ſuum imprimere ſoliti. (3)

§. v.

(1) fidi argumenti. (2) v. l. 1. de ſt. inſcr. p. 192. (3) ibid. p. 191.

§. V.

INSCRIPTIONES MENSVRARVM ET PONDERVM PVBLICORVM

CCXXIIII. (1)



COngius erat Amphorae pars octava, & aquae aut vini pondo decem capiebat: itaque Amphora octoginta. quo pertinet illa veteris plebiſciti particula apud Feſtum: nam Amphoram *Quadrantal* quoque appellabant: *Vti Quadrantal Vini Octoginta Pondo ſiet*. (2)

(1) ficti argumenti. (2) v. Arbuthnot. tab. diſſert. 1. c. 9.

CCXXV. (1)

MEnſura duas heminas ſive cyathos duodecim continens, *Sextarius* appellatur, qui pondus capiebat unciarum viginti. de vino ſaepe uſurpant ſcriptores. Horatius, (2)

Panis ematur, olus, vini Sextarius.

de Tacito Aug. Vopiſcus: (3) *Ipſe fuit vitae parciſſimae ita, ut Sextarium vini tota die nunquam potaverit, ſaepe intra heminam.* & de Auguſto Svetonius, (4) *Quoties largiſſime ſe invitaret, ſenos ſextantes non exceſſit*, id eſt *Sextarium*; nam *Sextans* duo cyathi ſunt, ſive Sextarii pars ſexta. ceterum *Sextarius* menſura etiam aridorum fuit. (5)

(1) ficti argumenti. (3) in Tac. c. 11. (4) in Aug. c. 77.
(2) l. 1. Sat. 1. v. 74. (5) v. Arbuthn. tab. diſſ. 1. c. 9.

CCXXVI. (1)

PArs unciae tertia eſt *Duella*, ſive ſextulae duae: Fannius ſic expoſuit, (2)

Sextula quum dupla eſt, veteres dixere Duellam.

Aedilium autem fuit de ponderibus & menſuris jus dicere. (3)

§. VI.

(1) ficti argumenti. (2) de pond. & menſ. v. 23. (3) v. l. 1. de st. Inſc. p. 193.

§. VI.

DECRETA ET ACTA COLLEGIORVM

CCXXVII. (1)

IDIBVS· MARTIIS
ANNO· M· DCC· LXXXII·
VTINAE· IN· SCHOLAM· ORDINIS· CANONICI
FREQVENTES· QVVM· CONVENISSENT· VERBAQVE
FACTA· ESSENT· QVO· DIE· PIVS. VI· PONT·MAX·
PARENSQVE·PVBLICVS·GERMANICAE·PROFECTIONIS
CAVSSA· VTINAM· SVMMA· OMNIVM· ORDINVM
LAETITIA· INGRESSVS· ESSET· ET· IN· TEMPLVM
MAXIMVM· A· COLLEGIO· N· DEDVCTVS· SACRO
ADFVISSET
VTI· MEMORIA· EIVS· DIEI· QVI· FVIT· III· ID·MART·
ANNI· CHRISTIANI· M· DCC· LXXXII· LITTERIS
CONSIGNATA· POSTERIS· TRADERETVR
PLACVIT·VNIVERSIS·DECRETVM·DE·EA·RE·CONSCRIBI
IDQVE·SAXSO·INCISVM·AD·OPTATISSIMI·ADVENTVS
FAVSTITATEM· ET· NOSTRI· ORDINIS· TOTIVSQVE
CIVITATIS· RELIGIONEM· AC· STVDIVM
CELEBRANDVM· EODEM· IN· TEMPLO· FIGI
CENSVERVNT

☑ *Tinae* : ita clarissimae urbis efferendum duxi nomen , quod aliis ob sententiarum de origine ejus varietatem *Vedinum* est aut *Hunnium* aut *Vtinum* . (2) nimirum quum ingentes veterum aedificiorum reliquiae oppidum vetustum & Romano more exstructum declarent , facile in Leandri sententiam , quam Merula sequitur, (3) veni , ut hanc esse illam ipsam Venetorum urbem censerem , quae in Plinii exemplaribus *Atina* dicitur , (4) & *Vtina* , mendo librariorum sublato , dicenda sit . numerat quidem hanc Plinius inter oppida , quae jam *interierant* : sed ex urbe vicum factam non negat : ut revixisse post ea tempora videatur , & vetus nomen retinuisse : quod deinde , ut plerisque contigit , paullulum immutatum est .

NON·

(1) Vtinam missa .
(2) v. Martinier. Dict.
(3) Cosmogr. part. 2. l. 4. c. 37.
(4) H. N. l. 3. c. 19.

CCXXVIII.

NON. IVN. ANNO. M. DCC. LXXXII.
FERRARIAE. IN. SCHOLA. COLLEGII. CANONICORVM
PRIMORIBVS. ORDINEM. HABENTIBVS. ADFVERVNT
CVNCTI
QVOD. VERBA. FACTA. SVNT. DE. PERPETVANDA
LITTERIS. MEMORIA. AVSPICATISSIMI. DIEI. QVO
ALEXANDER. MATTEIVS. ARCHIEPISC. N. A. D. N.
PIO. VI. PONT. MAX. SVMMA. OMNIVM. ORDINVM
LAETITIA. CARDINALIS. DICTVS. EST. DE. EA. RE
ITA. CENSVERVNT
QVVM. ALEXANDER. MATTEIVS. VIR. PATRICIVS. D OMO
ROMA. ARCHIEPISC. N. EA. ERGA. OMNES. ORDINES
VOLVNTATE. REM. SACRAM. FERRARIENSIVM
GESSERIT. GERAT. VT. IN. SANCTA. MAIORVM
DOCTRINA. RETINENDA. IN. ALVMNIS. ECCLESIAE
SVAE. INSTITVENDIS. IN. CALAMITOSORVM. INOPIA
SVSTENTANDA. IN. CIVIVM. OMNIVM. MORIBVS
CONFORMANDIS. OPTIME. IPSE. DE. VNIVERSIS
MERVERIT. MEREAT. NOS. CARITATIS
LIBERALITATISQ. EIVS. ET. LABORVM. PLVRIMORVM
FRVCTVS. VBERRIMOS. QVOTIDIE. FERAMVS
QVVMQVE. D. N. PII. VI. P. M. SAPIENTISSIMO
CONSILIO. FACTVM. SIT. VT. QVAM. ILLI. GRATIAM
NOS. HABERE. SOLVM. POTERAMVS. EA. REPENTE
IN. OCVLIS. NOSTRIS. INCREDIBILI. OMNIVM. GAVDIO

Eccleſiae Suae: vocem a vetuſtiſſimo quoque Chriſtianorum Scriptorum frequentiſſime uſurpatam, antiqui etiam Latini aliquando, nec plane alio ſenſu occuparant. Plinius enim de Senatu & populo Amiſeno ſcripſit, (2) *& Bule & Eccleſia conſentiente*: ut de populo pagi Noveri, quem incolebat, ſic deinde cecinit Auſonius: (3)

cele-

(1)

AB· OPTIMO· PRINCIPE· REFERRETVR
PLACERE· HVIC· ORDINI· VT· D· N· PIO· VI· P· M·
QVI· VT· FERRARIAM· ADVENTV· OPTATISSIMO· E
GERMANIA· REVERSVS· EST· PATRIBVS
CARDINALIBVS· QVI· ADERANT· IN· CONSILIVM
VOCATIS· ET· CIVITATE· IN· SVMMAM
EXSPECTATIONEM· ADDVCTA· XI· KAL· IVN· IN
IPSO· ORDINIS· SACRARIO· ANTISTITI· NOSTRO·ET
PARENTI· PVBLICO· QVVM· PRAECLARISSIMVM
LAVDVM· PRAECONIVM· IMPARTITVS· ESSET
SACRAE· PVRPVRAE· HONOREM· NEC· OPINANTI
DETVLERIT· EVNDEMQVE· IN· AMPLISSIMVM
COLLEGIVM· TRIENNIO· ANTE· ADLECTVM
DESIGNATVMQVE· PRONVNCIAVERIT· PRO
IMMORTALI· EIVS· IN· NOS· ATQVE· IN· OMNES
BENEFICIO· GRATIAE· SINGVLARIBVS· VERBIS
PVBLICE· AGANTVR
VTIQVE· STVDII· NOSTRI· GRATIQ·ANIMI·TESTANDI
CAVSSA· DECRETVM· QVAMORNATISSIMVM
PERSCRIBATVR· EIVSQVE· EXEMPLO· MARMORI
INCISO· ET· IN·SACRARIO·AD·LOCI·CELEBRITATEM
FIXO· DIES· HIC· QVEM· CIVITATI· VNIVERSAE
LAETISSIMVM· AC· BEATISSIMVM·ILLVXISSE·OMNES
SENTIVNT· MONVMENTIS· LITTERARVM
CONSIGNATVS· SEMPITERNAE· POSTERORVM
MEMORIAE· COMMENDETVR· CENSVERVNT

. . . . *celebrique frequens eccleſia vico.*

Sacrae Purpurae : veteres quoque pro magiſtratu *Purpuram* dixere ; Ovidius, (4)

Iamque novi praeeunt faſces, nova purpura fulget.

& Martialis, (5)

Purpura te felix, te colat omnis honos.

quamquam Senatus potius hic designari videtur, & huic jungi Magistratus, sive *omnis honos*: nam sic tres reipublicae ordines indicantur a Statio: (6)

Moribus atque tuis gaudent turmaeque, tribusque,
Purpureique Patres.

utroque autem nomine honori Cardinalium designando *Purpuram* recte aptamus, quod & Amplissimi Collegii Patres sint, & Magistratuum ritu magna eorum auctoritas ac dignitas habeatur.

(1) Ferrariae in templ. max. Sacr. (2) l. 16. epist. 111. (3) epist. 24. v. 94. (4) Fast. 1. 1. v. 81. (5) lib. 8. epigr. 8. (6) l. 4. Silv. 1. v. 25.

CCXXVIIII. (1)

ANNO. M. DCC. LXXVIII.
IN. SCHOLA. SODALIVM. ANTONIANORVM
SCR. ADF. CVNCTI
QVOD. FLAVIVS. MARCIANVS. MAG. V. F. DE
AVGENDIS. HONORIBVS. MARCI. AEMILIANI
CARDINALIS. PATRONI. COLLEGI. N. Q. D. E. R.
F. P. D. E. R. I. C.
QVVM. MARCVS. AEMILIANVS. CARDINALIS
PATRONVS. COLLEGI. N. EA. DVM. VIXIT
VOLVNTATE. ERGA. SINGVLOS. VNIVERSOSQVE
SEMPER. FVERIT. VT. COLLEGI. PATRONATV
SVSCEPTO. NEMINI. CONSILIVM. SVVM. AVT. OPES
DEESSE. PASSVS. SIT. SVMPTVS. ETIAM. QVOS. IN
CVLTVM. PATRONORVM. FACERE. SOLITI. ERAMVS
PRIMVS. SVSTVLERIT. ET. ORDINEM. N. MORIENS
TESTAMENTO. HONORAVERIT. QVVMQVE
PRO. MAGNITVDINE. TANTAE. CALAMITATIS
NVLLVM. ALIVD. FLAGRANTISSIMO. OMNIVM
DESIDERIO. MOERORIQVE. SOLATIVM. RELIQVVM
SIT. QVAM. VT. AD. PRAECLARISSIMI. VIRI
LAVDEM. AC. FAMAM. HONORES. EI. QVOS. VIV S
RECVSAVIT. MORTVO. DEFERAMVS. PLACERE
VNIVERSIS. CLYPEVM. EI. AEREVM. INAVRATVM. IN
SCHOLA. N. PONI. CVM. INSCRIPTIONE. QVAE
NOMEN. EIVS. HONORESQVE. COMPLECTATVR
LAVDATIONEMQVE. ANNIVERSARIAM. DECERNI
ET. LOCVM. QVO. IPSE. FRATRESQVE. EIVS
INFERANTVR. IN. TEMPLO. DARI. CENSVERVNT

IN *cultum Patronorum*: sic Livius de M. Porcio Catone Sardiniam obtinente: (2) *Sumptus, quos in cultum praetorum Socii facere soliti erant, circumcisi aut*

aut fublati: quae Tullii quoque Ciliciam adminiſtrantis laus maxima fuit. (3)

Et Locum, Quo Ipſe . . . . locum ſepulturae, honoris cauſſa, primariis civibus & bene de re publica meritis decernere, uſitatiſſimum antiquis fuit & Romae & per municipia: cujus moris veteres potiſſimum titulos teſtes habemus: (4) ut & Clypeorum, quae item decerni ſolebant: itaque leges apud Fabrettum, (5) *Huic Decuriones Funus Publicum, Statuam Equeſtrem, Clipeum Argenteum, Locum Sepulturae Decreverunt, & Vrbani Statuam Pedeſtrem.*

(1) ficti argumenti. (3) v. Middlet. l. 7. (4) Fabr. p. 105. n. 249. &c.
(2) l. 32. c. 27. (5) p. 463. n. 92.

CCXXX. (1)

ANNO. M. DCC. LXXVIII.
PRID. ID. SEPTEMBR.
IN. TEMPLO. COLLEGI. FABRVM. CAPITOLINORVM
QVOD. L. LAVRENTIVS. BASSVS. PRO. MAG. VERBA
FECIT. DE. MAGISTRO. IN. DEMORTVI. LOCVM
CREANDO. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.
QVVM. C. MARIVS. AVITVS. IS. VIR. IN. COLLEGIO
NOSTRO. ESSE. VIDEATVR. CVI. VIRTVTE. ET
AVCTORITATE. PAVCI. COMPARARI. NEMO
ANTEFERRI. POSSIT. QVVMQVE. IDEM. DE
COLLEGIO. NOSTRO. OPTIME. MERVERIT
MEREAT. AC. POTISSIMVM. AVCTOR. LEGVM
OPTIMARVM. ALIQVANDO. FVERIT
PLACERE. VNIVERSIS. C. MARIVM. AVITVM. COLLEGI
N. NOMINE. MAGISTRVM. DICI. IN. ANNOS. DECEM
EIQVE. POTESTATEM. CVRATIONEMQVE. RERVM
OMNIVM. DARI. ITA. VTI. DATA. EST. L. FLAVIO
LONGO. CETERISQVE. QVI. ANTE. EVM. OPTIMO
IVRE. MAGISTRI. CREATI. SVNT. CENSVERVNT

Eſſe *Videatur*: ſaepe hoc modo loquuti veteres, quum judicium ſententiamque ſuam ſignificare volebant: Livius, (2) *Scipionem recte atque ordine Videri feciſſe, quod eum regem appellaverit*: Cicero item crebro, qui & illud tradit: (3) *Majores noſtri voluerunt, quae jurati judices cognoviſſent, ut ea non, eſſe facta, ſed ut Videri pronunciarent.*

(1) ficti argumenti. (2) lib. 3. c. 17. (3) Acad. l. 4. c. 37.

CCXXXI. (1)

QVOD· FELIX· FAVSTVMQVE· SIT

VIII· KAL· SEPT·
ANNO· MDCCLXXVI·
D· N· PIVS· VI· BRASCHIVS
PONT· MAX·
QVI· OLIM· CANONICVS· VATICANVS
OPTIMIS· AVSPICIIS
IN· COLLEGIVM· N· C· SACERDOTVM
NOMEN· DEDERAT
IDEMQVE· INTER· PATRES· CARDINALES
ADLECTVS
EODEM· IN· NVMERO· CENSERI· SE· VELLE
PROFESSVS· ERAT
AD· PONTIFICATVM· MAXIMVM· EVECTVS
VT· SODALES· OMNES· TANTO· ETIAM· DIGNITATIS
SVAE· SPLENDORE· HONESTARET
QVEM· TENVERAT· LOCVM· EADEM· SIBI
VOLVNTATE· ADSERVIT
COLLEGIVMQVE· VNIVERSVM
PATRONVS·OPTIMVS
IN· FIDEM· CLIENTELAMQVE· SVAM
RECEPIT

AGENTE· IOAN· OCTAVIO·MANCINFORTE· V· C·
PRAEP· SACR·PALAT· PRAEF· COLLEGI· EIVSDEM

(1) *Patronus Optimus* : non bene utique Principem quis *Patronum* potius , quam *Dominum* appellet : nam ea privatorum hominum appellatio esse videtur . hic tamen non repudianda est , quod ad proximum honorem referri possit , vel quod is *Patronus* dicatur , qui e Sodalibus sit & esse velit .

Erit

Erit fortaſſe, qui haec uberius pleniuſve expoſita cenſeat, quam Acta Collegiorum ſcribenda videantur. ſed is animadvertere debet, de quibus hoc loco agatur; idemque hoc dare, quum de Principe ſermo eſt, recte ſplendidiora deligi verba, & orationem attolli, ne infra dignitatem loquamur. nota haec iis, qui priſca monumenta diligentius expendunt, & morem hunc veterum fuiſſe facile demonſtrare poſſunt: iis in primis, quae in Ara Narbonenſi legimus. (2)

(1) incid. in Schola C. Sac. (2) Grut. p. 229.

CCXXXII. (1)

K A L. F E B R.
ANNO. M. DCC. LXXXIII.
INDVLGENTIA. ET. LIBERALITATE
P I I. VI. PONT. MAX.
OPTIMI. PRINCIPIS
QVAE. AEDES. IOANNI. BAPTISTAE. A. MAIORIBVS
DICATA. CONSECRATAQVE. EST. HACCE. IN. AEDE
COLLEGIVM. INSIGNE. LEGITIMVM
XV. VIR. CANONICORVM
HONORE. GRATVITO. CONSTITVTVM. EST
LITTERISQVE. PVBLICIS. AMPLISSIMIS
AD. ORDINIS. N. PERPETVITATEM. FIRMATVM
VTI. AD. CETERA. BENEFICIA. MAXIMA
ATQVE. IMMORTALIA. HOC. QVOQVE. ACCEDERET
EXIMIVM. POSTERIS. MONVMENTVM
CARITATIS. BENEFICENTIAEQVE
EIVS. ERGA. TARRACINENSES

HOnore *Gratuito*: id eſt diplomate ſine ulla impenſa accepto. rem porro ejuſmodi veteres quoque enunciare ſolebant. nam in titulo, qui Sueſſae exſtat, legimus, (2) *Et Titio Chreſimo Filio Ejus Ob Merita Patris Honorem Decurionatus Gratuitum Decrevit*, & in altero, qui Capuae legitur, inſcriptum eſt, (3) *Huic Ordo Decurionum Ob Merita Ejus Honorem Auguſtalitatis Gratuitum Decrevit*. tum illa ſaepius occurrunt *Sacerdos Gratuitus*, (4) *Sexvir. Aug. Brix. Et Tridenti Grat.* (5) & ſimilia.

AN-

(1) Tarracinae in aede Ioan. Bapt. (2) Grut. p. 475. n. 3. (3) id. p. 354. n. 7. (4) Maff. M.V p. 80. n. 3. (5) Grut. p. 433. n. 3.

CCXXXIII. (1)

ANNO· M· DCC· XXXVIII·
ROSA· ASCOLESIA· VIRGINE· MAXIMA
FVNDVS· NICASTRIANVS· IVGERVM· SEXCENTORVM
IN· AGRO· BENEVENTANO· EMPTVS· SCVT· X· DC·
LX· N· EXINDE· QVOD· MALE· LOCATVS· ESSET
ANNVI· REDITVS· EIVS· QVI· ESSE· DEBEBANT
AD· SCVT· M· CCC· VII· N· MAGNAM· PARTEM
MALITIA· HOMINVM· AD· PLVRES· ANNOS
INTERCEPTI· SVNT· DONICVM· EX· AVCTORITATE
D· N· P II· VI· PONT· MAX·
INSTANTE· FRANCISCO· MARIA· BANDITO
CARD· ARCHIEPISCOPO· NOSTRO
APVD· VRBANOS· IVDICES· PER· CAIETANVM
POMPEIVM· PROCVRATOREM· ACTIONE· FORENSI
VINDICATI· SVNT· ET· NOVA· LOCATIONIS· LEGE
RES· FAMILIARIS· COENOBII· VICTORINIANI· IN
PRISTINVM· STATVM· RESTITVTA
ANNO· M· DCC· LXXXI·
MARIA· IOSEPHA· ROSAE· ASCOLESIAE
FRATRIS· FILIA
VIRGINE· MAXIMA
ANNO· V·

Iugerum Sexcentorum: in plurali numero sic fere inflectebant, *Iugera*, *Iugerum*, *Iugeribus*, ab antiquo nominativo *Iuger* aut *Iugus*, *Iugeris*. dictum autem *Iugerum*, inquit Varro, (2) *quod quadratos duos actus habeat. actus quadratus, qui & latus est pedes* CXX. *& longus totidem*. itaque *Iugerum* mensura est ex ducentis & quadraginta pedibus in longitudinem, centum & vigiuti in latitudinem. (3)

PART-

(1) Beneventi in Coenobio Victoriniano.

(2) de R. R. l. 1. c. 10.

(3) v. Arbuthnot. tab. differt. 1. c. 8.



PARTITIO SECVNDA
INSCRIPTIONES SECVNDI ORDINIS

HActenus inſcriptiones dedimus, quae ſenis veterum generibus reſpondent; ob eamque cauſſam primi ordinis appellavimus. quae jam ſequuntur, quamquam a prioribus pendent, ſingulaeque ad unum aliquod ſenorum genorum referendae ſunt; ſtilo tamen atque forma ſic variant, ut alter ex his ordo naſci videatur: itaque ſecundi ordinis inſcriptiones recte dici poſſint.

CAPVT I.
INSCRIPTIONES TEMPORARIAE

§. I.
INSCRIPTIONES PRECATIONVM VOTORVMQVE CAVSSA

CCXXXIIII· (1)

MARIA· MATER
TE· PRECAMVR· QVAESVMVSQVE
VTI· SIES· VOLENS· PROPITIA· NOBIS· COLLEGIO
SODALITATIQVE· NOSTRAE· QVOIVS· REI· ERGO
SACRA· SOLLEMNIA· OBIMVS· VTI· TV· ERROREM
SOCORDIAM· MORBOS· VISOS· INVISOSQVE
PROHIBESSIS· DEFENDAS· AVERRVNCESQVE
VTIQVE· INGENIO· QVEMQVE· MEMORIA· INDVSTRIA
MACTE· ESSE·IVBEAS·MENTEM·ANIMVM· INTEGRVM
SERVASSIS· DVISQVE· BONAM· SALVTEM· NOBIS
COLLEGIO· SODALITATIQVE· NOSTRAE

FOrmulae pleraeque a Catone ſunt, ubi agri luſtrandi rationem tradit. quidni enim, ſuperſtitione illi relicta, verba rebus ſacriſque noſtris idonea ſumamus? Col-

Collegio Sodalitatique: non eſt ἐν δυσὶ δυοῖν, ſed *Collegium* ſunt ipſi proceres, Praefectus nempe, Magiſtri, Adjutores; *Sodalitas* vero populus, ſive ſodales univerſi: quemadmodum in republica Conſules, Praetores, Tribuni plebis Collegium erant.

(1) Firmi propoſita in ſchola ſodal.

CCXXXV. (1)

VIRGO. SANCTA. REGINA. CAELESTIS
DEI. MATER
OPIFERA. SOSPITATRIX
SI. SACRA. RITE. RENOVAVIMVS
VOTISQVE. PVBLICE. SVSCEPTIS
PIE. OPEM. IMPLORAMVS
AST. TV. VOLENS. PROPITIAQVE
EXITIVM. AB. VRBIS. TECTIS
TEMPLISQVE. AC. ROMANIS. MOENIBVS
ARCETO
REQVE. PVBLICA. SERVATA
TERROREM. IN. HOSTES. HVNC
AVERTITO

A*St Tu Volens*: id eſt, Tu contra volens. ſic apud Livium, (2) *Bellona ſi victoriam duis, Aſt ego templum tibi voveo*. & in Actis Fratrum Arvalium, (3) *Quod Hodie Vovimus, Aſt Tu Ea Ita Faxis*.

(1) ſicti argumenti (2) l. 10. c. 19. (3) Fabr. p. 443. n. 51.

CCXXXVI. (1)

QVOD. HODIE. VOVIMVS
LAVRENTI. SANCTE. MARTYRVM. FORTISSIME
NATVRAEQVE. POTENS
VT. LVE. DEPVLSA. AEGRAM. CIVITATEM
SOSPITATOR. LIBERES
TRISTISSIMO. PERICVLO
AT. TV. EA. ITA. FAXIS
TVNC. TIBI. IN. EADEM. VERBA
CIVITATIS. NOMINE
QVAE. NVNC. AEDES. IMMERITO. SQVALET
A. SOLO. RESTITVTAM
MARMOREAM. VOVEMVS
ESSE. FVTVRAM

IN *Eadem Verba*: vetus eſt vovendi formula, quam in Actis Fratrum Arvalium legimus, (2) *Quod Hodie Vovimus, Aſt Tu Ea Ita Faxis: Tunc Tibi in Eadem*

dem Verba Nomine Collegi Fratrum Arvalium Bovem Auratam Vovemus Esse Futuram. porro illud *In Eadem Verba* conditionem designat, quae ante enunciatur, *Vt Lue Depulsa*, & quae sequuntur.

(1) adsciti argumenti. (2) Fabr. p. 443. n. 51.

CCXXXVII. (1)

REGINA. VIRGO. PRODEAS
ET. MATER. SVMMI. REGIS
AGE. OMNI. SANCTA. NOMINE
PRAESENTI. VT. SOLES. TVAM
SOSPITES. OPE. GENTEM

CCXXXVIII.

TE. VOTIS. TE. SOLLICITA. PRECE
PAVPER. COLONVS. AMBIT
SVPINAS. ECCE. FERENS. AD. CAELVM. MANVS
TE. DVLCIBVS. ALVMNIS
PROPITIAM. PRECATVR

CCXXXVIIII.

TE. VOLENTE. AGRICOLAS
NVNQVAM. DESTITVAT. SPES
FERTILISQVE. MAGNOS. VSQVE. FRVGVM
ACERVOS. ANNVS. PRAEBEAT
ET. PLENO. MVSTA. LACV

CCXXXX.

TE. VOLENTE. DIVES. AGRIS
AVTVMNVS. CAPVT. EFFERET
POMIS. DECORVM. MITIBVS
PRESSA. LAETI. CONDENT. MELLA
PLENIS. PASTORES. AMPHORIS

CCXXXXI.

O. TEMPESTATVM. POTENS
NIMBORVMQVE. SONANTIVM
SI. QVID. ARCTVRI. PARAT. CADENTIS
IMPETVS
VT. GRANDO. SAXIS. ILLIDATVR. ASPERIS
EXTREMO. ET. ORBE. DETONET

CCXXXXII.

O. TERRAE. SIMVL. AEQVORISQVE. DOMINA
SATORVMQVE. CVSTOS. ET. FLORENTIS. VINEAE
SI. QVID. MINATVR. EVRVS
VT. DESERTA. MONTIVM
ANNOSAEQVE. INHOSPITIS
PLECTANTVR. SILVAE. CAVTIBVS

CCXXXXIII.

AGROS. SI. CAELO. SPECTES
NEC. VRENTEM. VITIS. AFRICVM
NEC. STERILEM. SENTIAT
ROBIGINEM. SEGES
TVIS. QVISQVE. DE. MVNERIBVS
TIBI. SACRAS. LIBABIMVS. PRIMITIAS

SI genus carminis probas, cetera ſtant : vix enim ulla hic formula eſt, quae non ab Horatio aut Catullo aut Tibullo decerpta ſit. at genus hoc carminis Saturnios verſus imitatur, quos diu apud Romanos in honore fuiſſe oſtendi. (2)

(1) ficti argumenti. (2) v. l. 2. de ſt. inſcr. a p. 389.

CCXXXXIIII. (1)

SALVE. ROMANAE. GENTIS
PATER. ET. CVSTOS. PETRE
QVAE. TE. SIDERIBVS. INTVLIT. DIES
FESTVS. HAC. TIBI. POPVLVS
CVM. PROLE. MATRONISQVE. SVPPLEX
AD. ARAS. VOTA. NVNCVPAT

AET-

CCXXXXV.

AETERNO·SACRA·NVMINI
QVAE·NITET·ARGENTO·DOMVS
ET·AVRO·FVLGET·ROSEAQVE·PVRPVRA
TIBI·NITET·TIBI·FVLGET
O·CAELITVM·MAGNORVM
GRANDE· DECVS· PETRE

CCXXXXVI.

O· TVTELA· ROMAE· PRAESENS
ET· TVAE· DEFENSOR· VRBIS
TIBI· SI· NOSTRI· CVRA· PRINCIPIS· OBTIGIT
DA· MVLTA· PER· QVINQVENNIA
REGAT· VT· AEQVVS· ORBEM
TE· DVCE· ET· AVSPICE

CCXXXXVII.

QVAE· TVO· CREVIT· SANGVINE
TVISQVE· VIGET· INSTITVTA· LEGIBVS
DA· SANCTE· QVAE· PRECAMVR
ET· QVA· SOL· PROMIT· ET· QVA· CONDIT· DIEM
NIHIL· VT· VRBE· ROMA
POSSIT· VISERE· MAIVS

CCXXXXVIII.

VOTIS· O· PATER· CIVIVM
SI· BONVS ANNVAS· ET· BONOS
VOLENS· DVCAS· AD· EXITVS
CANDIDA· PAX· VRBEM· COLET
ET· ARMA· DVRI· MILITIS
NEGLECTA· IN· TENEBRIS· SITVS· OCCVPABIT

CCXXXVIIII.

NOBIS. SI. CAELO. SOSPITATOR. ADERIS
TVAMQVE. PLACIDO. VRBEM. ADSPICIES
LVMINE
PROBI. IVVENTAE. MORES
ET. TVTA. QVIES. SENECTAE
ET. RES. ET. PROLES. ERIT
ET. OMNE. ROMAE. DECVS

HAec item iisdem e fontibus prodiere, unde superiora desumpta sunt; quae quidem parcius delibassem, nisi, quum haec scriberem, illud propositum habuissem, ut magnas in poëtarum libris opes nobis paratas esse demonstrarem.

(1) adsciti argumenti.

§. II.

INSCRIPTIONES AD FESTOS APPARATVS ATQVE POMPAS

CCL. (1)

AVE. SEVERINE. MARTYR
TVAM. TIBI. IMAGINEM
ANDREAE. CONTI. MERITO. DICAT. PIETAS
PATRONO. INVICTO. CAELESTI
QVANDO. ROMAE. ANAGNIAM. PRAEFERENS
HVC. AD. NOS. VOLENS. PROPITIVS
CYRIACAE. EX. ARENARIIS
IN. TEMPLVM. ANDREAE. APOST. LAETA. POMPA
CONCESSISTI
TE. IAM. IPSE. ET. DOMVS. TOTA
TE. ORDO. ET. POPVLVS. ANAGNINVS
STVDIO. COLET. SEMPITERNO

RELIQVIAE. TRANSLATAE. ANNO. M. DCC. LXXXI.

DIcat *Pietas*: non aliter loquutus est Cicero de M. Marcello, quum ait: (2) *Quod brevi tempore futura sit illa Auctoritas in his majorum suorum & suis sedi-*

ſedibus. nam *Illa Auctoritas* idem eſt ac *Vir ille tantae auctoritatis*, ſive M. ipſe Marcellus : quemadmodum hunc locum recte interpretatus eſt primus Abramius. porro ſimile illud Horatii, (3)

Quin ubi ſe a volgo & ſcena in ſecreta remorant
Virtus Scipiadae & mitis ſapientia Laeli;
Nugari cum illo & diſcinctì ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti.

(1) ad effigiem Martyris. (2) pro Marc. c. 3. (3) lib. 2. Sat. 1. v. 71.

CCLI. (1)

CIVI SANCTO
CONTEMPTORI DIVITIARVM
OPES. CAELO. MELIVS. PARTAS. GRATVLATVR
CONSENTIENTIBVS. ORDINIBVS
PATRONO. CIVITAS. CAELESTI. GAVDENS

CCLII.

EN. SIDERIBVS. RECEPTVS
AETERNO. FRVITVR. AEVO
ILLE. RIGIDAE. INNOCENTIAE
ILLE. IMMOBILIS. PIETATIS
MAGNVS. ANIMVS
QVEM. INVICTVM. A. LABORE
INVICTVMQVE. A. VOLVPTATIBVS
EGREGIA. VIRTVS. PRAESTITIT

Contemptori Divitiarum: ſic apud Livium dicitur *Cato contemptor gratiae & divitiarum*. (2) *Opes* autem veteres latius accepere, quam *Divitias*: quippe *Opibus* potentiam quoque ſignificarunt: ut Caeſar, (3) *Quibus opibus ac nervis ad perniciem ſuam uteretur*. itaque ſic aliquando diſtinxit Tullius: (4) *Certe in bonis numerabis Divitias, honores, Opes*.

Immobilis Pietatis: de L. Vitellio Auli patre Svetonius: (5) *Defunctum ſenatus publico funere honoravit: item ſtatua pro Roſtris cum hac inſcriptione*, PIETATIS IMMOBILIS. ERGA. PRINCIPEM

OM-

(1) ficti argumenti. (2) l. 39. c. 40. (3) B. G. l. 1. c. 20. (4) de fin. l. 1. c. 27. (5) in Vitell. c. 13.

CCLIII. (1)

OMNIPOTENTI· DEO· CONSERVATORI
SACR·

SVPPLICATIONE· DECRETA
QVOD· A· PIO· VI· PONT· MAX·
OPTIMO· ET· INDVLGENTISSIMO
PRINCIPE
ANDREAS· GIOANNETTVS
EPISC· HIMERAEORVM
PATRIAE· BONO· ET· CIVIVM· GLORIAE· NATVS
SVMMA· IAM· LAETITIA
OMNIVM· ORDINVM
ARCHIEPISCOPVS· BONONIENSIVM
DICTVS
ET· IN· PATRVM· CARDINALIVM· COLLEGIVM
COOPTATVS· SIT
AD· GRATIAS· RITE· AGENDAS
GENS· BIANCONIA
TEMPLVM· MAIORVM· SVORVM
EXORNAVIT

Sacrum: quaeret fortaſſe quiſpiam, cui orationis parti vocabulum id jungendum exiſtimem. ego vero ſolitarium legi malo, nec ad ea referendum cenſeo, quae infra ſunt. tituli enim hujus initium declarat, cui honor habeatur: tum ſubjicitur cauſſa ipſa apparatus & celebritatis. porro multa mihi in promptu exempla ſunt, quibus eandem olim rationem placuiſſe demonſtrem. ſed ea huc congerere omnia, ineptum ſit: delibare, non item. a Grutero haec ſunt: *Num. Dom. Aug. Sacrum. Genio Conſervatori Horreorum Galbianorum M. Lorinus Fortunatus S·T·D·D·* (2) *Iovi Conſervatori Et Iunoni Sanctae Sacrum. C. Plaetorius C. F. Stel. Phoebus ····· Vot. Sol. Lib. Mer.* (3) *Apollini Aug. Sacrum. Magiſtri Anni* VI· *D. D. Sex. Trebonius* & reliqui. (4)

Archiep. Bonon. Dictus: id eſt Creatus: ut apud Tullium: (5) *Si Sulla potuit efficere, ab interrege ut Dictator Diceretur*. nec de Dictatoris ſolum creatione,

ne, ſed de aliis etiam magiſtratibus aliquando eadem uſurpata formula eſt: Livius, (6) *Plebejos alios tribunos militum conſulari poteſtate omnes fere centuriae Dixere.* apud eundem, quod nunc quidam ex ingenio ſuo repudiarent, pro *Dictus*, occuret *Declaratus.* (7)

(1) Bononiae propoſita in aede ſacra.
(2) p. 85. n. 8.
(3) p. 19. n. 3.
(4) p. 36. n. 7.
(5) ad Att. l. 9. ep. 15.
(6) l. 5. c. 13.
(7) l. eod. c. 18.

CCLIIII. (1)

IN HONOREM
PII VI PONTIFICIS MAXIMI
CVLTORIS AVCTORISQVE
STVDIORVM OPTIMORVM
DOCTORES LYCEI ROMANI
CVM AVDITORIBVS VNIVERSIS
AD EXPERIMENTA
DOCTRINARVM SVARVM PVBLICANDA
EXORNAVERVNT

Doctores: hoc potiſſimum nomine deſignandos ſemper putavi, qui publica auctoritate docent; nec unum aliquem domi ſuae inſtituunt, ſed ludum habent apertum omnibus, ad quos ſtatis temporibus magnus auditorum numerus diſciplinae cauſſa concurrat. ſic enim ab antiquis eos appellari video: ut quum Horatius de parentis ſui diligentia & caritate ſcripſit, (2)

Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omnes
Circum Doctores aderat.

& de rhetore Tullius, (3) *Inque eo vel maxime probavi ſummum illum Doctorem Alabandenſem Apollonium, qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos judicabat non poſſe oratores evadere, operam apud ſeſe perdere, dimittebatque.* id ipſum confirmat uſitata veteribus translatio nominis ad eos, qui gladiatores inſtituebant, de qua fuſius egit Fabrettus. (4)

Lycei Romani: primum quidem Athenis Lyceum fuit, celeberrimum nempe gymnaſium a Lyco Pandionis filio eo nomine appellatum. ſed Latini etiam gymnaſia ſua poſtea appellatione eadem deſignarunt. itaque Lyceum in Tuſculano Tullius, (5) in Tiburtino Hadrianus habuit. (6)

PIO

(1) Romae proponenda ad Aed. Ignat.
(2) l. 1. Sat. 6. v. 81.
(3) de orat. l. 1. c. 28.
(4) Inſcr. p. 234. D.
(5) de Div. l. 1. c. 5.
(6) Spart. in Hadr. c. 26.

CCLV. (1)

PIO· VI· PONT· MAX·
QVO· INCOLVMI
SALVA· RES· PVBLICA· EST
ORDO· ET· POPVLVS· SENOGALL·
VOTORVM· COMPOS
FAVSTVM· FELICEMQVE· REDITVM
GRATVLATVR
OPTIMO· ET· INDVLGENTISSIMO
PRINCIPI

QVI· REI· CHRISTIANAE· ORDINANDAE· CAVSSA
ITER· ARDVVM· INSOLITVM· PETRI· APOST·
AVSPICIIS· VINDOBONAM· AD· CAESAREM· AVG·
MEDITATVS· III. KAL· MART· VREL. TOTA
MIRANTE· VOTISQ· PROSEQVENTE· SVSCEPIT
QVVMQVE· PERAGRATIS· DITIONIS· SVAE· OPPIDIS
ATQVE· ITALIA· OMNI· IN· OCCVRSVM· ERCITA
III·NON·MART·SENOGALLIENSES· IOCVNDISSIMO
ADVENTV· ERASSET· PROTINVS· IN· FINES
VENETOS·PROGRESSVS·CIVITATIBVS·QVASCVMQ
ACCESSIT· VISENDI· STVDIO· OBVIAM· EFFVSIS
ET· AVCTOR· VBIQVE· PIETATIS· PARENSQVE
PVBLICVS· APPELLATVS· GERMANIAM· ADTIGIT
VIDITQVE· SVIS· IAM· SEDIBVS· PROPE· AVVLSAS
NATIONES· QVAE· VINDOBONAM· VSQVE
LAETITIA· GESTIENTES· PERDVCEBANT· VIDIT
IMP· CAES· IOSEPHVM· AVG· OBVIAM· BIBI
AD· MILLIARIVM· XX· PRAECVRRENTEM· IN
REGIAMQ· INVITATVS· ET· OMNIBVS·ORDINIBVS
GRATVLANTIBVS· HOSPITIO· ACCEPTVS
MAGNIFICO· DOMVM· AVGVSTAM· SVMMA· CVM
DIGNITATE· AD· MENSEM. INCOLVIT· VOTA
ADFLVENTIVM· POPVLORVM· AVDIVIT· AD
OFFICIA· REDEVNTES· RECEPIT· SVPPLICES
OPTATA· PRECATIONE. LVSTRAVIT
IDEM· VINDOBONA· DIGRESSVS· AVGVSTO· COMITE
EVNDEM· QVASI· PARENS· FILIVM· EXTREMO
IN· COMPLEXV· ILLACRIMANTEM· DIMISIT
ILLACRIMANS· CONVERSOQVE· IN· NORICOS
ITINERE· DVCEM· SERENISS· BAVARIAE
OMNIBVS· OFFICIIS· INVITANTEM· INVISIT
AVGVSTAM· VINDELICORVM· FESTA· POMPA
PLAVDENTEM·ADIIT· VII· IDVS· SACRI· IMPERII
ROMANI· MAGNOSQVE· GERMANIAE· PROCERES
SALVTATVM· VNDIQVE· ADVENIENTES
CONVENIT· AMPLERVSQVE· EST
MVLTOS· DENIQVE· MORTALES· ADMISSIONE
ADLOQVIO· PRECATIONIBVS· SOLATVS
CVPIENTIQVE· ITALIAE· REDDITVS· VENETOS
PATRES· REDITVM· RIVS· SVMMO· STVDIO
OPPERIENTES· ATQVE· OMNI· HONORVM
GENERE· IN· VERBEM· SVAM· INVEHENTES
GAVDIO· CVMVLAVIT
INDE· AD· DITIONIS· SVAE· FINES· INCREDIBILI
OMNIVM· ORDINVM· LAETITIA· REVERSVS
POPVLORVM· VBIQVE·ANIMIS·ROMANO· NOMINI
CONCILIATIS· GERMANIA· ITALIA· VIRTVTVM
CLARISSIMARVM· STVDIIS· ACCENSA· AD· NOS
PROPERAT· ADEST· ADSERTOR· PIETATIS
VINDEX. RELIGIONIS

NArrationem historiamve hujusmodi veteres quoque titulis non unius generis vel in monumentis perpetuis aliquando subscripserunt. insignis autem est, quae in Plautiorum mausoleo adhuc legitur via Tiburtina: (2) cujus hic formam aliqua ex parte expressimus.

sos-

(1) Senogalliae in fornice temporario & pilis.

(2) Grut. p. 453.

CCLVI. (I)

SOSPES. IAM. VRBI. REDDITVS
PARENS. ADVENIT. PATRIAE
NVNC. VOS. O. PVERI. IVVAT
NVNC. VOS. IVVAT. O. VIRGINES
SACRO. PLACARE. CARMINE
REGIS. CVSTODEM. DEVM

CCLVII.

LVCEM. OPTIME. PRINCEPS
TVAE. AGE. REDDE. PATRIAE
AGE. INSTAR. VERIS. POPVLO
VVLTVS. AFFVLGEAT. TVVS
GRATIOR. VT. EAT. DIES
ET. SOLES. MELIVS. NITEANT

CCLVIII.

SALVE. PATER. SALVE. DOMINE
TV. FRVGES. AGRIS. REFERES
TVTAMQVE. LATE. PACEM. FINIBVS
TV. PATRVM. REVOCATIS. ARTIBVS
EVAGANTI. LICENTIAE
VICTOR. INIICIES. FRENA

CCLVIIII.

TECVM. IAM. PRISCA. FIDES
TECVM. INGENVVS. PVDOR
ET. NEGLECTA. REDIT. VIRTVS
EN. BEATA. PONE. FAVSTITAS
INGREDITVR. ET. PLENO
IT. COMES. COPIA. CORNV

CCLX.



VEtus hic mos Romae fuit, portas, vias, templa, domos ornandi, quum Imperator Auguſtus in urbem ab expeditione aliqua aut itinere rediret: de quo ſaepe Latini Graecique ſcriptores hiſtoriae Romanae multa litteris mandarunt. quin & de C. Caeſare municipia coloniaſque Italiae poſt bellum Gallicum obeunte ſcripſit Hirtius: (4) *Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum locorumque omnium, qua Caeſar iturus erat, excogitari poſſet.* de titulis vero, quos quandoque tabellis inſcriptos, haſtiſque affixos praeferebant, meminit in primis Svetonius (3) & Dio. (4)

(1) ficti argumenti.
(2) B. G. l. 8. c. 51.
(3) in Ner. c. 25.
(4) Xiphil. l. 62. p. 723. D.

§. III.

INSCRIPTIONES FVNERVM PVBLICORVM

CCLXI. (1)

AVE· IVLI· ET· SALVE
IVLI· PARENS· PVBLICE
IAM· RECEPTE· SIDERIBVS
TVI· HOC· MVNERIS· TIBVRTES
FATENTVR· ESSE· ET· FATERI· GAVDENT
QVOD· STENT· QVOD· VIGEANT
DEPVLSA· FAME· IGNAVIA· NEQVITIA
VRBEM· QVOD· SVAM· INSTITVTIS· OPTIMIS
FIRMATAM· VIDEANT
ET· VIRTVS· AC· SAPIENTIA
LECTOS· SACRORVM· ADMINISTROS· DECORET
TEMPLA· QVOD· NITEANT
CVLTV· EXORNATA· MAGNIFICO
ET· TEMPLIS· ADDICTA· QVOD· IVVENTVS
AD· PIETATEM· INFORMETVR· AVITAM
LITTERISQVE· ET· ARTIBVS· ERVDITA· FLOREAT
QVODQVE· LYCEVM· DISCIPLINARVM· PVBLICVM
MAIORVM· AVCTVRVM· FAMAM
CIVIBVS· INCOLIS· PEREGRINIS· PATEAT
AGE· NVNC· CAELO
VOLENS· PROPITIVS· RESPICE
HONORIS· HANC· SEDEM· TVI
PATRONVSQVE· CAELESTIS
TVIS· ADESTO· TAMDIV· CLIENTIBVS
QVAMDIV· TVI· MEMORIA· NOMINIS
INFIXA· GRATIS· INSIDEBIT· ANIMIS

Propoſita haec ſub imagine immortalis viri Iulii Matthaei Natalis, Pontificis Tiburtium, quum ejus mortem poëtarum coetus verſibus honeſtaret: de cujus quidem virtutibus apud Tiburtes nulla unquam aetas conticeſcet. epitaphium ejuſdem ſuperius deſcriptum eſt.

(1) Tibute ſub effigie.

CCLXII. (1)

A ☧ Ω

ALFONSO· NIC· F· SANCHEZIO
LVNENSI· ARAGONIO
COMITI· HISPANIENSI· MVRATI· ET· ILLVCAE
MARCH· S· NICOLAI· ET· CASABONAE
DVCI· S· ELPIDI· ET· CARFITI
SEVIRO· ANNONARIO· V·
IVRIDICO· REGIA· POTESTATE
PER· FINES· AVERSANOS· PONDERIBVS· ET· MENSVRIS
EXIGENDIS
VIRO· OPTIMO· PRAESTANTISSIMO
REBVS· DOMI· MILITIAEQVE· GESTIS· MAGNO
RELIGIONE· ET· PIETATE· MAXIMO
QVEM· IMP· CAES· KAROLVS· VI· AVG·
INTER· MAGISTROS· ADMISSIONVM
HONORARIOS· ADLEGIT
ET· ALAE· EQVITVM· PRAEFECIT
REX· KAROLVS· REGIS· N· PARENS
TVRMARVM· PRAEFECTVRA· ITERVM· ORNAVIT
CIVITAS· VNIVERSA
AMORE· SEMPER· ET· STVDIO· ET· LAVDIBVS
PROSEQVVTA· EST
IOANNES· DVX· CASALIS· PRINCIPIS
PATRI· INDVLGENTISSIMO· B· M·
ET· LAVRA· FRANC· F· CARACCIOLA
CONIVGI· DVLCISSIMO· PIENTISSIMO
CVM· LACRIMIS
IVSTA· PERSOLVVNT
VIX· ANN· LXXVIII· M· VIIII· D· XV·
AVE· ET· VALE
IN· PACE

VIN·

CCLXIII. (1)

VINDICI
DISCIPLINAE· MILITARIS
REGVM· FORTISSIMORVM
LAVDES· MERITO
QVI
NOMEN· SIBI· AETERNVM
SCRIPTIS· PEPERIT
DVRAEQVE·DVCIBVS·MILITIAE·LEGES
GRAVIS· OSTENDIT· AVCTOR
QVAS· SANCTE· DVCTOR· ORDINVM
SERVARAT· PRIOR
VTILIS· REGI· ET· PATRIAE

CCLXIIII.

ALTORI· EGENORVM
QVEM· PLEBES· ORBA· LVGET
QVASI· PARENTE· ADEMPTO
VNVS· INOPIAM· MAXIME
QVOD· MISERORVM· LENIIT
QVERELASQVE· COMIS· AVDIENS
AEQVO· TVLIT· ANIMO
QVOD· OPEM· IMPLORANTIBVS
TVTORIS· INSTAR· SEDVLI
PVPILLO· VIDVAEQVE
SEMPER
PRAESIDIO· FVIT

AVC-

CCLXV.

AVCTORI
CONSILIORVM· OPTIMORVM
MVLTI· QVEM· SAEPE· IVVENEM
AVDIVERE· SENES
PRVDENTIAM· ELOQVIVM
MIRATI
HONESTVM· QVI· DVLCI· PRAEFERENS
VIRTVTEM· DIGNITATEM
EXEMPLO· MONSTRAVIT· VNICE
CONSTANTIA· ET· FIDE
AVCTORITATEM
MERITO· ADEPTVS· MAXIMAM

CCLXVI.

CVLTORI· PIETATIS
PRIMA· CVI· NVMEN· CVRA
ET· VIRGO· SVMMI·MATER·SANCTA·NVMINIS
CVI· ROMANA· SEMPER
CORDI·RELIGIO· FVIT
CVIVS· DE· MVNERE· DIVITES
NITENT· IN· TEMPLIS· ARAE
SACROS· SERVANTES· MARTYRVM
DVLCIA· CINERES· PIGNORA
VITAM· QVI· PVRITER· ACTAM
MAGNANIMVS· INVICTVS
SANCTO· PROBAVIT· EXITV

SE-

QVos titulos rogo veteres affigere solebant, (2) nunc iis feretri tribunal, aut templorum parietes, in quibus funus celebratur, ornare solemus. porro commode quis singulos singulis virtutibus celebrandis distribuat, quae in defuncto potissimae fuerint: honores in prima recenseat, quae ad templi portam, aut in tribunalis fronte proponatur.

(1) Neapoli funeris caussa. (2) v. l. 1. de st. infc. a pag. 203.

CCLXVII.

(1)

SENATORI. MAXIMO
OMNIBVSQVE. HONORIBVS
SANCTE. ATQVE. INDVSTRIE. PERFVNCTO
MOESTI. PARENTANT. CIVES
AEVO. QVI. FLORENTE
VNVS. DIFFICILLIMIS. TEMPORIBVS
ET. SALVTEM. REIPVBLICAE
ET. DIGNITATEM. PATRIAE
VITAE. PRAEPOSVIT. SVAE

CCLXVIII.

AVCTORI
PARTIVM. OPTIMARVM
SAPIENTI. QVI. CONSILIO. SENATVM
POPVLVMQVE. GRATIA. IVVIT
CVIVS. ET. PRIVATI. VIRTVS
ET. IN. MAGISTRATIBVS
MAGNO. FVIT. VSVI. REI. PVBLICAE
MAIORA. IAM. MERENTI
IVSTA. PERSOLVIT. PATRIA
PRO. QVA. NON. METVIT. MORI

CCLXVIIII.

DEPVLSORI
DOMINATVS. VINDICIQVE
LIBERTATIS
QVI. PATRIAE. SVSCEPTA. LEGATIONE
AVITOS. VNVS. QVOS. AEQVAVERAT. HONORES
IMMORTALI. AVXIT. GLORIA
CVNCTI. IN. FVNVS. PRODEANT. ORDINES
ODIA. OCCVMBENS. DVM. EXPLEVIT. IMPROBORVM
MVLTA. ILLE. REI. PVBLICAE
PROROGAVIT. SAECVLA

Se-

Enatori Maximo: ſic in veteri ellogio (2) appellatus eſt L. Caecilius Metellus, is, cujus laudes Plinius quoque recenſuit. (3)

Partium Optimarum: de Attico Nepos: (4) *In republica ita eſt verſatus, ut ſemper Optimarum Partium & eſſet & exiſtimaretur.*

(1) ficti argumenti.
(2) Grut. p. 377. n. 9.
(3) H. N. l. 7. c. 43.
(4) in vit. Att. c. 6.

CCLXX. (1)



CCLXXI.



CCLXXII.



HEV.

CCLXXIII.

HEV. QVAE. BONAS. FOVIT. ARTES
QVAE. TARDA. SOLLERS. ACVIT. INGENIA
QVA. NEMO. SOSPITE. MISER
NEMO. DVRAM. SENSIT. INOPIAM
MORS. VNO. ACERBA. FVNERE
PATRIAE. MOERENTI
ERIPVIT

CCLXXIIII.

EN. TRISTIBVS. EXSEQVIIS
SACRA. NVNC. SQVALET. AEDES
ARAEQVE. ATRATAE. LVGENT
CVIVS. DE. MVNERE. NVPER
MARMOREAE. NITEBANT
ARGENTO. AVROQVE. DIVITES

CCLXXV.

NON. SI. ANNOS. INTEGRA. INTEGROS
IMPLEVIT. OCTOGENOS
VEL. PATRIAE. TAMEN
VEL. SVIS. VISA. CLIENTIBVS
VIXISSE. SATIS
MATRONA. FRVGI
MVNIFICA. RELIGIOSA

CCLXXVI.

IVSTA. BENE. MERENTI
INFELIX. LVCTV. PERDITA
PERSOLVIT
PATRIA
CVM. LACRIMIS
LVCILLA. PARENS. AVE. ET. VALE
IN. PACE

CCLXXVII.

SALVE. ANIMA. INNOCENS
IAM. RECEPTA. SIDERIBVS
AGE. O. BEATO. QVAE. FRVERIS. AEVO
VOLENS. PROPITIA
INDIDEM. PRAESENTI
SOSPITES. OPE
PATRIAM

Parentalia: Exſequiae nempe quotannis ſtato die inſtaurandae. hoc quidem nomine veteres appellare ferias ſoliti, quibus Deorum Manium parentationes fiebant. *Februario autem menſe*, inquit Tullius, (2) *qui tunc extremus anni menſis erat, mortuis parentari* (Majores) *voluerunt*. itaque in vetuſtis Kalendariis *Parentalia* eo menſe & *Feralia* adſcripta legimus. at eodem quoque nomine dictae cognatorum, nedum Parentum, exſequiae, ſive primo eae fierent, ſive inſtaurarentur. nam de C. Caeſaris funere ſic loquutus eſt Tullius: (3) *An me cenſetis, patres conſcripti, quod vos inviti ſequuti eſtis, decreturum fuiſſe, ut Parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur?* & in Mevanienſi inſcriptione apud Donium (4) haec invenies: *Ex Cujus Reditu Quotannis Die Parentalium Ne Minus Homines* XII. *Ad Rogum Suum Veſcerentur*, anniverſario ſcilicet Inferiarum die: nam feriae, quae Februario menſe celebrabantur, plurium erant dierum. eodem pertinent Tullii illa, (5) *Litemus igitur Lentulo, Parentemus Cethego*. quare Auſonius ejus libelli, quo laudes majorum ſuorum ſubſequutus eſt, titulum eſſe voluit *Parentalia*.

(1) fidi argumenti.
(2) l. 3. de leg. c. 21.
(3) phil. 1. c. 6.
(4) Cl. r. n. 189.
(5) pro Flacco c. 38.

CCLXXVIII. (1)

DVCI FE. FVNVS. CHARITES
ET. SPES. ET. ALMA. VERITAS
IVSTITIAEQVE. SOROR
INCORRVPTA. FIDES
HEV. LECTAE. NVPER. COMITES
VOS. INCLITVM. OCTAVIVM
VESTRO. ALEBATIS. SINV

ILLA

CCLXXVIIII.



CCLXXX.



CCXXXI.



CCLXXXII.



CCLXXXIII.

LVGET. OPTIMA. PARENS
NEC. POTIS. VLLVS. ESSE. DESIDERIO
TAM. CARI. CAPITIS. MODVS
AT. ILLE. CAELITVM. CONCILIO
SANCTISQVE. INSERTVS. PATRIBVS
SECVRVM. AGIT. AEVVM

QVia hic de adoleſcentulo agebatur, poëtarum formulae receptae licentius: nam & gravius ferre ſolemus juniorum caſus, & in eorum funere queri inſolentius.

Ceterum in hoc inſcriptionum genere plus aliquid me auſum fateor, quam veterum exempla ferrent. nam & perpauca ſuperſunt, nec ea plures in partes deducta, aut liberiore ſemper ſtilo deſcripta. enimvero ipſa exemplorum paucitas animos addidit: quippe quia ſtatuere nemo nunc poſſit, quibus olim finibus inſcriptionis temporariae ſtilus circumſcriptus eſſet. plura enim exempla opus ſunt, eaque inter ſe quamſimillima, ut legem aliquam exſtitiſſe oſtendas ſcriptorum conſenſu firmatam, qua cautum ſit, ne quis liberius excurrat, & dolori aut laetitiae paullo indulgentior deſerviat.

(1) ficti argumenti.

CAP.

CAPVT II.

INSCRIPTIONES NVMMARIAE

§. I.

INSCRIPTIONES NVMMORVM ADVERSAE

(1)

CCLXXXIIII.

PIVS. VI. PONT. MAX.
ANNO. SACRI. PRINCIPATVS. VIII.

CCLXXXV.

THERESIA. KAR. AVG. F. AVGVSTA
ANNO. IMPERI. XX.

CCLXXXVI.

REX. FERDINANDVS
REGIS. KAR. F. REGIS. PHIL. N.
ANNO. REGNI. XV.

CCLXXXVII.

CONCORDIA. DD. NN.

Principatus : id ipsum vocabulum in eandem sententiam usurpavit Plinius de Nerone, (2) *Nero toto Principatu suo*, & de Fenestella (3) *Qui obiit novissimo Tiberii Caesaris Principatu*.

Quartus autem titulus iis convenire nummis potest, quos civitates, quibus cudendae monetae jus est, Principum suorum vultibus signare solent. nam & in nomismate veteri, in quo duo Philippi Augg. & Otacilia visuntur, nil aliud scriptum est ad oram, nisi *Concordia Augustorum* : Principum enim vultus vel sine nomine noti cuique erant. (4)

Atque illae ipsae civitates nomina quoque, si libet, dativo casu efferre possunt, exempli gratia,

IMP. CAES. IOSEPHO. FRANC. AVG. F. AVG.

& si de iis agatur, qui jam decesserunt,

MEMORIAE. THERESIAE. AVG. MATRIS. PATRIAE.

nam quod quidam induxerunt, ut Augustos defunctos *Divos* appellent, probare non possum ob eas causas, quae alio loco a me expositae sunt. (5) ejusmodi autem formulam in Agrippinae nummo legimus, qui Caji Aug. temporibus percussus est. (6)

Plura jam exempla ponere titulorum, qui adversis nummorum frontibus conveniant, inutile est: nominibus enim & appositis constant, quae cuique in promptu sunt.

(1) adsciti argumenti.
(2) H. N. l. 7. c. 8.
(3) ibid. l. 33. c. 11.
(4) Vaill. t. 3. p. 186.
(5) v. l. 2. de st. infcr. p. 306.
(6) Vaill. t. 1. p. 16.

§. XI.

INSCRIPTIONES NVMMORVM AVERSAE

CCLXXXVIII.
DEO. FILIO. CONSERVATORI

CCLXXXVIII.
SERVATORI. ORBIS. TERRARVM

CCLXXXX.
NVMINI. IESV. CHRISTI

CCXXXXI.
VIRGINI. DEI. PARENTI

CCLXXXXII.
MARIAE. SOSPITAE

CCLXXXXIII.
VIRGINI. OPTIMAE. MAXIMAE

CCLXXXXV.
MATRI. CHRISTIANORVM

CCLXXXXVI.
SOSPITAE. TVTELARI

CCLXXXXVII.
PACIFERAE. ADIVTRICI

CCLXXXXVIII.
CVSTODI. VRBIS

(1)

CCLXXXXVIIII.
MICHAELI. DAEMONVM. MALORVM POTENTI

CCC.
SANCTIS. CVSTODIBVS. LIBERORVM DOMVS. AVGVSTAE

CCCI.
CVSTODI. DEI. PVERI

CCCII.
DEFENSORI. PONTIFICIS. MAXIMI

CCCIII.
CONSERVATORI. PRINCIPIS

CCCIIII.
PROPVGNATORI. VRBIS

CCCV.
CVSTODI. SALVTIS. AVG.

CCCVI.
COMITI. AVG.

CCCVII.
CAELESTI. PATRONO

CCCVIII.
DEPVLSORI. PESTILITATIS

NOmina fere omissa vides Caelitum sanctorum, quibus tituli respondent. id ex veterum consuetudine factum, qui saepe ipsis imaginibus contenti, appellationes tamquam inutiles praetermiserunt.

vo-

(1) Tituli ad effigies D. N. Iesu & Caelitum sanctorum.

cccviiii.
VOTVM. GALLICO. BELLO

cccx.
OB. CIVES. SERVATOS

cccxi.
DE. MANVBIIS

cccxii.
DEBELLATIS. INTER. BORYSTHENEM ISTRVMQVE. NATIONIBVS

cccxiii.
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS IN. BELLVM. CONTVLIT

(1)

cccxv.
OB. AVGVSTAE. PVERPERIVM

cccxvi.
CAELESTES. RELIGIONES DECRETAE

cccxvii.
SVPPLICATIONVM. DIES CONSTITVTI

cccxviii.
SVPREMA. RELIQVIIS. PROPVGNATORVM VRBIS. SOLVTA

EFfigies nummorum, quam ad rem titulus referendus ſit, ipſae declarant: tituli cauſſam rationemve tantum deſignant, quare templum aut ara aut ſtatua dicata, vel inſtituta pompa, aut funus indictum. nihil autem obſcurum, ſi neutrum in nummo deſideretur.

(1) Tituli dedicationum & ſupplicationum.

cccxviiii.
COLLEGIO. PATRVM. CARDINALIVM SVPPLETO

cccxx.
ARCHIEPISCOPVS. BONONIENSIBVS DATVS

cccxxi.
PATRICIORVM. NVMERVS. AVCTVS

cccxxii.
EQVITES. OB. VIRTVTEM. DONIS MILITARIBVS. DONATI

cccxxiii.
VETERANIS. HONESTA. MISSIONE DONATIS

(1)

cccxxiiii.
ARGENTI. STIPES. PLEBI. DIVISAE

cccxxv.
PICENTES. GRAVI. FENORE. LIBERATI

cccxxvi.
ANNONA. P. R. ADLEVATA

cccxxvii.
IN. ALIMENTA. PLEBIS. VRBANAE

FERRARIA. CONSERVATA. ET. AVCTA

cccxxviii.
CIVITATIBVS. VMBRIAE. RESTITVTIS

QVae cuique titulo effigies conveniat, facile norint, qui nummos veterum tractant: quos quidem imitari praeſtat, ſi quid elegans & concinnum proferre volumus. vix enim aliquid tolerabile efficere potuerunt, qui ingenio ſuo freti, exempla veterum neglexerunt.

TV-

(1) Tituli honorum & liberalitatum.

CCCXXVIIII.
TVTELA. REI. PVBLICAE. SVSCEPTA

CCCXXX.
ADEPTO. PRINCIPATV

CCCXXXI.
PROCESSVS. LATERANENSIS

CCCXXXII.
SACRAMENTO. IN. NOMEN PII. VI. RENOVATO

(1)

CCCXXXIII.
SCRIPTA. IMPIORVM. IGNI DEVOTA

CCCXXXIIII.
MVLTA. IN. LVXVM. CIVITATIS DICTA

CCCXXXV.
ACTO. IN. VRBE. DELECTV

CCCXXXVI.
COPIARVM. RECTORIBVS. DESTINATIS

A*Depto Principatu*: an Tullius *Adeptam* passiva significatione usurparit, minus certum est: nam ubi scripsisse dicitur, (2) *Quo in genere in primis est senectus, quam ut adipiscantur, omnes optant, eandem accusant Adeptam*: quidam legerunt *Adepti*. sed Tacitus diserte de Tiberio sic: (3) *Litteras ad exercitus tanquam Adepto Principatu misit*.

Processus Lateranensis: pompa nempe, quam Pontifices Maximi initio suscepti pontificatus e Vaticano in Lateranum ducere solent: de qua formula alio loco a me actum est. (4)

(1) Tituli administrationis urbanae & militaris.
(2) de senect. c. 2.
(3) Ann. l. 1. c. 7.
(4) de st. infer. l. 2. p. 402.

CCCXXVII.
ORA. MARITIMA. A. PRAEDONIBVS LIBERATA

CCCXXVIII.
MOTV. ORIENTE. TVRCARVM COMPRESSO

CCCXXVIIII.
AVENIONE. ET. BENEVENTO RECEPTIS

(1)

CCCXXXX.
MARINIENSIBVS. IN. FIDEM. RECEPTIS

CCCXXXXI.
ITALIA. PACATA

CCCXXXXII.
CLASSIS. ADVERSVS. AFROS. INSTRVCTA

CCCXXXXIII.
TRIVMPHVS. AFRICANVS

T*Vrcarum*: gentem hanc & Latini novere: memorat enim Plinius eas inter, quae circa Maeotin habitabant. (2) *Dandari*, *Tussagetae*, *Turcae usque ad solitudines saltuosis convallibus asperas*. ita enim scriptum non modo in exemplis Elzeviriorum, sed etiam in Harduinianis.

POR-

(1) Tituli rerum gestarum.
(2) H. N. l. 5. c. 7.

CCCXXXIIII.
PORTVS· ANCONITANVS

CCCXXXV.
VIA. VELITERNA

CCCXXXVI.
AQVA· PIA

CCCXXXVII.
EMPORIVM· POMPTINVM

CCCXXXVIII.
FOSSA· A· TRIPONTIO· AD· MARE DEPRESSA

CCCXXXVIIII.
PORTV· TARRACINENSIBVS· APERTO

CCCL.
RIVIS. AQVARVM· REFECTIS

(1)

CCCLI.
PONTE· SVBLICIO· RESTITVTO

CCCLII.
CLIVO· VATICANO· IN· PLANITIEM REDACTO

CCCLIII.
OB· MODERANDAS· TIBERIS EXVNDATIONES

CCCLIIII.
VIAE· VRBIS· SAXSO· QVADRATO STRATAE

CCCLV.
OFFICINAE· LANARIAE· INSTITVTAE

CCCLVI.
FORVM· OLITORIVM· TABERNIS CLAVSVM

H Is jam subnectam titulos, qui ad aedes Vaticanas sub picturis leguntur, quae pleraque Pii VI. Optimi Principis opera referunt. vix enim quidquam a nummariis inscriptionibus discrepant.

(1) Tituli operum publicorum.

CCCLVII.
SACRARIA·TEMPLI·VATICANI AB·INCHOATO·EXSTRVCTA

CCCLVIII.
PRAETORIVM· IVLIANVM VIA· FLAMINIA· RESTITVTVM

CCCLVIIII.
BALINEAE· SVB· VRBEM· VIA ALBANA· REFECTAE

CCCLX.
SERVILIANENSES· NOVIS SEDIBVS· RECEPTI

CCCLXI.
OFFICINAE· MONETARIORVM A· SOLO· AMPLIATAE

CCCLXII.
AEDES· PONTIFICALES SVBLAQVEI· IN· ARCE CONDITAE

CCCLXIII.
CONCLAVE· NVMMIS· VETERVM ADSERVANDIS· AD BIBLIOTHECAM· VATICANAM EXCVLTVM

CCCLXIIII.

STATIO PRAESIDIARIORVM CENTVMCELLIS COMMVNITA

CCCLXV.

OFFICINAE TEXTILIBVS PINGENDIS INSTITVTAE

CCCLXVI.

ITINERA COMMEANTIBVS PORTORIO ABOLITO EXPLICATA

CCCLXVII.

CONCLAVE LAVDATORVM DIAGRAMMATVM BIBLIOTHECA VATIC ADTRIBVTVM

CCCLXVIII.

GYNAECEVM OPIFICII CAVSSA IN IANICVLO CONSTITVTVM

CCCLXVIIII.

PALVS POMPTINA CVLTORIBVS REDDITA

CCCLXX.

LYCEI ROMANI IVVENTVTI PRAEMIA STVDIORVM PROPOSITA

CCCLXXI.

VICANI VICI LAVRENTII SALVBRI LOCO ET IDONEO COLLOCATI

CCCLXXII.

CASTRVM VRBANIANVM IN CLAVSTRIS IMPERII NOVA MVNITIONE VALLATVM

CCCLXXIII.

FLAMINIAE ANFRACTVS AB INTERAMNA MONTE PERFORATO IN AEQVVM CONTRACTI

CCCLXXIIII.

DOMVS PVPILLARIS TIFERNATIBVS TIBERINIS IN SOLAMEN PLEBIS APERTA

CCCLXXV.

CVSTODIARIVM FVLGINATIBVS AD PVEROS EXERCENDOS COERCENDOSVE EXCITATVM

CCCLXXVI.

DOMVS HOSPITALIS FAVENTIAE PROLI INCERTORVM PATRVM TOLLENDAE EXAEDIFICATA

Picta haec in hemicyclo vises inter utramque diaetam viri eminentissimi Francisci Xaverii Zeladae Card. qui officii studiique sui putavit esse, ut Providentissimi Principis opera, quae non omnes omnia lustrare possunt, in unum veluti locum contraheret, eaque civibus hospitibusque, grato cuique & jucundo spectaculo, ob oculos exhiberet.

CAP.

CAPVT III.

TITVLI RERVM PRIVARVM

§. I.

INSCRIPTIONES ANVLORVM

CCCLXXVII.
BALBINA. DIE. NATALI. SVO

CCCLXXVIII.
NVBE. FELIX

CCCLXXVIIII.
LAVDERIS. PROLE. SIMILI

CCCLXXX.
PARENTIS. FACTA. PROLES. AVGEAT

CCCLXXXI.
AMICO. OPTIMO. AN. F. F.

CCCLXXXII.
VOTIS. MEIS. VIVAS. V. C.

CCCLXXXIII.
DIV. TE. PATRIA. FRVATVR

CCCLXXXIIII.
VOTI. COMPOS. FIAS

CCCLXXXV.
AVE. SABINA. LVX. NOSTRA

CCCLXXXVI.
SALVE. MEVM. DESIDERIVM

CCCLXXXVII.
AVE. MI. FAVSTVLE. MEVS. OCELLVS
IOCVNDISSIMVS

CCCLXXXVIII.
TE. REDVCE. REVIXIMVS

CCCLXXXVIIII.
VIVE. MEMOR. NOSTRI

CCCLXXXX.
OMEN. ACCIPE

CCCLXXXXI.
SALVO. PRINCIPE. FELIX. PATRIA

CCCLXXXXII.
INCOLVMI. AVGVSTO. SALVA. DOMVS

CCCLXXXXIII.
VALEAT. VINCAT

CCCLXXXXIIII.
ANNIS. VIVAT. DE. NOSTRIS

CCCLXXXXV.
AVGVSTO. NOSTRO. OMNIA. FELICIA

CCCLXXXXVI.
HIC. DECVS. HIC. SALVS. PATRIAE

CCCLXXXXVII.
VIRGINI. DEI. PARENTI. SACR.

CCCLXXXXVIII.
MARIAE. EXORATAE. SACER. ESTO

CCCLXXXXIIII.
TIBI. MARTYR. LAVRENTI. SOSPITATOR

CCCC.
CAECILIAE. VIRGINIS. MARTYRIS. SVM

CCCCI.
AEMILIVS. DE. ARTE. SVA

GEmmae veterum aliae litteratae ſine effigie, aliae cum effigie & titulo, pleraeque cum effigie tantum viſuntur. enimvero ex titulis hiſce quidam effigiem non requirunt, at nec reſpuunt: aliis autem neceſſaria omnino eſt, ut appareat, de quo loquantur. ii qui ſint, nemo non facile adſequatur.

(1) omnes adſciti argumenti.

§. II.

INSCRIPTIONES POCVLORVM

CCCCLI.
VITA. TIBI. AETERNA. CAELESTIS

CCCCLII.
VIVE. PIVS

CCCCLIII.
DEO. DVCE. FELICITER

CCCCLV.
FAVSTA. OMNIA. A. DEO

CCCCLVI.
PROPOSITI. TENAX. IN. ASTRA
VENIES

CCCCLVII.
MALVM. CVPIDINEM. FVGIENDO
VICERIS

CCCCLVIII.
OPEM. PETENTI. PROPITIVS
ADEST. DEVS

CCCCLVIIII.
PATIENTIA. TIBI. NECESSARIA. EST

CCCCX.
PIETATI. OPTIMI. PRINCIPIS. FELICITER

CCCCXI.
PIE. PONT. MAX. TV. PATER. ORBIS

CCCCXII.
AVGVSTE. FELIX. IMPERES

CCCCXIII.
IOSEPHE. AVGVSTE. DEVS. TE. SERVET

CCCCXIIII.
FERIIS. IVRGIA. AMOVETO

CCCCXV.
EX. PATRIIS. RITIBVS. OPTIMA. COLITO

CCCCXVI.
PERIVRI. POENA. DIVINA. EXITIVM
HVMANA. DEDECVS

CCCCXVII.
EX. MOERORE. SOLATIA

CCCCXVIII.
NATALIS. OPTIMI. PRINCIPIS

PIcturatos veterum calices, qui ad conviviorum hilaritatem plurimum conferre poſſent, nondum artifices noſtri retulerunt. at hi, ſi quando conſilium probabunt meum, titulos jam, quos inſcribi par ſit, a me habeant, effigies ab aliis petant. ceterum ſi quis hiſce pro titulis nomen artificis addere velit, veterum faciet exemplo, dum nec vulgare nomen ſit, & opus ſpecie atque artificio inſigne vi-

videatur. huc pertinet Senecae locus parcimoniam ſuam deſcribentis : (2) *Placet miniſter incultus & rudis vernula : argentum grave ruſtici patris, ſine ullo opere & nomine artificis.*

(1) omnes adſciti argumenti.

(2) de tranq. anim. c. 1.

§. 111.

INSCRIPTIONES TESSERARVM

CCCCXVIIII. (1)

FVSCO. SINE. NOXA
COMMEATVS
PETENTI. DATVS. EST
KAL. OCT.
A N. M. DCC. LXXVIII.

CCCCXX.

MENALCAS. CORONATVS. INTER. POETAS. LATINOS
K. DECEMBR. AN. M. DCC. LXXVIIII.

CCCCXXI.

FLAVIVS. MARCELLI. F. QVINTINVS
TORQVE. AVREO. OB. VIRTVTEM. DONATVS
NON. DECEMBR. AN. M. DCC. LXXVIIII.

Fuſco : nomen famuli eſt, quem dominus a ſe dimiſſum teſtatur, nullum ob crimen, ſed quia rogatus ſit. ſignum autem in teſſera impreſſum facile cuique declarare poſſit, cujus in famulatu Fuſcus fuerit. eodem autem modo indicare liceat, a quibus coronam Menalcas, torquem Quintinus tulerit.

HE-

(1) omnes adſciti argumenti.

CCCCXXII. (1)

HEXAPEDA· VOCOR· LALOISI· OPVS
MAIRANVS· ME
PARISIENSES· EXACTAM· AD· MENSVRAS
PRIMVS
ROGERIO· BOSCHOVICHIO
MISIT
AT· HIC· SOCIAM· GEOMETRICI· LABORIS
IAM· SENIOR
MAGNO· ZELADAE· CARDINALI
PROPRIAM· DICAVIT
MNEMOSYNON
AMICO· VETERI· ET· PATRONO

TItulis teſſerarum hunc quoque ob ſimilitudinem adnumerare liceat. *Hexapeda* hybrida utique vox: eam tamen recepi, quando ita menſuram ejuſmodi majores appellaverunt. neque vero id novum apud Latinos, quorum in uſu fuerunt *Monoculus*, *Epirhedium*, *Epitogium*, alia id genus nomina.

(1) in Muſeo Zelad.

§. XXXI.

INSCRIPTIONES LVCERNARVM VASORVMQVE FICTILIVM

CCCCXXIII.
NATALI· CVSTODVM· VRBIS
LAETITIA· P· R·

CCCCXXIV.
SACRIS· V· INSTAVRATIS· PRO
INCOLVMITATE· PII· VI· P· M·

CCCCXXV.
SOLLEMNIA· DEFENSORIBVS
QVIRITIVM

CCCCXXVI.
VOTIS· PVBLICIS

CCCCXXV.
ANNO· V· PRINCIPATVS· PII· VI·
P· M· HILARITAS· P· R·

CCCCXXVIII.
OB· REDITVM· PROVIDENTISSIMI
PRINCIPIS

QVOD

CCCCXXVIIII.
QVOD· RES· PVBLICA· SALVA
SERVATA· SIT

CCCCXXX.
RE· PVBLICA· BENE· GESTA

CCCCXXXI.
MALLVVIA· QVINTI
SABINI

CCCCXXXI.
TEMETVM· CYPRIVM· FLAVIVS· PATER
CONDIDI
MARCO· FILIO· AVCTVS

CCCCXXXII.
HYDRIA· SVM· ALBINAE
ANCILLAE· FAVSTI

CCCCXXXIII.
PAVLLINA· EMI· COPA
VICO· MINERVAE

M *Alluvia*: χυροιπτηρον est sive pollubrum ad manus lavandas, ut Festus tradit: quemadmodum *Pelluviae* dicebantur, quibus pedes abluebant.

Marco Filio Auctus: sic Attico Tullius: (2) *Filiolo me auctum scito*. porro filii aetas vini aetatem designet, quin temporis alia opus sit nota: praeterquamquod natales filiorum dies in codicem referre solemus, veterum prope more, qui in *libris actorum*, ut Iuvenalis appellat, (3) filiorum nomina scribenda curabant apud aerarium, (4) quemadmodum hodie fit apud Curiones nostros.

(1) omnes adscisi argumenti.
(2) lib. 1. epist. 2.
(3) Sat. 9. v. 84.
(4) vetus Scholiastes ad eund. vers.

§. V.

INSCRIPTIONES ARMORVM ET INSTRVMENTI BELLICI

CCCCXXXV.
LVCIO· ASPRO· CENTVRIONI· OB·MERITA

CCCCXXXVI.
FLAVIO·MARCELLO·STIP. X. VIRTVTIS
ET· HONORIS· ERGO

CCCCXXXVII.
AVRELIO· LOLLIANO· OB· CIVEM
SERVATVM

CCCCXXXVIII.
DVELLA· IVSTA· IVSTE· GERVNTOR

CCCCXXXVIIII.
MILES· SOCIIS· PARCITO

CCCCXXXX.
DVCES· MILITESQVE·DOMVM· CVM
LAVDE· REDEVNTO

CCCCXXXXI.
VIM· INLATAM· VI· DEFENDO

CCCCXXXXII.
PRO· ARIS· ET· TEMPLIS

CCCCXXXXIII.
LEIBERTAS

CCCCXXXXIIII.
VTI· FOEDERA· AETERNA· SIENT

La-

PAconum illam breviloquentiam vix alia unquam in re aptius imitari quiſpiam videatur, quam in hiſce armorum & totius inſtrumenti bellici titulis · militarem enim ſapiunt ſermonem, & bellicas referunt teſſeras . verba vero & ſententiae quo ſpectent, ſtatim omnes vident, & quae deſunt, vel non curant, vel animo ipſi & cogitatione facile ſupplent.

(1) omnes adſciti argumenti ·

§. VI.

INSCRIPTIONES LATERVM ET TEGVLARVM

CCCCXXXV·
OP. D. CVRTI. MARCIANI
EX. PRAED. LATERAN.
PIO. VI. P. M.

CCCCXXXVIII·
OP. FIGL. MARCI. TORELLI
PIO. VI. PONT. MAX.
MVLTOS. ANNOS

CCCCXXXVI·
EX. OFFIC. VATICAN. D.N. PII. VI. P. M.
OP. FIGL. A. PRISCO. VITALI

CCCCXXXVIII·
EX. FIGL. AVRELIANIS
AN. V. PII. VI. D. N.
VALEAT. QVI. FECIT

CCCCXXXVII·
PIO. VI. P. M.
EX. FIGL. TRANSTIB.
DOL. PVTEANI

CCCCL·
IMP. CAES. IOS. II. AVG.
DOL. FAVNI
SERIS. NEPOTIBVS

PRaeter inſcriptiones formam ipſam in tegulis & imbricibus imitentur figuli noſtri, quam veteres invenerunt . *Dibutadis* plaſtae, inquit Plinius, (2) *inventum eſt, rubricam addere, aut ex rubrica cretam fingere: primuſque perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quae inter initia Proſtypa vocavit: poſtea idem ectypa fecit*. ſunt autem *Proſtypa*, ut Salmaſius explicat, (3) ſimulacra, quae exſerta non ſunt, nec tota prominent: contra *Ectypa*, quae exſtant, & tota conſpicua apparent.

(1) omnes adſciti argumenti ·
(2) H. N. l. 35. c. 12.
(3) in Solin. exerc. Plinian. p. 1046. E.

CAP.

CAPVT IIII.

INSCRIPTIONES POETICAE

§. I.

EPITAPHIA

CCCCLI. (1)

IOANNI· PHIL· F· MARIANO
DOMO· PISAVRO
VIRO· OPTIMO
SACERDOTI· CASTISSIMO
QVI· VIX· ANN· LXIII· M· X· D· XXVII·
IN· SOCIETATE· IESV
ANNOS· XXXX·
VTILIS· DOCTRINA· MVLTIS· EXEMPLO· OMNIBVS
DECESSIT· PLACIDISSIMO· EXITV
IIII· KAL· FEBR·
ANNO· M· DCC· LXXVIII·

NON· SI· MORTALES· ADVERSIS· FINIBVS· ANNOS
DIVINO· IVSSI· VIVERE· CONSILIO
TV· PIVS· INSVBRVM· ORNARES· VT· MORIBVS· VRBES
VOX·ALIQVA·VT·LATIVM·NOSTRA·IVVARET·OPE
ARGVAT· IMMEMOREM· TVA· VIRTVS· ADFVIT· IPSE
HVC· ANIMVS· MOESTAS· FRATER· AD· INFERIAS
DVMQ·TVVM·ADLOQVITVR·CINEREM· CVPIT· ESSE· RELICTO
CORPORE· QVEIS· FELIX· TV· SPATIARE· PLAGIS
IOSEPHVS· PARTHENIVS· FECIT
FRATRI· CARISSIMO· B· M·

(1) *Sacerdoti Caſtiſſimo*: id eſt Abſtinentiſſimo atque alieni minime cupido; quemadmodum Laurentius Martyr a Leone Magno *Levita Caſtiſſimus* appellatus

eſt. (2) haec enim vocabuli vis, ſi Nonium audis ex Varronis auctoritate adfirmantem. (3) nec Tullii alia fuiſſe ſententia videtur: ſaepe enim eodem ſenſu uſurpavit. inſigne autem exemplum ſuppeditat oratio pro Flacco: (4) *Ante pedes praetoris in foro expenſum eſt auri pondo centum, paullo minus, per Sex. Caeſium equitem Romanum Caſtiſſimum hominem atque integerrimum.* multa vero apud eundem alia animadvertenti occurrent, quae afferre huc opus non eſt.

(1) Comum miſſa.
(2) Serm. de S. Laur. ſub init.
(3) c. 4. n. 87. ex *Andabatis* Varr.
(4) c. 28.

CCCCLII. (1)



ANnos Plus Minus Sexaginta: ſic apud Fabrettum, (2) *Qui Vix. Ann. P. M.* LXXX. & apud Gruterum, (3) *Vix. Ann. P. M.* XXIIII. item omnibus litteris, (4) *Narciſane Perit Annorum Plus Minus* XIII. eadem formula uſum Hirtium, (5) tradit

tradit Forcellinus, (6) sed falso: verba enim Hirtii sunt, *Quae non longius ab ea caede abesse, quam* VIII. *millia passuum dicebantur*. at vere idem de Martiali, cujus illa sunt, *Venerunt Plusve Minusve duae*. (7)

Te Fassa Parentem: id est praedicavit testataque est: ut quum Plancus ad Tullium scripsit, (8) *Laterensis nostri & fidem & animum singularem in rempublicam semper Fatebor*.

(1) Apuam missa.
(2) p. 589. n. 198.
(3) p. 590. n. 2.
(4) p. 919. n. 4.
(5) B. G. l. 8. c. 20.
(5) V. *Plus* lin. 7.
(7) l. 8. epigr. 71.
(8) Famil. l. 10. ep. 23.

CCCCLIII. (1)

MEMORIAE
LYCI. ABIDENI
DOMO. CAPREIS
NAVICVLARI
QVI. VIX. A. XXX. D. III.
NARCISSVS. FECIT
FRATRI. PIENTISSIMO
B. M.
TE. IN. PACE

INFELIX. TERRA. HAVD. PERIIT. LYCVS. AEQVORE. IN. ALTO
MISENI. HVNC. SOLVENS. NAVITA. LITTORIBVS
ABREPTVM. FRACTA. VIDIT. RATE. VOLVITVR. VNDIS
CORPVS. EGO. AT. TVMVLI. NOMEN. INANE. FERO
ET. NAVTIS. METVENDA. CANO. FVGIENTIBVS. HAEDIS
NE. CREDANT. TVMIDO. SEQVE. RATEMQVE. MARI

P*Vgientibus Haedis*: id est Ἐριφοις δυομενοις, ut in Callimachi epigrammate legimus, (2) unde hoc expressum est. stellae autem sunt duae in signo Aurigae prope Capellam: quas *Pluviales Haedos* Virgilius, (3) *Nimbosos* Ovidius dixit. (4) eae, ut tradit Manilius, (5) oriuntur, quum Aries gradus viginti emensus est: occidunt, si Hyginum audias, (6) ortis jam Geminis.

(1) Cenotaphium ficti nominis.
(2) Anthol. l. 3. c. 22.
(3) Aen. l. 9. v. 668.
(4) 1. Trist. el. 11. v. 13.
(6) Astron. l. 3. c. 12.
(5) Astron. l. 5. v. 102.

CCCCLIIII. (1)

H. S. E.
MARIA. GELTRVDE. IOAN. F.
ANGELONIA
DOMINICI. CESANELLI. VXSOR
PIA. FRVGI. PVDICA
QVAE. FVIT. IN. MATRIMONIO. EIVS
ANN. II. M. IIII.
VIX. ANN. XXIII. M. III. D. XXVI.
ALTERO. IN. PVERPERIO. RAPTA
MAGNO. DOMVS. VTRIVSQVE. DOLORE
XII. KAL. FEBR.
ANNO. M. DCC. LXXXIII.
HEV. SINE. TE. MISERO. QVAE. IAM. SOLATIA. PATRI
GNATA. MEOS. POTIVS. VIVERE. DIGNA. DIES
NVLLA. MIHI. NISI. LVCTVS. ERIT. LACRIMAEQ. VOLVPTAS
OBVIA. ME. CAELO. DVM. SOCIVM. ACCIPIAS
IOANNES. FECIT. FILIAE
OPTIMAE. REVERENTISSIMAE
AVE. ET. VALE
GELTRVDE. CARISSIMA
IN. PACE

Geltrude: ita nempe ſcribendum Graecorum more, aut *Geltruda* Latinorum; non, ut quidem faciunt, *Geltrudes*: quippe virilis omnia generis ea ſunt nomina, quae recto caſu in es deſinunt: eſto Latini ſequioris aetatis quaedam ejuſmodi feminis impoſuerint, de quibus alias a me actum eſt. (2)

Quae

Quae Fuit In Matrimonio Ejus: formulam eandem apud Gruterum leges: (3) ceterum veteres ad annos matrimonii enunciandos formulis plane variis uſi ſunt, (4) quemadmodum alias demonſtravimus.

(1) Romae ad Mariae Vico Karleo. (2) de ſt. inſcr. p. 421. (3) p. 830. n. 7. (4) v. l. 2. de ſt. inſcr. p. 338.

CCCXLV. (1)



DEfunctos cum vivis colloquentes inducere, veteris eſt moris in epitaphiis, ut jam alibi indicavi. ſententiae epigrammatis a Luciano deſumptae, (2) qui puerum Callimachum ſimili titulo honeſtavit. amanda vero in hujuſmodi argumentis quaedam ſermonis exilitas, ne oratio rebus minus convenire videatur. nam, ut Longinus admonuit, (3) τοις μικροις πραγμασιοις περιτιθεναι μεγαλα και σεμνα ονοματα ταυτον αν φαινοιτο, ως ει τις τραγικον προσωπον μεγα περιθοι παιδι· quod jure nemo non rideat.

MAR.

(1) ficti nominis. (2) Anthol. l. 3. c. 9. (3) de Subl. n. 30.

CCCCLVI. (1)

MARTHA· HENR· F· SVVINBVRNE

NAT· BRITANN· D· CAPHEATON· NORTVMBR·
AVITIS· NOMINIBVS· GENEROSA
HIC· SITA· SVM
PEREGRE· RAPTA· PARENTIBVS· INFELICISS·
ANNORVM· X·

ERTREMVM·HINC·GNATA·SI·FAS·PAERENTES· ADLOQVAR
LABORVM· SCILICET· ET· VITAE· METAM· INTEGRAR
SMENSO· DECIES· QVAE· ETADIO· VICTRIR· TETIGI
HANC· AEQVVS·DEDERAT· CVNCTA·QVI·REGIT· DEVS
ET·IVVAT·TETIGISSE·DEMPTA·QVAE·MODO· EST· MIHI
PARS· VITAE· NANC, ANNIS·ILLE· VESTRIS· ADDIDIT
PER· INNOCENTIS· ACTA· AETATIS· TEMPORA
ET· NVLLO· LABSAM· VERBO· PIETATEM· PRECOR
SIT· CARAE· PVDOR· DESIDERIO· PVELLVLAE
MODVMQVE· MOLLIBVS· QVERELIS· PONITE
NEFAS· MISELLAM· ME· VOCARI· LVCIDAS
QVAE· SEDES· HABITO· POLIQVE· SVPRA· SIDERA
CHORIS· BSATA· MISCEOR· CAELESTIVM
NEC· ME· SI· TERRIS· ACTA· VIR· PVERTIA
MVTARE· CAELVM· CVPIDI· IVSSERVNT· SVPERI
VITAE· MI· CVRSVM· DIRERIT· DATVM· BREVEM
QVI· NOSTRAE· CVRAS· NOVERIT· SOLLERTIAE
VT· VNA· LONGVM· TENERIS· AEVVM· AE· VNGVICVLIS
ET·MVLTA·INGENIO· MVLTARVM· AEQVARIM· STVDIA
SERMONES· EGO· DOCTA·ITALICVMQVE·ET·GALLICVM
ET· MAGNVS· VNA· QVO· ERITANNVS· VTITVR
LATINIS· EGO· EADEM· ERVDITA· LITTERIS
ROMANAMQVE· SIMVL· DICOR. ATQVE· PATRIAM
AEQVE· HISTORIAM· NARVISSE· COGNITISSIMAM
QVIN· LITTERATIS· REGNA· DEPICTA· IN· TABVLIS
ET· VRBES· NOVI· CERTO· DEMONSTRANS· DIGITO
ST·FVIT·IN·PROMPTV·NVMERVM·ERSEQVI·SVBTILITER
INIRE· ET· NOTIS· RATIONES· ET· SVBDVCERE
GRAVESQVE· POTVI· DVLCIEVS· CANTIVNCVLIS
LEVARE· CVRAS· TRISTIVM· PARENTIVM
SIVE· FIDIEVS· SONARE· CONCINENTIBVS
DECENSVE· AD· LYRAM· MOVERI·MEMBRA· MOLLITER
QVEIS· NVPER· ARTIEVS· PVELLA· FLORVI
PROBATA· REGIBVS· REGVMQVE· FILIIS
INVIDA·NVNC·NOSTROS·HABEAT·MORS·LICET·CINERES
EST· ALIVD· FORMAS· DECVS· EST· INGENIVM· MIHI
NOVVM· CAELESTE· ET· VIRGINI· NARRET· AVERA
COROLLA· FLAVO· AETERNVM· SPLENDENS· VERTICE
QVEARNE· TERRA· ABESSE· CORPVS· PATRIA
EXTERNA. NOBIS· TELLVS. ROMA· NON· FVIT
SED· HEV· PARENTVM· NON· NIS· LENITVR. DOLOR
CRVDELIOR· QVOS· NOSTRIS· VRIT· AE· ADLOQVIIS
AGE· O· VIARVM· IVCVNDE· COMES· OMNIVM
GASCOINGE· THOMA· GRANDE· PATRIAE· DECVS
ET·COLVMEN·MEORVM· O· QVI· MORIENTIS·SPIRITVM
HAVSISTI· AMORE· FRATER· TV· MOERENTIVM
SOLARE· CVRAS· AMORIS· HOC· PIGNVS· TVI
EXTREMVM· CARO· MAXIMVMQVE· DVXERO

HENRICVS. SVVINBVRNES. MARTHA. BAKER
FILIAE. RARISSIMAE. ATQVE. OPTIMAE
CVM. LACRIMIS. POSVERVNT
QVAE. DECESSIT. V. IDVS. SEPTEMBR. AN. M. DCC. LXXXVIII.
AVE. DELICIVM. ET. VALE
IN. PACE.

Cre-

Digitized by Google

CRetico pedi ſive amphimacro in ſenariis atque vel primo in verſu locum a me datum eſſe, ne mirere: conſulto id nec ſine cauſſa feci: quippe qui audiendos non cenſeam, qui hunc pedem nunquam a Latinis in ſenariis ſuis uſurpatum contendunt. video enim, quum verſus e Terentio proferuntur, eos, ne Creticum pedem agnoſcant, ad vetuſtiſſimorum poëtarum licentiam ſe convertere, & eliſiones quaslibet ac colliſiones reducere, ut exemplis repugnantibus ſententiam tueri ſuam aliquo modo poſſint. nam ſi verſum ex Andria recites, (2)

Liberius vivendi fuit poteſtas. nam antea,

in quo primus & tertius pes Creticus eſt, legunt iſti *Libriu*, & *Fuit* unam eſſe ſyllabam ajunt. jam ſi altero illo provoces, (3)

Nunc tuum eſt officium, has bene ut adſimules nuptias;

negant Creticum in prima ſede habendum eſſe, quum ſit ſpondeus, tamquam ſi ſcriptum eſſet *Nunc t' eſt*. ſi tertium afferas, (4)

Futuras eſſe audivit. ſed ipſe exit foras:

vel hunc alium, (5)

Nihil propter hanc rem: ſed eſt, quod ſuccenſet tibi;

nihil tamen proficias: nam illis *Sed ipſe* & *Sed eſt* idem, ac ſi ſcriptum eſſet *S' ipſe* & *S' eſt*. adde & hunc, (6)

Suam gnatam non dabit: tanto hercle magis dabit:

non *Suam* ſed *Sam* legent. quid ſi hunc alterum objicias? (7)

Hic eſt ille: non te credas Davum ludere:

pes alter, inquiunt, Anapaeſtus eſt, non Creticus: nam veteres *Ile* ſcribebant, itaque ſyllaba utraque brevis. cetera de genere hoc. id vero eſt odiſſe Creticos pedes, non expungere: manent enim & manebunt. neque ego iſtis anſam dabo, quo Terentium diutius vexent. inſtar mihi omnium poëtarum Varro Terentius fuerit, cujus ſunt hi verſus in *Andabatis*, quae una erat e Satyris Menippeis: (8)

Candidum lacte papilla quum fluit, ſignum putant partuis,
Quod hic ſequatur mulierem e partu liquor.

in primo quippe verſu pes primus tertiuſque & quintus Cretici ſunt puri puti, de quibus nulla inſtitui controverſia poſſit.

(1) incidenda ad aedem Britannorum.
(2) Act. 1. ſc. 1. v. 25.
(3) ibid. v. 141.
(4) ibid. ſc. 2. v. 3.
(5) Act. 2. ſc. 6. v. 17.
(6) Act. 4. ſc. 4. v. 35.
(7) ibid. ſc. 4. v. 48.
(8) Non. v. *Lacte* pro *Lac*, *Partuis* pro *Partus*.

§. II.

INSCRIPTIONES SACRAE

CCCCLVII. (1)

ARGENTO· E· PVRO· LETI· DE· LIMINE· SOSPES
HANC· SERVATORI· DAT· MERITO· AEMILIVS

HAec in coronae ambitu inſcribi volebam, quod veteres quoque factitaſſe, adnotum eſt. itaque *Hanc coronam* intelligendam eſſe quiſque videt: ſic ſaepe Martialis in xeniorum titulis, omiſſo rei nomine, pronomen tantum uſurpavit: ut quum ait, (2)

Hoc de Caeſareis mitis vindemia cellis
Miſit, Iuleo quae ſibi monte placet.

vinum ſcilicet Albanum, de Domitiani Aug. villa.

(1) ficti argumenti. (2) l. 13. epiſt. 109.

CCCCLVIII. (1)

MARIAE· RESPICIENTI
SACR.
VOTO· SVSCEPTO
QVAE MODO MARMOREIS· AEDES· INNIXA· COLVMNIS
MVSIVO· ET· PVLCRIS· ENITET· A· STATVIS
HANC· MEMORES· DIAE· MERITO· POSVERE· PARENTI
SERVATAE· DIRO· A· FVNERE· ROMVLIDES

Reſpicienti: id eſt opem ferenti, ut apud Terentium, (2) *Dii nos Reſpiciunt*: & apud Tullium, (3) *Niſi idem Deus, qui nos Parthico bello liberavit, Reſpexerit rempublicam*. itaque ſaepe in antiquis inſcriptionibus leges, *Fortunae Reſpicienti*, quae nempe ſupplices reſpicere & juvare putabatur.

DO-

(1) ficti argumenti. (2) Phorm. 5. 3. 34. (3) ad Att. l. 7. ep. 1.

CCCCLVIIII. (1)

DOMINAE· CAELESTI
MARIAE
GENETRICI· DEI
NICE· ET· ARSINOE· ET· VRSILLA
ANVS· TEXTRICES
EX· VOTO
LIBENTES· MERITO

TRES· AEVO· AEQVALES· VIRGO· TIBI· SANCTA· DIERVM
EXTREMO· PARVA· IN· LIMINE· DONA· DAMVS
FERT· NICE· CALATHVM· PLEXO· DE· VIMINE· COMPTAM
SEDVLA· QVA· NEVIT· FILA· COLVM· ARSINOE
VRSILLA· ARGVTVM· RADIVM· QVO· LAETA· LABORVM
INTEXIT· DVCTIS· LICIA· STAMINIBVS
TE· DVCE· QVOD· VITAM· PROBRO· SINE· VIVERE· VICTVM
QVOD· LICVIT· NOSTRIS· SVMERE· DE· MANIBVS

DOna haec anilia anaglyptis expreſſa intelligas aut picta in tabulis: id quidem verſus non indicant; at ſubjectos donario qui legat, ignorare minime poteſt, quid illi deſignent.

(1) ficti argumenti.

CCCCLX. (1)

QVAE· DVO· STANT· AVRO· FVLGENTIA· ET· ASPERA· SIGNIS
CANDELABRA· TVI· PAVLLE· DECVS· TVMVLI
LONGVM· HAEC· POST· DESIDERIVM· TIBI· ROMA· RECEPTO
DONA· PIO· LATI· DAT· MEMOR· AVXILII
VT· DVM· PERPETVO· LVCEBVNT· IGNE· PERENNEM
CVM· POPVLO· PRINCEPS· EXPERIATVR· OPEM

REcepto *Pio*: de itinere Germanico dictum, quum D. N. Pium VI. P. M. effuſa obviam civitas ſoſpitem laeta reviſit. eodem modo Horatius de Auguſti reditu loquutus: (2)

Tum meae, ſi quid loquor audiendum,
Vocis accedet bona pars, & o Sol
Pulcher, o laudande, canam, Recepto
Caeſare felix.

(1) adſciti argumenti.

(2) l. 4. od. 2. v. 45.

§. XII.

INSCRIPTIONES HISTORICAE

CCCCLXI. (1)

M· ANTONIVS· COLVMNA
PRAEF· CLASSIS· ROMANAE
ET· NAVARCHI· CENTVRIONES· CLASSIARII
QVI· SVB· EO· MmilitAVERVNT
TVRCARVM· COPIIS
NAVALI· PVGNA· AD· NAVPACTVM· DISIECTIS
TROPAEVM
DE· EXSVVIIS· NAVTICIS
PATRIAE· MERENTI
STATVERE
ARMA· VIRVM· GALEASQVE· ET· MAGNAE· BARBARA· CLASSIS
SIGNA· VIDEN· FRACTIS· ROSTRAQVE· DE· RATIBVS
ROMVLIDVM· HAEC· PVBES· PRO· RELLIGIONE· PARENTVM
BELLA· GERENS· VICTIS· THRACIBVS· ERIPVIT
NEC· MIRERE· ARMIS· HOSPES· BELLOQVE· POTENTES
ET· FVERVNT· ET· SVNT· NVNC· QVOQVE· ROMVLIDAE

PRimum in urbe tropaeum nauticum devictis Antiatibus conſtitutum eſt. *Naves Antiatium*, inquit Livius, (2) *partim in navalia Romae ſubductae, partim incenſae: roſtriſque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit: Roſtraque id templum appellatum*. ſubinde victores ſpoliis nauticis domos ſuas ornare coeperunt: quo pertinent illa Tullii verba in Antonium: (3) *An tu illa in veſtibulo roſtra & hoſtium ſpolia quum adſpexiſti, domum tuam te introire putas?* eademque Svetonius (4) & Plinius (5) indicant.

At erit, qui *Tropaea* recte haec dici neget: quippe quia Tropaeum proprie monumentum id ſit, quod victor eo loci conſtituerit, in quo hoſtes fuderit: nomen enim a Τροπη ductum eſt, ſive fuga hoſtium: itaque eo nomine appellata eſſe addat, quae Pompejus, devictis Hiſpanis, in Pireneis ſtatuit jugis (6) & quae exercitus Tiberii Caeſaris, debellatis inter Rhenum Albimque nationibus, ad Viſurgim Marti & Iovi & Auguſto ſacravit: (7) aliaque hujuſmodi, quae ibi fixa, ubi hoſtes concidiſſent. ceterum, invitis Grammaticis, nomen ſaepe illud monumento cuique tributum eſt, quod ad victoriae memoriam vel ipſa in urbe erectum eſſet: ut quum de C· Caeſare ſcripſit Svetonius, (8) *Tropaea C· Marii de Iugurtha deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sulla disjecta, reſtituit*: vel quum Flo-

Florus de Gallis, (9) *Mox*, inquit, *Astrionico duce vovere de noſtrorum militum praeda Marti ſuo torquem · intercepit Iupiter votum · nam de torquibus eorum aureum Tropaeum Iovi Flaminius erexit* · porro ſimilia his exempla tute invenies multa, quae a me congeri opus non eſt.

Carminis ſententiae e Graeco Leonidae epigrammate ſunt, (10) de armis, quae rex Pyrrhus Palladi dedicavit.

(1) ficti argumenti · (2) lib. 8. c. 14. (3) Phil. 2. c. 28. (4) in Ner. c. 38. (5) H. N. l. 35. c. 2. (6) Salluſt. incert. 5. 7. (7) Tacit. Ann. l. 2. c. 22. (8) in Iul. c. 11. (9) R. R. l. 2. c. 4. (10) Anthol. l. 6. c. 35.

CCCCLXII.

(1)

ME. QVONDAM. AEGYPTI. DESECTVM. E. CAVTIBVS. VNDAS
VIS. QVEM. PER. MEDIAS. ROMVLA. TRANSTVLERAT
VT. STAREM. AVGVSTI. MOLES. MIRANDA. SEPVLCRI
CAESAREVM. TIBERIS. QVA. NEMVS. ADLVERET
IAM. FRVSTRA. EVERSVM. FRACTVMQVE. INFESTA. VETVSTAS
NISA. EST. AGGESTIS. CONDERE. RVDERIBVS
NAM. PIVS. IN. LVCEM. REVOCAT. SARTVMQVE. QVIRINI
SVBLIMEM. IN. COLLIS. VERTICE. STARE. IVBET
INTER. ALEXANDRI. MEDIVS. QVI. MAXIMA. SIGNA
TESTABOR. QVANTO. SIT. MINOR. ILLE. PIO

O Beliſco, qui nuper ad Mauſoleum Auguſti effoſſus atque in collem Quirinalem translatus eſt, ſedem jam eſſe deſtinatam inter coloſſeas Alexandri Macedonis ſtatuas, in ore atque in ſermone omnium perdiu fuit. at erit fortaſſe, qui veterum inſcriptionum, quae in baſibus leguntur, auctoritatem opponat; quumque opera illa Phidiae & Praxitelis eſſe dicantur, ſigna ad Alexandrum minime pertinere contendat. nam is quidem natus eſt Olympiade CVI. (2) at Phidiam floruiſſe Olympiade LXXXIII. ſcripſit Plinius: (3) atque idem (4) ab Olympiade CIIII. inſignem jam egregio artificio Praxitelem facit: ut ne is quidem ejus ſimulacri auctor eſſe potuiſſe videatur. itaque actum jam erit de epigrammatis clauſula, quae deleto Alexandri Magni nomine, nihil ſapit.

Verum earum inſcriptionum labat auctoritas: Latinae enim ſunt, non Graecae, ut ab artificibus ipſis minime eſſe appareat. atque etiam titulos ejuſmodi Romae olim confictos, ut novis operibus pretium accederet, ſatis Phaedri locus declarat: (5)

Vt quidam artifices noſtro faciunt ſaeculo,
Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori adſcripſerunt Praxitelem ſuo,
Detrito Myronem argento.

(1) adſciti argumenti · (2) Conſ. F. A. ad Olymp. 106. an. 1. (3) H. N. l. 34. c. 8. (4) ibid. (5) l. 5. in proi.

CCCCLXIII. (1)

PIVS· VI· PONTIFEX. MAXIMVS
ANNO· SACRI· PRINCIPATVS· NONO
PROLI· INCERTORVM· PATRVM
NE· ANTE· PVBERTATEM· MANVMISSA
PESSIMO· PVBLICO· IN· NEQVITIAM· DELABERETVR
DOMVM. EDVCANDAE· ARTIFICIISQ. INSTRVENDAE
ONVPHRII· BEVILACQVAE. CVRATORIS
INSTANTIA· ADDICTAM
ANNVO·PROVENTV·ADTRIBVTO·APERIENDAM·CVRAVIT

QVID· FRVSTRA· A· TANTO· FERRARIA· PRINCIPE· POSCAS
ABIECTVM· QVANDO· SIC· FOVET· ILLE· NOTHVM

Manumiſſa: non domini ſolum ſervos *Manumittere* dicebantur, quum eos libertate donarent, ſed parentes quoque *Manumittere* filios, quum eos emancipabant: ut apud Tacitum, (2) *Statim Emitterent Manu, quos adoptaverant*. licuit igitur pueros a cuſtodibus tamquam a parentibus amandatos ſibique relictos appellare *Manumiſſos*.

Peſſimo Publico: Sic & Varro loquutus: (3) *Nunc contra ut villam ſuburbanam quammaximam ac politiſſimam habeant dant operam: ac cum Metelli & Luculli villis Peſſimo Publico aedificatis certant*. ſimilis item ille Livii locus de regibus Romanis: (4) *Neque ambigitur, quin Brutus idem qui tantum gloriae Superbo exacto rege meruit, Peſſimo Publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturae cupidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet*.

Nothum: Νόθον, inquit Quintilianus, (5) *qui non ſit legitimus, Graeci vocant: Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatur, non habemus, ideoque utimur peregrino* · porro id nomen ſubſtantivorum more uſurpavit Virgilius: (5)

Et primum Antiphaten, is enim ſe primus agebat,
Thebana de matre Nothum Sarpedonis alti
Conjecto ſternit jaculo.

IA-

(1) Ferrariam miſſa.
(2) Ann. l. 15. c. 19.
(3) de R. R. l. 1. c. 13.
(4) lib. 2. c. 1.
(5) Inſt. l. 3. c. 8.
(6) Aen. 9. v. 697.

CCCCLXIIII· (1)

IACEBAM· PAVLLI· AD· TEMPLA· AEGROTO· CORPORE
SACROS· EFFERRI· MONICAE· QVVM· AVDIO· CINERES
AFFER· OPEM· CLAMO· PRAESENS· ECCE· SVPPLICI
ADEST· PERVSTIS· TABEM· ABSTERGENS· ARTVBVS

CCCCLXV·

ELATVM· MONICAE· ROMAM· DVM· FVNVS· SVBIT
INFELIX· OCVLIS· TRISTE· CALIGANTIBVS
DVCEBAR· IN· OCCVRSVM· ILLA· VOTIS· ANNVENS
VOCATA· MEIS· NIGRAS· TENEBRAS· DISPVLIT

CCCCLXVI·

EXSVVIAS· VISVM· MONICAE· QVA· IBAT· CIVITAS
LVMINE· ME· CAPTVM· ALTERO· ANVS· INFERT· SEDVLA
FERETRO· VIX· ADMOVERAT· VIM· PROTINVS
HAVSI· CAELESTEM· VTROQVE· POLLENS· LVMINE

CCCCLXVII·

OSSA· VBI· CONDIDERANT· MONICAE· DVCTO· FVNERE
SVFFVLTVS· MALE· EGO· TALIS· ADDVCOR· PVER
AT· TVMVLVM· VT· TETIGI· FIRMIS· EXSILIO· PEDIBVS
ET· TVMVLVM· FLEXO· VENEROR· SOSPES· POPLITE

TAbulae pictae quaternae prodigia referunt totidem . subjecto autem cuique titulo receptam divinitus valetudinem is exponit, quem pictura repraesentat voti compotem. reliquias porro sanctissimae viduae Martino V. Pontifice Maximo Ostia Romam translatas in Fastis tradidimus.

MOS·

(1) Romae in aede Monicae.

CCCCLXVIII. (1)

HOSPES· VNDE· POLI· PLAGAS· IN· OMNES
PROSPECTVS· TIBI· NVNC· PATET· MOLESTIS
A· CVRIS· PROCVL· VT· SIBI· LABORVM
FESSO· PERFVGIVM· FORET· QVIETIS
TECTA· SCIPIO· AVITA· CARDINALIS
HVC· BVRGHESIVS· EFFEREBAT· ANNO
QVO· MAGNVS· GELIDA· REDVX· AB· ARCTO
PIVS· SOLLICITAM· BEAVIT· VRBEM

Scipio · · · *Card.* · · · *Burgh.* memini, me docuiſſe, non recte eos facere, qui nomen dignitatis inter nomen proprium & cognomen ponunt. neque enim unquam veteres ita ſcripſere *M Tullius Conſul Cicero* aut hujuſmodi alia. ſed poetae ea lege non tenentur: qui ſane vel praenomen nomini ſubjecere, ſi verſus poſceret. itaque in Scipionis Barbati epitaphio nuper legimus,

Cornelius Lucius Scipio Barbatus Gnaivod Patre,

& Ennius ſcripſit, ut a Tullio accepimus, (2)

Egregie cordatus homo, catus Aelius Sextus:

ac ſimilia apud Horatium in primis atque Ovidium invenies.

Anno, Quo Magnus · · · id eſt anno M. DCC. LXXXII. ſic & Horatius quandoque annos deſignavit, ut quum ſcripſit, (3)

Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno,

qui fuit Vrbis DCC. XVIII. item ubi ait, (4)

Seu plures hiemes, ſeu tribuit Iuppiter ultimam,
Quae nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum.

de portu enim Iulio loquitur, Virgilii verſibus fuſius deſcripto, (5) qui conditus videtur anno Vrbis DCC. XVII. (6)

(1) pro cenaculo aed. Burgheſiar.
(2) de orat. l. 1. c. 45.
(3) l. 1. epiſt. 20. v. ult.
(4) l. 1. od. 11.
(5) Georg. l. 2. v. 161.
(6) v. Suet. in Aug. c. 16.

§. IIII.

§. IIII.

BILLOGIA

CCCCLXVIIII. (1)

ADSPICIS. INCVRVVM. MANIBVS. POST. TERGA. REVINCTIS
QVI. FREMIT. ET. NVDIS. VINCLA. TERIT. PEDIBVS
HIC. ILLE. EST. EREBI. DIRVS. REGNATOR. AT. ILLA
MORS. FERA. DIREPTA. QVAE. IACET. A. PHARETRA
HIS. CESSERE. HOMINES. SED. NON. DEVS. VRGET. VTRVMQVE
QVI. VICIT. CLAVSO. NON. MINOR. IN. TVMVLO

EPigrammatis argumentum eſt ſepulcrum D. N. Jeſu ita exſtructum, ut infra baſim hinc daemonem malum, inde mortem perculſam jacere tibi fingas captivorum inſtar: quos Servator noſter Deus moriendo devicit.

(1) ficti argumenti.

CCCCLXX. (1)

EXEMPLVM·MENGSI.HOC·VLTIMVM·MORS·OPVS·INVIDA
RVPIT. NEGATAM· HOMINI· ILLE· DVM· TENTAT·VIAM

EGregiae tabulae exemplum vix adumbraverat magni ille nominis pictor, quum eum ſummo omnium dolore mors intercepit. erat autem argumentum praeclariſſimi operis Virgo ſancta exanime Filii corpus, dum cruce defigeretur, ſuſpiciens: quod tam graphice in ipſo exemplo expreſſit, ut nihil ab eo accuratius fieri potuiſſe videatur.

Tentat Viam: tralatitio more dictum de mira pingendi arte: ut apud Horatium de virtutis immortalitate, (2)

Virtus recludens immeritis mori
Caelum, negata tentat iter via.

Via enim ſaepe idem ac *ratio*: quod exempla veterum paſſim demonſtrant.

CRV-

(1) ſub picturae exemplo in aedib. Rinuccin.

(2) l. 3. od. 2. v. 2.

CCCCLXXI. (1)

CRVDELI. EXTINGVI. SEPTENOS. FVNERE. FRATRES
ISACIDAS. DIRVS. DVM. IVBET. ANTIOCHVS
ECCE. ALACRIS. FORTES. PRAECLARA. OCCVMBERE. MORTE
MATER. PRO. PATRIIS. LEGIBVS. ADSPICIENS
MACTI. INQVIT. PVERI. LACRIMAS. NE. POSCITE. CAELO
VOS. PEPERI. ET. MERITOS. INFERO. SIDERIBVS

TAbula olim hoc argumento insignis adservabatur in aedibus Collegii Romani, praegrandi forma, Vandycki manu pulcherrime picta.

(1) adsciti argumenti,

CCCCLXXII. (1)

ARMA. VIDEN. CONGESTA. HASTAS. GENVS. OMNE. CORONAS,
ARMILLAS. TORQVES. TOT. SIMVL. ET. PHALERAS
VIRTVTIS. DECVS. HAEC. BELLO. TVLIT. OMNIA. VICTOR
SICCIVS. ARGOLICO. NON. MINOR. AEACIDE

REs a L. Siccio Dentato militiae gestas, & praemia item, quae ab imperatoribus tulit, Plinius recenset. (2) porro haec si ad ejus simulacrum expressa fingas, longiori titulo opus non est, ut quae potissima tanti viri laus fuit, manifestius appareat.

(1) adsciti argumenti. (2) H. N. l. 7. c. 28.

CCCCLXXIII. (1)

DVLCIA. QVAM. VITAE. LINQVENTEM. LVMINA. CERNIS
REGINA. HAEC. REGVM. ET. MAXIMA. PROGENIES
ILLA. EST. ACTIACO. MAGNI. SERVATA. TRIVMPHO
CAESARIS. ET. SACRA. CONSPICIENDA. VIA
QVAE. GENVS. HAVD. OBLITA. SVVM. CAPTIVA. NE. DIXIT
ROMVLIDVM. MATRES. PROH. PVDOR. ADSPICIAM
NON. OMNIS. VICTA. EST. CLEOPATRA. FEROXQVE. COLVBROS
IAM. PREMIT. ATQVE. VLNIS. ATRA. VENENA. BIBIT

NOta sunt & merito laudantur Castilionii & Favoriti de eodem argumento carmina, quae in Vaticano incisa marmori legere licet, cum est otium: longio-

giora enim ſunt, quam ut commode poſſis, quum alio feſtinas. hoc contra non te diu moretur.

De Cleopatrae exitu Florus: (2) *Nec illa de vita, quae offerebatur, ſed de parte regni laborabat. quod ubi deſperavit a Principe, ſervariquc ſe triumpho vidit, incautiorem nacta cuſtodiam, in Mauſoleum ſe recepit: ubi maximos induta cultus, in differto odoribus ſolio juxta ſuum ſe collocavit Antonium; admotiſque ad venas ſerpentibus quaſi ſomno ſoluta.*

(1) adſciti argumenti. (2) lib. 4. c. 11.

CCCCLXXIIII. (1)

VIVO. EQVIDEM. ANGVSTI. NEC. ME. SVB. MOLE. SEPVLCRI
VIRTVTIS. COGES. IMMEMOREM. AVT. GENERIS
VICTORI. MONVMENTA. DVCI. QVAS. RVPIT. APERTAS
PONE. ALPES. DOMITAM. ET. PRO. TVMVLO. AVSONIAM
ET. TREBIAM. SVPER. ET. TRASYMENVM. INFANDAQVE. CANNAS
BVSTA. ADDE. AGGESTIS. ROMVLIDVM. EXSVVIIS
STET. QVAE. FACTA. FERAT. LATIIS. IMPOSTA. RVINIS
CARTHAGO. CONDI. SIC. DECET. HANNIBALEM

REs hic ſuas praedicans inducitur Poenus ille non ſuae modo aetatis maximus Dux, ſed, ut (2) apud Livium dicitur, omnis ante ſe memoriae omnium gentium cuilibet regum imperatorumve par: cujus virtutem hoſtes quoque mirati, etiam ſtatuae honore dignati ſunt. tres nimirum ejus ſtatuae Plinii aetate in urbe viſebantur, *cujus*, inquit, (3) *intra muros ſolus hoſtium emiſit haſtam.*

Ellogio autem texendo ſententias ſuppeditavit Themiſtoclis epitaphium a Caeſare Germanico ſcriptum, (4) qui eodem modo Themiſtoclem ſepulcri ſui formam & ornamenta praeſcribentem induxit.

Habes ex iſto ſcriptionis genere quidquid ad hoc uſque tempus annorum fere quindecim ſpatio, partim oblata partim quaeſita occaſione, exaraverim, inſcriptiones nempe amplius quadringentas. hae quoniam magna ex parte ſaxis ineiſae proſtabant, vix jam cauſſa erat, cur earum exempla domi premerem, & publico carere vellem. ſi libellum confeciſſe videar, unde, qui legent, voluptatis aliquid & commodi capere poſſint; non ego tam aequos judices cenſoreſve non amplectar: ſatis nempe hoc laboris mei fructu contentus, ſi opuſculum id nec injucundum omnino nec inutile futurum ſit.

(1) adſciti argumenti.
(2) lib. 30. c. 30.
(3) H. N. l. 34. c. 6.
(4) Anthol. l. 3. c. 5.

Libri denique & opellae hujus noſtrae finis Votum eſto: quandoquidem ipſo editionis labore per id defungimur tempus, quo exoptata diu pax bellorum aliquando finem attulit.

DEVS. OPTIME. MAXIME
MVNDI. EFFECTOR. ET. MODERATOR. CVIVS NVMINE. IMPERIOQVE. RES. OMNES. MORTALIVM ET. CONSISTVNT. ET. CORRVVNT. CVI. VITA HOMINVM. INCOLVMITAS. OPES. VIRTVS. IPSA ACCEPTA. REFERRI. DEBET. TE. PVBLICA. VOCE OBTESTOR. ATQVE. PRECOR. CVSTODI. SERVA HVNC. STATVM. HANC. PACEM. ET. GENERI HVMANO. IAMDIV. AEGRO. ET. AFFECTO PRAESENTI. AVXILIO. MEDERE. QVORVMQVE FOEDERE. PACATA. NVPER. EVROPA. EST. HORVM ANIMVM. ET. CONSTANTIAM. AD. ORBIS. CHRISTIANI SALVTEM. ET. DECVS. AVGETO. QVO. RELIGIO SANCTA. SVBSIDIIS. PRINCIPALIBVS. FVLTA. LATIVS PER. POPVLOS. PROPAGETVR. ATQVE. IN. TANTIS ERRORVM. TENEBRIS. CONSILII. SVI. LVMEN OSTENDAT. AVT. SI. ARMORVM. QVIETI. BREVE DEFINITVM. EST. TEMPVS. STET. FOEDERIS. FIDES NATIONVMQVE. CONCORDIA. ATQVE. IN THRACIAE. FINIBVS. VLTIMVM. DETONET. BELLVM VT. COMMVNIBVS. STVDIIS. HOSTE. CHRISTIANI NOMINIS. DEBELLATO. VNA. DENIQVE. EVROPA SACRA. VNA. RELIGIO. SIT

IN-

INDICES

VERBORVM ET RERVM,

QVAECVMQVE SINGVLIS LIBRI PAGINIS DIGNA NOTATIONE PRODVNTVR AVT EXPLICANTVR

A

Ab avis & majoribus pag. 117.
Abbas Syra vox 11.
Abſis 20.
Abſtinens 106.
Adeodatus P. M. 161.
Adeodati II. P. M. geſta 164.
Adepto Principatu 384.
Aditus pro *additione* 80.
Adjutor 339.
Aſſertor 69.
Adventus D. N. Pii VI. 75. 78.
Adyta 22.
Aedes profanata 26.
Aediculae in templo inſer. 12.
Aediculae Riminald. inſer. 8.
Aedis factae inſer. 6. 7. 13.
Aedituare 130.
Aegula Lilybaei 93.
Aeris ſcalpello caelandi ars 120.
Africani ſen. epitaphium inviſum 23.
Agapeti P. M. geſta 156.
Agapeti II. P. M. geſta 186.
Agathae V. M. titulus 18.
Agathonis P. M. geſta 164.
Agens Curam 348.
Agilulfus rex 179.
Alactium miſſa inſcr. 340.
Albam Pompejam miſſa inſcr. 292.
Albanus Alex. Card. 11. 14. 327.
Albanus Joan. Franc. Card. 281.
Albanus Karolus V. C. 85.
Albolnus rex 158.
Alexander P. M. 142.
Alexandri II. P. M. geſta 196.
Alexandri III. P. M. geſta 210. &c.
Alexandri IIII. P. M. geſta 220.
Alexandri V. P. M. geſta 234.
Alexandri VI. P. M. geſta 242.
Alexandri VII. P. M. geſta 262.
Alexandri VIII. P. M. geſta 265.
Alfredus rex 179.
Alighieri Dantis epitaphium 114.
Alonſii Gonz. titulus 24.
Altaria & Arae 3.
Altaris inſcr. 1. 3. 13.
Altaris privilegium 27.
Altor egenorum 107.
Alumnais fodinae 240.

Amadei III. regis titulus 227.
Amalcheum 290.
Ambroſii ſancti ellog. 306.
Amici Aloiſ. Epiſc. titulus 90.
Amici Marcelli epitaphium 110.
Amphora 350.
Anacleti P. M. geſta 142.
Anagniam miſſae inſcr. 26. 83. 338. 342. 364.
Anaſtaſii P. M. geſta 149.
Anaſtaſii II. P. M. geſta 154.
Anaſtaſius III. P. M. 184.
Anaſtaſii IIII. P. M. geſta 209.
Anconam miſſae inſcr. 68. 86. 87.
Anconitanus portus 68.
Angelinus Joſ. Sculptor 81.
Angelonia Geltrude 396.
Anicetus P. M. 143.
Animae magnae prodigus 135.
Animos efferre 319.
Anni imperii 276.
Annorum in honore ratio habita 88.
Annus in titulis ſaepe omiſſus 2.
Annus facer primum celebratus 225.
Antamorus Paullus Franc. Card. 334.
Antiſtes Caeremoniarum 110.
Antolinus Phil. 9.
Antonellius Bernardinus V. C. 76.
Antonellius Leonardus Card. 88.
Apameae Col. privilegium 30.
Apographum 315.
Apollonius Alaband. 367.
Apoſtolus 308.
Apparere 109.
Appia regina viarum 67.
Appoſita Deorum 4. 5. 6.
Apricari & *Apricus* 282.
Apua Ligurum 84.
Apuam miſſae in ſcr. 84. 394.
Ara Narbonenſis 357.
Arator poeta 157.
Arcus Vindobon. tituli 81. 82.
Area 157.
Arenariae 299.
Aribertus rex 166.
Ariminum miſſa inſcr. 332.
Ariſtotelis regula in laudatione 87.
Armorum tituli 391.

Arx ſalutis humanae praeſes 284.
Aſcolcſia Roſa V. M. 358.
Aſtolfus rex 171.
Aſt tu 360.
Atalarici regis edictum 155.
Athanaſii ſancti ellog. 305.
Athenagorae libellus 143.
Attidium nunc vicus 119.
Attila Dux Hunnorum 151.
Auctus filio 391.
Aurum Coronarium 334.
Auſpicia & Auſpices 78.
Authographum 315.

B

Baſilica 157.
Beliſarius Dux 156.
Bellarmini Card. ellog. 319.
Belinum Venet. 314.
Benedicti P. M. geſta 158.
Benedicti II. P. M. geſta 165.
Benedicti III. P. M. geſta 179.
Benedicti IIII. P. M. geſta 184.
Benedictus V. P. M. 187.
Benedictus VI. P. M. 188.
Benedicti VII. P. M. geſta 189.
Benedicti VIII. P. M. geſta 191.
Benedicti VIIII. P. M. geſta 192, 193.
Benedictus X. ſive Joannes Epiſc. Velit. 195.
Benedicti XI. P. M. geſta 226.
Benedicti XII. P. M. geſta 228.
Beneficiarius 110.
Benettius Joſ. V. C. 79.
Benevellus Joan. Anton. V. C. 292.
Beneventanae litterae 113.
Beneventum miſſa inſcr. 378.
Berengarius Aug. 187. 189.
Bevilacqua Onuphr. V. C. 404.
Bibliotheca Vaticana a quibus aucta 310.
Bibliotheca Vlpia 328.
Bibliothecae Fabretti titulus 13.
Bibliothecarius 275.
Bogoris rex 180.
Bonifacii P. M. geſta 150.
Bonifacii II. P. M. geſta 155.
Bonifacii III. P. M. geſta 160.
Bonifacii IIII. P. M. geſta 161.
Bonifacii V. P. M. geſta 161.

Bonifacius VI. P. M. 183.
Bonifacius VII. 188.
Bonifacii VIII. P. M. gesta 225.
Bonifacii VIIII. P. M. gesta 232.
Bononiam missae infer. 93. 96. 366.
Bonum Factum 328
Borbonis exercitu urbs direpta 247
Borsus Dux Ferrar. 240.
Boschovichius Roger. 390.
Braschius Aloiſ. Prine. 336.
Bredahli Geotgii epitaphium 118.
Bruti D. nomen in Faſtis 28.
Buffalini Oct. Card. titulus 86.
Buonartota Philippus 317.
Burghesius Scipio Card. 406.

C

Caecilia Balearici filia 313.
Caeciliae V. M. tituli 18. 23.
Caelestini P. M. gesta 150.
Caelestinus II. P. M. 209.
Caelestini III. P. M. gesta 214.
Caelestinus IIII. P. M. 219.
Caelestinus V. P. M. 225.
Caeremoniae, quibus aedes sacrae inchoantur 27
Caji P. M. gesta 146.
Calicis sacerdotalis Infer. 2.
Caligati 15.
Callistus P. M. 144.
Callisti I. P. M. gesta 205.
Callisti III. P. M. gesta 239.
Camerata Franc. 68.
Camerinum missae Infer. 90. 101.
Campani 319.
Campum Lautentii missa infer. 14.
Canalis Paullus V. C. 69.
Candelabrum Piranesianum 121.
Capitolium in usum belli vallatum 232.
Caracciola Laura C. F. 370.
Carmen 34.
Carpegna Casp. Card. 317.
Casonius Philippus V. C. 269.
Castellus Iosephus Card. 297. 327.
Castissimus 393.
Castromadamenses 16.
Castronovani 157.
Castrum Clementinum infer. eodem missa 273.
Casus in titulis ad speciem discordes 91.
Catalanus Michael Canon. 231. 283.
Catonis senioris elog. 309.
Catonis sen. lex de Villici officiis 328.
Cedit pro pertinet 35.
Cedoaldus rex 167.
Cella templi 26.
Cenotaphii initium 124.
Census 317.
Centuriae & Centurionis nota 119.
Certamen Capitolinum 321.
Cesanellius Dominicus 396.
Cestrum 322.
Chalcidicum 311.
Christianorum veterum elata martyria 141.
Christophori sancti titulus 30.
Cidaris purpurea 296.
Cives & Incolae 25.
Civitatem Plebis missa infer. 104.
Claramontius Gregor. Episc. Tibutt. 107.
Clarissima Femina 127.
Clarissimi 91.
Clavium traditio 330.
Clementis P. M. gesta 142.
Clementis II. P. M. gesta 193.
Clementis III. P. M. gesta 214.
Clementis IIII. P. M. gesta 221.
Clementis V. P. M. gesta 227.
Clementis VI. P. M. gesta 229.
Clementis VII. P. M. gesta 246.
Clementis VIII. P. M. gesta 256.
Clementis VIIII. P. M. gesta 263.
Clementis X. P. M. gesta 264.
Clemens XI. P. M. 267.
Clementis XII. P. M. ellog. 317.
Clementis XIII. P. M. titulus 272.
Clementis XIIII. P. M. titulus 273.
Cleopatrae ellogia 408.
Cletus P. M. 141.
Clientes 288.
Clodiam fossam missae infer. 72. 270.
Clypei honorarii 355.
Votivi 24.
Coaequalis 318.
Coccanatil hospites Ignatii sancti 16.
Codices libri quadrati 276.
Coenobium 308.
Cognominis duplicis efferendi ratio 108. 337.
Cohors praetoria 15.
Collatitia stips 10.
Collegium legitimum 95.
Collegium & Sodalitas 360.
Collegium Romanum 280.
Comes itinerum 86.
Comites aevi sequioris 101.
Commoda ampliare & cumulare 63.
Comum missa infer. 393.
Conca eques, pictor 298.
Concha sive Abis 20.
Concilia in porticu Vatic. depicta 167.
Concilium magnum Nicaenum 147.
Concilium magnum Constantinopol. 148.
Concilium magnum Ephes. 150.
Concilium magnum Chalc. 151.
Concilium magnum Constantinop. II. 157.
Concilium magnum Constantinop. III. 164.
Concilium magnum Nicaenum II. 173.
Concilium magnum Constantinop. IIII. 181.
Concilium magnum Lateran. 105.
Concilium magnum Lateranen. I. 208.
Concilium magnum Lateraneu. III. 213.
Concilium magnum Lateranen. IIII. 215.
Concilium magnum Lugdunen. I. 219.
Concilium magnum Lugdunen. II. 222.
Concilium magnum Viennense 227.
Concilium magnum Constantien. 235.
Concilium magnum Basileense 236.
Concilium magnum Florent. 237.
Concilium magnum Lateranen. V. 244.
Concilium magnum Trident. 249.
Confessor 27.
Congius 350.
Conon P. M. 565.
Conradus Aug. 192.
Conscriptus id est Senator 334.
Consecratio & Consecrati 2.
Constantini Aug. annus natalis 526.
ejusdem gesta 247.
Constantini P. M. gesta 167.
Constantis Aug. adventus in urbem 163.
Constitutor collegii 100.
Conti Andreae tituli 26. 83. 364.
Contra Votum 332.
Cornelii P. M. gesta 145.
Corporati cives 278.
Creticus pes in senariis 399.
Cultus 11.
Cultus praetorum 354.
Curiae & Curiales 34.
Curiones 29.
Custodi Praedictorum 4.
Custos Vibis 13.

Da-

D

Damasi P. M. gesta 148.
Damasus II. P. M. 193.
Dantis poetae epitaphium 114.
Darii Persarum nummi 6.
Decurialis a Cubiculo 40.
Dedicationis ratio in Inscr. 12.
Dei Patris titulus 1.
Delicium 134.
Deo M. A. 13.
Denarii nota 3. & 6.
Deportare 314.
Descensus 272.
Desiderii Regis Langob. Decretum 113.
Desiderius rex 371. &c.
Diagramma 274.
Diburades plasta 392.
Dictus pro *Creatus* 366.
Diei initium & finis 132.
Diem suum fungi 112.
Dies Parentalium 378.
Dionysii P. M. gesta 146.
Dionysius exiguus 155.
Diploma nobilitatis 349.
Dispensator 123.
Ditio 14.
Divisio 293.
Docere cum uno rei casu 112.
Doctor 367.
Doctor decurialis 96.
Dolor & luctus 104.
Dominans 93.
Domiseda 129.
Domus pro familia 285.
Domus & Patria 102.
Dona anilia 401.
Donarii inscr. 5. 8. &c.
Doni P. M. gesta 164.
Donus II. P. M. 188.
Druidum auctoritas 22.
Duella 350.
Dux pro Principe 313.

E

Eccelinus tyrannus 219.
Ecclesia 352.
Ectypa & Prostypa 392.
Educator posteritatis 93.
Efferre 136.
Eleutherii P. M. gesta 143.
Empulum missa inscr. 16.
Epistula 342.
Epitaphia puerorum exili sermone 397.
Equitia 326.
Ergastulum Clusare 275.
Errata & poenas expiare 25.
Evangelista Cajet. 68.
Eugenii P. M. gesta 163.
Eugenii II. P. M. gesta 177.
Eugenii III. P. M. gesta 209.
Eugenii IIII. P. M. gesta 236.
Eusebius P. M. 147.
Eutychiani P. M. gesta 146.
Exoratus & *Exorari* 5.
Expeditio 398.
Experimenta publicare 339.
Expiare 28.
Exsuviae 310.
Extorris 30. 273.

F

Fabia gens 18.
Fabiani P. M. gesta 145.
Fabrianum missae inscr. 25. 29. 91. 92. 293. 294.
Falerii urbs Falisorum 5.
Falisoduenses 5.
Familia aedis 130.
Famulus & *Familia* 323.
Fanum Fort. missa inscr. 299.
Fasti Christiani urbis Romae 141.
Fasti Kalendarium 28.
Fateor pro *Praedico* 395.
Faventiam missa inscr. 330.
Faurae Joan. Bapt. epitaphium 113.
Ellogium 320.
Fausta Omina 70.
Fazioius Mich. 68.
Federicus Aug. 210. &c.
Federicus II. Aug. 210.
Federicus III. Aug. 239.
Felic. vicum. missa inscr. 271.
Felix P. M. 146.
Felix II. P. M. 148.
Felicis III. P. M. gesta 153.
Felicis IIII. P. M. gesta 155.
Ferdinandi IIII. regis tit. 276.
Ferdinandi Karoli Austriaci titulus 85.
Feriatus 282.
Ferraria recepta 257.
Ferrariam missae inscr. 8. 352. 404.
Ferrettius Anton. 68.
Fictilia Etrusca 318.
Firmana arx 283.
Firmi data inscr. 359.
Firmum missae inscr. 98. 283.
Fideicommissaria hereditas 86.
Foedus inter Atellanos & Calatinos 345.
Fontani 289.
Formae litterarum 316.
Formosi P. M. gesta 189.
Formularum delectus 272.
Forresteri Jac. Pictoris epitaphium 122.
Franciscus a *Francus* 80.
Fratres ut Sodales 216.
Fratres Martiales 347.
Funerum tituli 373.

G

Gallaratius Jo. Thomas V. C. 296.
Garampus Jos. V. C. 5. 73.
Gelasii P. M. gesta 153.
Gelasii II. P. M. gesta 205.
Geltrude in recto scribendum 396.
Gemmarum tituli 387.
Genetrix 3.
Genitivus casus in VM & IVM 314.
Gens apud Romanos 18.
Genselicus Dux Vandalorum 152.
Genuam missae inscr. 112. 288.
Georgii sancti titulus 15.
Gerlius Augustinus Archit. 81.
Gioannettus Andr. Card. 366.
Globbes Nicolaus 295.
Glarea stratae viae 279.
Gradovicus Barprol. V. C. 72. 270.
Granariodunum missa inscr. 111.
Gratuitus honor 357.
Gregorii Magni P. M. gesta 159.
Ellogium 408.
Gregorii II. P. M. gesta 167.
Gregorii III. P. M. gesta 169.
Gregorii IIII. P. M. gesta 177.
Gregorii V. P. M. gesta 189.
Gregorii VI. P. M. gesta 392.
Gregorii VII. P. M. gesta 197.
Gregorii VIII. P. M. gesta 213.
Gregorii VIIII. P. M. gesta 217.
Gregorii X. P. M. gesta 222.
Gregorii XI. P. M. gesta 230.
Gregorii XII. P. M. gesta 233.
Gregorii XIII. P. M. gesta 243.
Gregorii XIIII. P. M. gesta 256.
Gregorii XV. P. M. gesta 259.
Grex Musicorum 125.
Gulielmus rex 210.

H

Hadriani P. M. gesta 172.
Hadriani II. P. M. gesta 180.
Hadriani III. P. M. gesta 182.
Hadriani IIII. P. M. gesta 210.
Hadrianus V. P. M. 222.
Hadriani VI. P. M. gesta 246.
Haedi fugientes 395.
Haeretica factio 307.
Hagnae V. M. titulus 19.
Hagne Aug. 196.
Hannibalis ellogium 409.
Helviam Ricin. missa inscr. 77.
Henricus Aug. 191.
Henricus II. Aug. 193.

Henricus III. Aug. 204.
Henricus IIII. Aug. 214.
Henricus V. Aug. 204.
Henricus VI. Aug. 214.
Henricus VII. Aug. 227.
Hercules olim Dii 23.
Hermetis martyr. tit. 271.
Hexapeda 390.
Hierofolyma Karolo Aug. permissa 175.
Hierofolyma a Christianis capta 201.
Hilari P. M. gesta 152.
Honesta missio 15.
Honestare 32.
Honor gratuitus 357.
Honoratiae inscriptiones solitariae poni non debent 67.
Honorata ad curam 128.
Honorii Aug. adventus in urbem 149.
Honorii P. M. gesta 161.
Honorii II. P. M. gesta 206.
Honorii III. P. M. gesta 216.
Honorii IIII. P. M. gesta 224.
Horatii formulae ad inscr. tempor. 362.
Hormisdae P. M. gesta 154.
Hospes praenomen 73.
Huc manjum 157.
Hugo rex 185.
Humanitas politior 114.
Hygaeus P. M. 142.

I

Iacobus Arag. rex Sardiniae & Corsicae auctus 225.
Iaponum legatio 255.
Iejunium instituendum 35.
Ietanensis Ordo 298.
Iesu pueri tituli 2. & 3.
Ignatii sancti tituli 16.
Ignatii sancti aedicula ad thermas Antonin. 31.
Ignipotens 12.
Ignorati Antonii epitaphium 117.
Imbrices cum persona 392.
Immobilis pietatis 365.
Imperatoris appellatio 15.
Impudentiae nota aversa 6.
In exemplum 89.
Ingenia Sapientium res publica 311.
Innocentii P. M. gesta 149.
Innocentii II. P. M. gesta 206.
Innocentii III. P. M. gesta 214.
Innocentii IIII. P. M. gesta 219.
Innocentii V. P. M. gesta 222.
Innocentii VI. P. M. gesta 229.
Innocentii VII. P. M. gesta 233.
Innocentii VIII. P. M. gesta 241.
Innocentius VIIII. P. M. 256.
Innocentii X. P. M. gesta 261.
Innocentii XI. P. M. gesta 264.
Innocentii XII. P. M. gesta 266.
Inscriptiones sic editae, ut scriptae fuerunt 1.
Instantia 7.
Instrumentum 284.
In tabula. In aëo 326.
Integer integros annos 119.
Interamnam missa inscr. 69.
Interdicendi sacris formula 22.
Interregnum 90.
Interregnum a Marcellini P. M. morte 147.
Interregnum a Nicolai IIII. P. M. morte in annum tertium 224.
Ioannes Palaeologus Aug. 230.
Ioannes rex 216.
Ioannis Apost. martyrium 142.
Ioannis Chrysost. elog. 307.
Ioannis P. M. gesta 155.
Ioannis II. P. M. gesta 156.
Ioannis III. P. M. gesta 158.
Ioannis IIII. P. M. gesta 162.
Ioannis V. P. M. gesta 166.
Ioannis VI. P. M. gesta 166.
Ioannis VII. P. M. gesta 166.
Ioannis VIII. P. M. gesta 181.
Ioannis VIIII. P. M. gesta 184.
Ioannis X. P. M. gesta 184.
Ioannes XI. P. M. 185.
Ioannis XII. P. M. gesta 186.
Ioannis XIII. P. M. gesta 187.
Ioannes XIIII. P. M. 188.
Ioannis XV. P. M. gesta 189.
Ioannes XVI. P. M. 191.
Ioannis XVII. P. M. gesta 191.
Ioannis XVIII. P. M. gesta 192.
Ioannis XVIIII. qui XXI. P. M. gesta 222.
Ioannis XXII. P. M. gesta 228.
Iocundissimi Principes 86.
Iosephi sancti titulus 10.
Iosephi Aug. titulus 81.
Iraia Matthaeus 294.
Iter, Actus 291.
Itus, Ambitus 288.
Iugerum 378.
Iulii P. M. gesta 148.
Iulii II. gesta P. M. 243.
Iulii III. P. M. gesta 250.
Iulii nummi 6.
Iurisjurandi formula 346.
Iustinus Philosophus 143.

K

Kalendarium Sodal. Anton. 37.
Karoli Regis Hisp. titulus 83.
Karolus Andegavensis rex 221.
Karolus rex 172. &c. Augdictus 174.
Karolus Calvus Aug. 181.
Karolus Crassus Aug. 182.
Karolus IIII. Aug. 230.
Karolus V. Aug. 247.
Karoli V. Aug. elog. 312.
Karolus VI. Imp. 8.
Karlomanni adventus in urbem 170.
Kircher Athanas. 301.

L

Ladislaus rex 234.
Lagomarsini Hieron. V. C. cenotaphium 112.
Lala Cyzicena 322.
Lando P. M. 184.
Lapis Auspicalis 27. 28.
Laterum tituli 392.
Latini scriptores, a quibus formulae inscr. petendae 22.
Lauretani sancti titulus 13. 14.
Lauretanum Vicum missae inscr. 21. 32.
Lauretum missa inscr. 269.
Legare ab heredibus 293.
Legata Sacratio Sodalium 35.
Legifer 17.
Leonis Aug. edictum 168.
Leonis Magni P. M. gesta 151.
Leonis II. P. M. gesta 164.
Leonis III. P. M. gesta 174.
Leonis IIII. P. M. gesta 178.
Leonis V. P. M. gesta 184.
Leo VI. P. M. 185.
Leonis VII. P. M. gesta 187.
Leo VIII. P. M. 187.
Leonis VIIII. P. M. gesta 193.
Leonis X. P. M. gesta 245.
Leo XI. P. M. 258.
Leti Cyri epitaphium 112.
Lex de Bacchanalibus 325.
Libare 74.
Libentes Merito 2.
Liberii P. M. gesta 148.
Licca Aloisi. 31. 32.
Lingua utraque 316.
Linus P. M. 141.
Littae Alex. V. C. epitaphium 108.
Locatitius 285.
Loci majestas 283.
Locupletator civium 67.
Locus sepulturae datus 355.
Lotharius Aug. 176.
Lotharius II. Aug. 207.
Lucius P. M. 141.

Lucii II. P. M. gesta 209.
Lucii III. P. M. gesta 213.
Ludovicus Aug. 175.
Ludoviens II. Aug. 178.
Ludovicus III. Aug. 184.
Lucateilia gens 71.
Lucernarum tituli 390.
Luceretii Trieipitini praenomen 73.
Luitprandus rex 169.
Lustrare precatione 77.
Lutherus damnatus 246.
Lyceum 367.
Lychnuchi titulus 4.

M

Machinator 286.
Magister admissionum 103.
Magister Sodalium 347.
Magistri Fontani 289.
Majestas 307.
Malacensium nomine inscr. 17.
Malluvia 391.
Mamertini 319.
Manceps Viarum 304.
Maneinfortes Oct. Praep. S. P. 356.
Mancinfortis Card. titulus 87.
Mancipare 312.
Maneipii jus 326.
Manceptum & Vsus 289.
Manes animae 136.
Manes Pii 74.
Manipretium 322.
Manuballistatii 115.
Mantuam missa inscr. 115.
Manubiae 8. 9.
Manumissus 404.
Manus de pictura 298.
Marcellini & Petri SS. titulus 32.
Marcellinus P. M. 146.
Marcellus P. M. 147.
Marcellus II. P. M. 250.
Marei sancti titulus 11.
Marcus P. M. 147.
Margaritum 133.
Mariae sanctae tituli 3.4.5.6.7.8.
Mariae Beatricis Atestinae titulus 85.
Marianus Ioannes 393.
Marini P. M. gesta 182.
Marini II. P. M. gesta 186.
Marinum missa inscr. 284.
Marotti Ios. Hendecasyllabi xvi.
Martiales Latini 2.
Martini P. M. gesta 162.
Martini II. qui & IIII. P. M. gesta 223.
Martini V. P. M. gesta 235.
Mater patriae 99. Pauperum 128.
Matseus Paulus V. C. 275.
Matilda Comes 198. &c.
Mattimonii anni 397.
Matteji Alex. V. C. epitaphium 116.
Mattejus Alex. Card. 352.
Mediolanum missa inscr. 288.
Melchiadae P. M. gesta 147.
Mengsius pictor 407.
Metropolitanum 283.
Michaelis sancti titulus 9.
Milievechi Ios. Phouasci epitaphium 125.
Missilia nomismata 317.
Moenianum 332.
Mollianum Firmau. missa inscr. 7.
Monieae S. titulus 20.
Monicae Sanctae prodigia 405.
Mons de urbe ut enunciari possit 5.
Montoyae Franc. V. C. epitaphium 115.
Monumentum 16.
Mordinus Petrus Praet. 394.
Mortalitas 135.
Movere pro Moveri 35.
Mozzonii fratres Dec. Mediol. 288.
Municipium & Municipes 32.
Munificentia 274.
Museum 280.
Museum Pianum 318.
Museum Pitanesianum 80.

N

Nappus Ignat. 68.
Natdinus Domin. V. C. 342.
Narsetes Dux 157.
Natalis Iulii Episc. epitaphium 106.
inscr. funebr. 369.
Nicaeam Massil. missa inscr. 277.
Nicolai sancti tituli 28. 29.
Nicolai P. M. gesta 179.
Nicolai II. P. M. gesta 195.
Nicolai III. P. M. gesta 223.
Nicolai IIII. P. M. gesta 224.
Nicolai V. P. M. gesta 238.
Nicolaus Lant. F. Tribunus 229.
Nitide functus 108.
Neapolim missae inscr. 276. 370.
Nembrinus Alex. 68.
Nomen Christianum 88.
Nomen dignitatis post cognomen 406.
Nomina gentilia diminuta 80.
Nomina infra scripta 37.
Nomina veterum artificum in operibus posterioris aevi 403.
Nothus petegrinum nomen 404.
Novendialis 3.
Novensilis 24.
Novum Comum scribendum 157.
Numeri cardinales & ordinales 318.
Numeri militum 85.
Numerus pecuniae ut enunciandus 296.
Numerus Principibus ejusdem nominis distinguendis additus 310.
Nummorum inscr. adversae item aversae 381. 382.

O

Obelisscus Mausolei Aug. 403.
Oblati ut Devoti 117.
Obstruere luminibus 26.
Olitorium forum 287.
Omina fausta 70.
Opera ab artificum nominibus cognominata 8.
Opes & Divitiae 365.
Optimus 79.
Oreinus thesaurus 36.
Ordinare 314.
Ordinare magistratus 344.
Ordo Canonicorum 89.
Ordo splendidissimus 76.
Ordo & populus sine urbis appellatione 94.
Orieni 316.
Origenae adventus in urbem 144.
Orlandi Clementis Archit. epitaphium 121.
Osttam missa inscr. 10.
Otho Aug. 187.
Otho Aug. junior 187.
Otho III. Aug. 189.
Otho IIII. Aug. 215.

P

Pallavicini Ioan. Lucae titulus 93.
Pallavicinus Laz. Opit. Card. 269.
Pallotta Gullielmus Card. 32. 295.
Paraccianus Vtb. Card. 7. 283.
Parens patriae & municipii 278.
Parens Publicus 75.
Parentalia 378.
Parochus 29.
Parthenia martyr 299.
Parthenius Ios. Mat. 18. 32. 299.
Partium optimarum 378.
Paschalis P. M. gesta 176.
Paschalis II. P. M. gesta 201.
Passio & Perpessio 302.
Patavium missae inscr. 74. 157.
Pater honoris appellatio 17.
Pater qui conditor 16.
Patres qui dicti 33.
Patres Cardinales 334.

Pa-

Patria pro republica 65.
Patriae enunciandae cauſſa 295.
Patricia nobilitas 93.
Patricii 340.
Patronatus 89.
Patronus caeleſtis 10.
Patronus ordinis & municipii 287.
Patronus de Principe 356.
Paulli Apoſt. adventus in urbem 141.
Paulli P. M. geſta 171.
Paulli II. P. M. geſta 240.
Paulli III. P. M. geſta 248.
Paulli IIII. P. M. geſta 250.
Paulli V. P. M. geſta 259.
Pax inter Tiburtes & Empulitanos confirmata 16.
Pelagii P. M. geſta 158.
Pelagii II. P. M. geſta 158.
Penetralium ſacrorum tituli 22.
Peregrinator 73.
Petaulam miſſa inſcr. 18.
Perlitare 27.
Perrogatio 343.
Petuſiam miſſa inſcr. 278.
Peſſimo Publico 404.
Peſtilitas 7.
Petrarca coronatus 229.
Petri Apoſt. adventus in urbem 141.
Petri Leopoldi Auſtriaci titulus 84.
Phidiae aetas 403.
Philippi Nerii titulus 10.
Philippi nummi 6.
Philippianus 10.
Philippus Pulcher rex 226.
Phoenicis deſcriptio 33.
Phonaſcus 25.
Pictura linearis 274.
Picturae amoenioris argutiae 122.
Picturata lintea 197.
Pieus Caeſar 293.
Pientiſſimus 104.
Pietas pro Viro pio 364.
Pietatis cauſſa 103.
Piſaurum miſſa inſcr. 126.
Pius P. M. 143.
Pii II. P. M. geſta 239.
Pii III. P. M. 243.
Pii IIII. P. M. geſta 251.
Pii V. P. M. geſta 252.
Pii VI. P. M. pleraque opera 385.
Pii VI. P. M. inſcr. hiſtor. 273.
Pii VI. P. M. tituli honorarii 65.
Pipinus rex 171.
Piranenſii Ioan. Bapt. epitaphium 120.
Piranenſium Franc. 80.
Plautiorum mauſoleum 368.
Plebis alendae cura 94.
Plus Minus 324.
Plus . . . Quam 119.
Pluteus 327.
Pluviae impetrandae cauſſa ſupplicatio 34.
Poculorum tituli 388.
Podalirius Petrus 77.
Poenales dies 74.
Poetarum formulae ad inſcr. tempor. 362.
Pomoerium 99.
Pomptinus ager 67.
Pomprini agri vices 281.
Pontianus P. M. 144.
Pontifex major 305.
Pontificum maximorum, qui Bibliothecam Vaticanam ditaverunt, ellogia 310.
Pori regis habitus 33.
Portus Anconitanus
Poſt mortem 97.
Potens cum genit. caſu 9.
Potentiani Ioannis V. C. epitaphium 102.
Praeda & Mannbiae 9.
Praedonum naves depreſſae aut captae 95.
Praeneſte miſſa inſcr. 28.
Praeſidiarii milites 76.
Praetorium villa 324.
Praxitelis aetas 403.
Primigenus 133.
Principales opes 123.
Principatus 381.
Priſcillae arenariae 299.
Privatum ſolum 290.
Privilegium 30.
Privilegium Altaris 27.
Proceſſus Lateranenſis 384.
Profectio 70.
Profectio Catholica 306.
Profeſſus ſodalis 320.
Profeſtus dies 74.
Promiſſa moles 87.
Pronaon 273.
Pronomen ſine nomine 400.
Propitius 59.
Proplaſma 299.
Propoſito ſanctus 124.
Proſtypa & Ectypa 292.
Protector ſacri lateris 157.
Pudens L. Valerius poeta 321.
Puncta in cute militum 122.
Purpura pro ſenatu 354.

Q

Quadraginta Viri 338.
Quadrantal 350.
Quirinus Nicolaus 294.

R

Rachis rex 170.
Ravennam miſſa inſcr. 114.
Recepto Pio 401.
Recipere 14.
Recognovit 341.
Rediviva 9.
Religiones 72.
Reliquiae 20. 36.
Reſpiciens 400.
Reveſiorum monumentum 157.
Rezzonicus I. B. Card. 120. 284.
Riminaldus Ioan. Mar. V. C. 8.
Ripanti Antonii Epiſc. epitaphium 105.
Rogatus edidit 293.
Rogerius Dux 202. &c. rex 207.
Romae datae inſcr. 18. 20. 23. 27. 31. 78. 79. 80. 85. 102. 108. 109. 110. 116. 118. 120. 121. 122. 125. 138. 272. 280. 284. 285. 295. 296. 298. 356. 385. 390. 396. 398. 405.
Rudera egeſta 272.
Ruſcia Ioanna C. F. 115.
Ruſconus Anton. V. C. 20. 338. 340.

S

Sabina vocabula 24.
Sabiniani P. M. geſta 160.
Saceili ruſtici inſcr. 3.
Sacricola 176.
Sacrum in tit. initio 366.
Sacrum quieti 59.
Saeculum quot annorum 268.
Salapini in Apulia 21.
Salus in antiquis titulis 33.
Sanchezius Alfonſus V. C. 370.
Sanchezius Iannar. V. C. 297. 317.
Sanchezius Ioannes V. C. 370.
Sancta libare 74.
Sanctitas 72.
Saturnii verſus 361.
Scalptor linearis aere caelando 120.
Scilla Xavetius 317.
Scutati nummi 99. 296.
Sebaſtiani ſancti titulus 13.
Seceſſus pro villula 123.
Semita 279.
Senator maximus 378.
Senogalliam miſſae inſcr. 66. 88. 368.
Serenus & Sereniſſimus 98.
Sergii P. M. geſta 165.
Sergii II. P. M. geſta 178.
Sergii III. P. M. geſta 184.
Sergius IIII. P. M. geſta 191.
Serram in Picen. miſſa inſcr. 9.
Servilianenſes 348.

Se-

Severini P. M. gesta 162.
Severinus martyr 364.
Sextarius 350.
Siondtati Card. munificentia & pietas 23.
Siecius Dentatus 408.
Sideribus Recepta 7.
Sigillatius 121.
Sigilli locus in Diplom. 349.
Siliginiatius 157.
Silvestri P. M. gesta 156.
Silvestri P. M. gesta 147.
Silvestri II. P. M. gesta 190.
Simeonius Torquatus 28.
Simo Magus 141.
Simonaccius Petrus Comes 394.
Simplicii P. M. gesta 152.
Siricii P. M. gesta 149.
Sisinnii P. M. gesta 166.
Situs sive sepultus 23.
Sobrinus 102.
Sodales bonae morti appetendae 25.
Sodalitas pudicitiae servandae 25.
Solator populi Christiani 72.
Sementiae Caeciliae C. F. epitaphium 126.
Sospitare & Sospitator 13.
Soteris P. M. gesta 143.
Soteris martyr e gente Ambrosia 306.
Spinola Alex. Lucianus 288.
Spinucciae Claiae titulus 98.
Spoletum missae infer. 70. 71.
Stanislai Kostkae titulus 23.
Stephani P. M. gesta 145.
Stephanus II. P. M. 172.
Stephani III. P. M. gesta 171.
Stephani IIII. P. M. gesta 172.
Stephani V. P. M. gesta 176.
Stephani VI. P. M. gesta 183.
Stephani VII. P. M. gesta 183.
Stephanus VIII. P. M. 185.
Stephanus VIIII. P. M. 186.
Stephani X. P. M. gesta 195.
Stephania C. F. 188.
Stigmaticianus 121.
Stipes in fundamenta injectae 27.
Stirps propago 98.
Strategus summus 116.
Subitarium opus 31.
Subsellatium 203.
Substantia 92.
Substructio 272.
Succedere 271.
Suggestus 77.
Sulmonenses gemini 65.
Summus Antistes Religionum 72.
Summus Magister aut Curator 103.
Summus Magister Militiae utriusque 93.
Supergressa majorum exempla 100.
Supplicatio 34.
Svvinbutne Martha 398.
Symmachi P. M. gesta 154.

T

Tabulae a Pictorum nominibus appellatae 8.
Tabularum pictarum tituli 33.
Tartacinam missae infer. 67. 278. 289. 357.
Tegularum tituli 392.
Te in Pace 134.
Telesphorus P. M. 142.
Templi Vaticani fundamenta jacta 244.
Temporaria ornamenta urbis 368.
Temporariae infer. 359.
Tempotis, quo opus absolutum, enunciatio 286.
Tempotum nota apud poetas 406.
Tendere 31.
Tendere militare verbum 85.
Tertaemotus ingens 175.
Tertae motus Urbaniae 30.
Tesseratum tituli 389.
Testamento honorare 157.
Theodelinda regina 160.
Theodori P. M. gesta 162.
Theodoticus rex 155.
Theodosii Aug. senior. adventus in urbem 149.
Theophana Aug. 109.
Thermae Occidentiae 324.
Thesaurus 36.
Theta Graecorum morti significandae usurpatum a Latinis 8. 157.
Thronus Pontificalis 84.
Tibur missae infer. 16. 106. 336. 369.
Tifata mons 300.
Tifernum in Italia geminum 86.
Tilia ad tabellas 313.
Tifiaca tabula 8.
Tortiglionius Frane. 68.
Totilas rex 157.
Trajani fori fastigia 8.
Tropaeam utilis infer. 117.
Tropaeum nauticum 402.
Tuitio 312.
Tullii ellog. 309.
Tuteae in Plinio 384.
Tutelates Dii 4.
Tuscanam missa infer. 89.
Tutor 81.

V

Valenti Ludovici Card. epitaphium 101.
Valentinus P. M. 177.
Valentius Gonzaga Aloisi. Card. 114.
Vallemani Hieron. titulus 91.
Vallemani Nicolai titulus 92.
Vandycki pictura 408.
Vasorum fictilium tituli 390.
Vectigalia privata 92.
Vectigalis fundus 293.
Velitras missae infer. 281. 282.
Venetias missa infer. 75.
Venizzae Angeli Episc. epitaphium 104.
Verna de homine libero 131.
Vet factum 131.
Veru e ligno 291.
Via Appia Trajana 281.
Viam tentare 407.
Vicani Vici Pacis L.
Vice sacra Antistes 107.
Victoris P. M. gesta 144.
Victoris II. P. M. gesta 194.
Victoris III. P. M. gesta 200.
Videri pro *esse* 355.
Vigilii P. M. gesta 157.
Viudobonam missae infer. 5. 73. 81.
Violantilla Latinum nomen 127.
Virgo perpetua 129.
Virgo maxima 97.
Virtutibus persona imposita 111.
Vitalis sancti titulus 12.
Vitaliani P. M. gesta 163.
Vitelliorum domus 67.
Vitellius L. Auli pater 365.
Viterbium missa infer. 213.
Vocabula media 7.
Volpi Dominici V. C. epitaphium 109.
Volsci latine nescientes 66.
Votum auctoris 410.
Votum tertaemotus caussa 35.
Urbaniam missi infer. 30.
Urbanus P. M. 144.
Urbani II. P. M. gesta 200.
Urbani III. P. M. gesta 213.
Urbani IIII. P. M. gesta 221.
Urbani V. P. M. gesta 230.
Urbani VI. P. M. gesta 237.
Urbanus VII. P. M. 256.
Urbani VIII. P. M. gesta 260.
Urbes genetatim enunciatae 95.
Urbinatium 314.
Urbis, quae *Vetus* audit, antiquum nomen 105.
Urbiventum missae infertpt. 105. 273. 334.

Vrbs non una Roma 68.
Vrbs a Martino v. reſtituta 239.
a Xyſto IIII. 241.
a Iulio II. 244.
a Leone X. &c. 245.
Vſucapio 86.
Vſus & *Mancipium* 289.
Vtinam miſſa inſer. 351.
Vvinckelmanni pietas 118.
Vuitiges rex 166.
dictus in agro Pomptino 281.

X

Xaverii Franc. titulus 17.
Xyſtus P. M. 142.
Xyſtus II. P.M. 145.
Xyſti III. P. M. geſta 151.
Xyſti IIII. P. M. geſta 240.
Xyſti V. P. M. geſta 255.

Z

Zachariae P. M. 170.
Zanotti Andreae titulus 96.
Zeladae Franc. Xav. Card. titulus 89.
ejuſdem Directa Vatic. 386.
Hexapeda 390.
Muſea ab eo aucta 302.
Zephyrinus P. M. 144.
Zoſimi P. M. geſta 150.

GRATIA

DEO D· N·

ALOISIVS PERSIVS ET IOANNES SCVTELLARIVS
OFFICINATORES GIVNCHIANI COMPOSITIONEM
LITTERARVM INCHOAVIMVS IIII *NON· IAN·*
ANNO· M· DCC· LXXXIII·
OPVS LIBRARIVM ABSOLVIMVS IIII *KAL. APRIL·*
EODEM ANNO

Digitized by Google